This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

~~Delph 26~~
Σ. Δ. 26
2941 e. 172
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

~~Delph. 26~~
Σ. Δ. 26
2941 e. 172
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. IX.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN QUINTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA·BODLEIANA

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN VATINIUM

ORATIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

Cum inter testes contra Sextium productus esset Vatinius, et defensor Sextii Cicero ei esset inimicissimus, opportune oblatam occasionem arripuit Vatinii ulciscendi. Itaque cum defensoris inprimis hoc esset, ut testes productos apte acuteque interrogando calumniæ convinceret; Cicero Vatinium, qui, quo genere sit, quomodo in pueritia vixerit, quid in quæstura totoque tribunatu fecerit, ac tandem etiam de ipsa causa, sed breviter, interrogavit, omnibus vehementer plaudentibus. Itaque hæc non tam Oratio quam Interrogatio est, quemadmodum ab ipso Cicerone appellatur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 29.] Si tua [1] tantummodo, Vatini,[a] quid indignitas postularet, spectare voluissem, fecissem id, quod his vehementer placebat, ut te, cujus testimonium,

In ed. Orell. hæc Oratio sic inscribitur, *M. Tullii Ciceronis in P. Vatinium Oratio s. Interrogatio.* ' Inscribenda est hæc Oratio *in Vatinium testem*, ut ex scriptis aliquot libris colligitur, qui sic habent, *interrogationem quoque fuisse in judicio P. S.* et ita scribendum esse constat etiam ex Epistt. ad Fam.' *Gulielm.* Vid. Argum. Manutii in Varr. Lectt.

Cap. I. 1 In Ms. Vict. deest *tua*, prob. Grut. Mox, *quod indign.* χ: *quæ id indign.* Erf. *quæ indign.* Pal. 9. *quid dignitas* Pal. 5. 8. In T *indignitas*,

NOTÆ

[a] *Vatini*] Vatinius e plebeio genere fuit, qui deformis, et nullius ingenii vir, a Velleio Paterculo describitur.

Digitized by Google

propter turpitudinem vitæ sordesque domesticas, nullius momenti[a] putaretur, tacitus dimitterem.[b] Nemo enim horum aut[2] ita te refutandum, ut gravem adversarium,[c] aut ita rogandum,[b] ut religiosum testem, arbitrabatur. Sed fui paulo intemperantior[c 3] fortasse, quam debui: odio enim tui (in quo, etsi omnes, propter tuum in me scelus,[d] superare debeo, tamen ab omnibus pæne vincor[e]) sic sum incitatus, ut, cum[4] te non minus contemnerem quam odissem, tamen vexatum[d] potius, quam despectum, vellem dimittere. 2. Quare, ne tibi hunc[5] honorem a me haberi forte mirere, quod interrogem,[6] quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio,[f] nemo civitate, nemo luce dignum putet; nulla me ad id causa[7] impulisset, nisi ut ferocitatem tuam istam[8] comprimerem, et audaciam frangerem, et

[a] *Auctoritatis.* [b] *Interrogandum.*
[c] *Iracundior.* [d] *Exagitatum.*

sine *quid.* Tum, T *postulat:* H *postulasset.*—2 C H S T χ, Franc. Dresd. et ed. pr. non agnoscunt *aut.*—3 Pal. 9. *Si fui.* Deinde, *paulo in te intemp.* ed. 1471. Ven. 1483. Med. Hervag. Lamb. Græv. *paulo temperatior* ed. pr. Junt. *paulo intemperantior* Pall. nonnulli: *paulo ante intemp.* Erf. Bern. Pal. 9. Ms. Vict. cum Orell. *paulo ante in te intemp.* conjecit Lamb.—4 In C et ψ deest *tum.* Mox, verba *tamen vex. pot.*, *quam desp.*, *vellem dim.* non sunt in H.—5 Pro *hunc* in ψ legitur *habui.*—6 χ *quod te interrogarem.*—7 *Nulla mea causa* H S T ψ, Erf. Dresd. *nulla mea ad id causa* C. Garaton. conjecit legend. *nulla me alia causa.* ' Vel *impulisset* vitiosum est, vel aliquid post *nisi* excidit, ut *mihi faciendum putassem*, aut simile quid: sed facilius est illud corrigere *impulit.* Edd. pr. non habent *ad id;* et sapit sane glossam. Primus addidit Junta.' *Ern.* Verba *ad id* Orellius uncis inclusit. Pro *impulisset* C et T habent *impulset.*—8 Hervag. *istam tuam.* Mox, Dresd. *audi-*

NOTÆ

[b] *Tacitus dimitterem*] Viri locupletes audiebantur libentius testes in judicio, quam pauperes et abjecti, vel qui ære alieno tenebantur. Cum autem hic Vatinius nullius esset nominis, utpote obscurus propter nequitiam in re familiari, non erat dignus qui in judicio testis audiretur.

[c] *Gravem adversarium*] Gravis adversarius censetur ille, cujus dignitas, fides, mores, gravitas, rei familiaris abundantia cognita sunt. At nihil his simile in Vatinio reperitur.

[d] *Propter tuum in me scelus*] Vatinius socius fuit Clodii in ejiciendo Cicerone per vim, sine lege, sine judicio.

[e] *Ab omnibus vincor*] Tanto omnibus suis civibus odio fuit Vatinius, ut in proverbium abierit odium Vatinianum: cum autem ille gladiatorium munus daret, lapidatus a populo fuit.

[f] *Nemo suffragio*] Cum Vatinius ædilitatem peteret, nullum tulit in comitiis suffragium.

Digitized by Google

loquacitatem paucissimis interrogationibus[9] [g] irretitam retardarem. Etenim debuisti, Vatini, etiamsi falso venisses in suspicionem P. Sextio,[10] tamen mihi ignoscere, si, in tanto hominis de me optime meriti periculo, et tempori[*] ejus, et voluntati parere voluissem. 3. Sed hesterno[1] pro testimonio[h] esse mentitum, (cum affirmares, nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem, non modo de Sextio accusando, sed ulla[2] unquam de re fuisse) paulo ante imprudens indicasti;[3] [i] qui et T. Claudium[k] tecum communicasse, et a te consilium P. Sextii accusandi petisse, et Albinovanum (quem antea vix tibi notum esse dixisses[4]) domum tuam venisse, multa tecum locutum dixeris: denique conciones P. Sextii[l] scriptas, quas neque nosset, neque reperire posset,[5] te Albinovano dedisse,[m] easque in hujus judicio[6] esse recitatas. In quorum altero es con-

[*] *Defensioni.*

entiam, et T *confrangerem*.—9 Orell. e Bern. et Ms. Car. Steph. recepit *paucis meis interrog.*—10 χ *Sexto:* C et Ms. Grævii *Sestio*, semper. In T deest præpositio ante *tanto*. Paulo post, Erf. *tempori et vol.* Hervag. *tempori et ejus vol.* '*Debuisti si . . . voluissem*] Hæc tempora non consentiunt: debetque aut esse *debuisses si . . . voluissem*, aut *debuisti si . . . volui*, quod magis placet.' *Ern.*—1 Erf. *Si hesterno:* al. *Sed externo.* Schutz. e conjectura cujusdam ap. Lamb. recepit *Sed hesterno die pro test.* Lamb. conjecit *Sed te hesterno pro test.*—2 Ald. Crat. Hervag. Cam. Ern. Schutz. et Orell. *ulla:* ceteri *nulla.*—3 S *judicasti.* In C H χ ψ deest *qui.*—4 Erf. et edd. vett. *dedisses.*—5 χ *denique rationes P. Sextii scriptas*, omissis vocibus *quas neque nosset, neque rep. posset.* Pro *nosset* Franc. Dresd. et ed. pr. habent *noscere.*

NOTÆ

[g] *Paucissimis interrogationibus*] Cicero Epist. ad Fam. I. 9. sic de ista interrogatione loquitur: 'Tota vero interrogatio mea nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius tribunatus: in qua omnia dicta sunt libertate animoque maximo, de vi, de auspiciis, de donatione regnorum.'

[h] *Pro testimonio*] Vatinius in ferendo testimonio contra Sextium mentitus est.

[i] *Indicasti*] Indicare est de suo facto confiteri.

[k] *T. Claudium*] T. Claudius unus fuit ex accusatoribus Sextii cum Albinovano.

[l] *Conciones P. Sextii*] Intelligit eas conciones quas Sextius in tribunatu suo dixit pro revocando ab exilio Cicerone; quibus dicebatur ad seditionem populum concitasse.

[m] *Scriptas . . . dedisse*] Institutum est a Cæsare, ut tam acta senatus, quam sententiæ senatorum conficerentur, et publicarentur. Sueton. in Julio.

Digitized by Google

fessus, a te accusatores esse instructos et subornatos;[7] in altero inconstantiam tuam, cum levitate,[8] tum etiam perjurio implicatam,[9] refellisti: cum, quem alienissimum a te esse dixisses, eum domi tuæ fuisse; quem prævaricatorem[n] ab initio judicasses, ei te, quos rogasset, ad accusandum libros[o] dixeris dedisse. II. 4. Nimium es vehemens feroxque natura: non putas fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accedat.[10] Venisti iratus omnibus; quod ego, simulac te[1] aspexi, prius quam loqui cœpisti, (cum ante Gellius,[p] nutricula seditiosorum[q] omnium, testimonium diceret[2]) sensi atque providi. Repente enim te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo,[r] tumidis cervicibus intulisti: ut mihi renovatus ille tuus in te * *[3][s] 5. veterem meum amicum, sed tamen tuum familiarem,

—6 *In hoc jud.* C H S T χ ψ, Bern. et edd. ante Grut.—7 χ *suborantes.* In Dresd. omittuntur verba *es confessus . . . subornatos: in altero.*—8 Schutz. *tum lev.*—9 C S T et edd. ante Ald. *implicitam.* Mox, Erf. *cumque alieniss. a te:* Bern. et Mss. Lambini cum Orell. *cum, quem a te alieniss.* Tum, H S T ψ, Erf. Bern. Rom. Ven. utraque, Lamb. et Orell. *quem prævar. esse ab init. jud.* Pro *ei* C H S T ψ habent *et.* Verba *cum, quem alieniss. . . . dixeris dedisse* absunt a χ, Franc. 1. Dresd.

CAP. II. 10 *Accidit* Bern. *accedat* Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Ern. et Schutz. *accidat* ceteri, e conjectura Pantagathi.—1 Arntzenius conjecit *simul ad te.*—2 In χ desunt verba *cum ante Gell., nutr. sed. omn., test. dic.* Paulo post, Junt. Lamb. et Orell. habent *sensi atque pravidi*, et sic Ms. Bergeri.—3 C H S ψ et edd. vett. nonnullæ hic habent nullam lacunæ notam. In T χ, Franc. Dresd. non leguntur verba *ut mihi renovatus* usque ad *nunquam vituperari.* Hunc locum Lambinus, partim e conjectura Ant.

NOTÆ

[n] *Prævaricatorem*] Prævaricator, inquit Ulpianus, est quasi varicator, qui diversam, prodita causa sua, partem adjuvat.

[o] *Libros*] Intelligit scriptas Sextii conciones.

[p] *Ante Gellius*] C. Gellius Publicola L. Philippi privignus, frater L. Gellii Publicolæ, clarissimi viri, et optimi consulis, fuit.

[q] *Nutricula seditiosorum*] In orat. pro Sextio, sic de eo: 'Ecquæ seditio unquam fuit, in qua non ille princeps?' &c.

[r] *Inflato collo*] Tumebat videlicet Vatinius iracundia. Jocatur vero in ejus strumas, quibus collum ejus inflatum erat; erat enim ille strumosus.

[s] [*Cornelium*] Reus majestatis Cornelius a Cicerone prætore defensus est apud Q. Gallum prætorem, L. Manlio Torquato et L. Aurelio Cotta coss.

Digitized by Google

defenderim, cum in hac civitate oppugnatio soleat, qua tu nunc uteris, nonnunquam, defensio[4] nunquam vituperari. Sed quæro a te, cur C. Cornelium non defenderem:[5] [t] num legem aliquam Cornelius contra auspicia[6] tulerit: num Æliam, num Fufiam[u] legem neglexerit: num consuli vim[x] attulerit: num armatis hominibus templum[7] tenuerit:[y] num intercessorem vi dejecerit:[z] num religiones[8] polluerit; ærarium exhauserit;[a] rempublicam compilarit. Tua sunt, tua[b] sunt hæc omnia. Cornelio ejusmodi nihil objectum est. Codicem legisse[c] dicebatur. Defendeba-

Goveani, sic emendavit, *ut mihi renovatus tuus ille tribunatus videretur. Ac mihi primum objecisti, quod Cornelium, veterem meum amicum, &c.* et sic ed. Delph. nisi quod habet *renovatus ille tuus in te tribunatus vid.* In Ms. Bergeri legitur, *intulisti, tum nihil remoratus incusasti me, quod meum amicum, &c.* ut Pantagathus olim emendarat, et quod postea ita mutavit, *ut in me evomeres illud virus, cur veterem meum, &c.* Pro *meum* C S ψ habent *eum;* H *illum.* Vid. Nott. Varr.—4 Pro *defensio* C H ψ *defendi.* Tum, C H S ψ *nonnunquam vitup.*—5 T *Gayum Cornelium*, et H *non defenderim.*—6 ψ *circa ausp.* Mox, pro *Æliam* C H *Helyam;* S ψ *Heliam.* Pro *neglexerit* C H *illexerit;* S *illegerit;* ψ *illeserit.* Deinde, χ *nec consuli mihi attulerit.* In T omittuntur verba *num Fufiam ... polluerit*, et ab H absunt voces *num consuli vim attulerit.*—7 *Templum* non est in ψ.—8 ψ *legiones*, et mox *compilavit.* In ψ semel

NOTÆ

[t] *Cornelium non defenderem*] Narrat Pedianus, quod Cornelius tribunus plebis, cum legem ferre vellet, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur; quod antiquo jure cautum erat; et Publius Servilius Globulus, ejus collega, scribam subjicere, et præconem recitare prohiberet, codicem ipse arripuit, et populo recitavit; quo facto tribuniciæ potestatis majestatem violasse accusabatur. Pungit autem Vatinium, quod conqueratur amicum suum in judicio defendi.

[u] *Num Æliam, num Fufiam*] De utraque hac lege dictum est in orat. post Red. in Sen. § 11. not.

[x] *Consuli vim*] Consuli Pisoni tum vis allata est, quod, cum tolli tribuniciam potestatem questus esset, gravi convicio a populo exceptus est, et jacti in eum lapides, et Gabinio fasces fracti sunt.

[y] *Templum tenuerit*] Loquitur de æde Castoris, quæ in foro sita fuit, quam occupare primum seditiosi conabantur.

[z] *Intercessorem vi dejecerit*] Cornelius non Pub. Servilium Globulum dejecit de templo Castoris, quando voluit intercedere, ne lex ejus ferretur.

[a] *Ærarium exhauserit*] Cornelius retulit ad senatum, ut refert Asconius, ne quis legatis ceterarum nationum pecuniam expensam ferret; quia magna usura eis pecuniæ dabantur.

[b] *Tua sunt, tua*] Id est, hæc omnia, a quibus longissime abfuit Cornelius, a Vatinio patrata esse reprehendit, vel a Clodianis, quorum semper partes secutus est.

[c] *Codicem legisse*] In quo videlicet

Digitized by Google

tur, testibus collegis[d] suis, non recitandi[9] causa legisse, sed recognoscendi.[e] [*p.* 30.] Constabat tamen, Cornelium concilium[10 f] illo die dimisisse,[g] intercessioni paruisse.[h] Tu vero, cui Cornelii defensio displicet, quam causam ad patronos tuos, aut quod os afferes?[f 1] quibus jam præscribis, quanto illis probro futurum sit, si te defenderint, cum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis[g] objiciendam putaris.[2] 6. Attamen hoc, Vatini, memento, paulo post istam defensionem meam, quam tu bonis viris displicuisse dicis, me, cum universi populi Romani summa[3] voluntate, tum optimi cujusque singulari studio, magnificentissime post hominum memoriam consulem factum, omniaque ea[4] me pudenter[h] vivendo consecutum esse, quæ tu impudenter vaticinando[i] sperare te sæpe dixisti.

III. Nam quod mihi discessum[k] objecisti meum, et quod horum[5 l] (quibus ille dies acerbissimus fuit, qui idem tibi

[f] *Quo vultu apparebis?* [g] *Tanquam crimen.* [h] *Integre.*

tantum leguntur voces *tua sunt*.—9 Bern. *non se recit.* In χ, Franc. 1. Dresd. desunt verba *Codicem legisse* .. *intercessioni paruisse*.—10 Edd. vett. *consilium*.—1 C ψ *quod hos aff.* H *quod his aff.*—2 S *putares*. Mox, pro *hoc* C H S habent *hæc;* Erf. *hujus;* Franc. et Dresd. *hic*.—3 *Summa* non est in χ.—4 In H et ψ deest *ea*. Tum, alii *prudenter viv.* et paulo post, *imprudenter*.

CAP. III. 5 ψ *et quid horum.* χ, Franc. 1. Dresd. *Nam quod mihi disc. obj. meum, qui idem* (χ *quidem*) *tibi lætissimum, tantum tibi resp.* mediis verbis omis-

NOTÆ

lex ejus scripta erat: quo facto violavit tribuniciam potestatem, et reus factus est violatæ majestatis.

[d] *Testibus collegis*] Tribuni quidem plebis alii, excepto uno Globulo, Cornelium defendebant.

[e] *Recognoscendi*] Non arripuit codicem Cornelius legem recitandi causa, sed animadvertendi, si quid in eo esset corrigendum.

[f] *Concilium*] Concilium pars est populi congregata, non totus populus.

[g] *Dimisisse*] Cum Cornelius vidisset maximos motus fore, tum quia consulem, qui illi minas intentabat, prehendi a lictore jusserat, tum quia fracti ejus fasces erant, et projecti ex ultima concione lapides, populum dimisit.

[h] *Intercessioni paruisse*] Non tulit legem suam Cornelius, cum ei vidit intercedi.

[i] *Vaticinando*] Alludit ad Vatinii nomen, qui de altero consulatu gerendo cogitabat.

[k] *Discessum*] Non exilium, sed discessum vocat, quia nullis legibus servatis, nullo facto judicio, abire Cicero coactus est.

[l] *Et quod horum*] Alloquitur judi-

Digitized by Google

lætissimus) luctum et gemitum renovare voluisti; tantum tibi respondeo, me, cum tu, ceteræque reipublicæ pestes, armorum causam quæreretis, et cum per meum nomen[6] fortunas locupletium diripere, sanguinem principum civitatis exsorbere, crudelitatem vestram odiumque diuturnum, quod in bonos jam inveteratum habebatis, saturare cuperetis, scelus et furorem vestrum cedendo maluisse frangere, quam resistendo. 7. Quare peto a te, ut mihi ignoscas,[7] Vatini, cum patriæ pepercerim,[m] quam servaram; et, si ego te perditorem[8] et vexatorem reipublicæ fero, tu me conservatorem et custodem feras. Deinde ejus viri discessum increpas,[9] quem vides, omnium civium desiderio, ipsius denique reipublicæ luctu, esse revocatum? At enim dixisti, non mea, sed reipublicæ causa[n] homines de meo reditu laborasse. Quasi vero quisquam vir, excellenti animo in rempublicam ingressus,[o] optabilius quicquam arbitretur,[10] quam se a suis civibus reipublicæ causa diligi. 8. Scilicet aspera mea natura,[p] difficilis aditus,[q] gravis vultus,

sis. Pro *respondeo* C H S ψ, Erf. Franc. Rom. Ven. 1483. Ald. et Orell. habent *respondebo*. Pro *me cum* Erf. habet *mecum*.—6 χ *et cum meum nom.* Erf. *et per meum nom.* Mox, H *diriperet*. Bern. et Mss. Lambini omittunt *principum*.—7 C H S T χ *Quare peto te*, et Lamb. *ut et mihi ign.* Mox, C *servatam*.—8 Dresd. *proditorem*. Mox, in C H S T χ deest *me*.—9 χ *increparis*: Dresd. *increpans*: Barb. *increpasti*. Lambinus conjecit *ne increpes*.—10 C S T

NOTÆ

ces, quorum alii equites Romani, alii senatores erant, qui veste mutata significarunt, quanto suo dolore Cicero nefarie ejiciebatur.

[m] *Patriæ pepercerim*] Si Clodianorum furoribus obsistere Cicero voluisset, seditio in tota urbe maxima orta esset, qua perire illa respublica poterat, quam a Catilinæ incendiis vindicaverat.

[n] *Sed reipublicæ causa*] Pompeii acta rescindere volebat Clodius; at Pompeius, quo ejus conatibus obsisteret, Ciceronem revocandum putavit.

[o] *In rempublicam ingressus*] Dicitur is in rempublicam ingredi, qui ad petendos honores se confert.

[p] *Scilicet aspera mea natura*] Suos mores ironice describit Cicero. Sane Plutarchus in Cicerone refert talem eum fuisse, qualem ad amorem doctrinæ et sapientiæ Plato requirebat; nempe natura memorem, magnificum, gratiosum, amicum et cognatum veritatis, justitiæ, fortitudinis, temperantiæ.

[q] *Difficilis aditus*] Ex eodem Plutarcho, toto illo tempore, quo provin-

Digitized by Google

superba responsa, insolens vita; nemo humanitatem meam, nemo consuetudinem,[i] nemo consilium, nemo auxilium requirebat: cujus desiderio (ut hæc minima[1] dicam) forum mœstum,[r] muta curia, omnia denique bonarum artium studia[s] siluerunt. Sed nihil sit factum mea causa:[2] omnia illa senatusconsulta,[t] populi jussa, Italiæ totius, cunctarum societatum,[u] collegiorum[x] omnium decreta de me, reipublicæ causa esse facta fateamur. Quid ergo, homo imperitissime[3] solidæ laudis ac veræ dignitatis, præstantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ, atque ad memoriam[4] mei nominis sempiternam, quam omnes hoc cives[5] meos judicare, civitatis salutem cum mea unius salute[6] esse conjunctam? 9. Quod quidem ego tibi reddo tuum:[y] nam, ut tu me[7] carum esse dixisti senatui, populoque Romano, non tam mea causa, quam reipublicæ;[8] sic ego te, quanquam sis omni diritate[9]

[i] *Conversationem.*

χ ψ *arbitraretur.*—1 Erf. *inimica.* Mox, Dresd. *mutata curia.*—2 ψ *Sed nihil est factum in ea causa:* Dresd. *Sed nihil sic factum mea causa.*—3 In marg. Ms. *impurissime*, teste Ursino. χ non habet *veræ.*—4 χ ψ *atque in mem.*—5 C *quam omnis hæc civis:* χ *quam hoc cives.*—6 *Cum unius mea sal.* Barb. Rom. Naug. *cum unius mei sal.* Ven. utraque, Junt. Ald. Crat. In Bern. *unius* deest.—7 Verba *tu me* non sunt in H.—8 Post *reipublicæ* C H S ψ, Rom. Ven. 1483. Hervag. addunt *nomine.*—9 C et ψ *duritate.* Mox, Erf. *deterrimus.* Tum, C H S ψ *civitatis.*

NOTÆ

ciam Cicero administravit, domus janitorem non habuit, neque ipse cuiquam jacere in lecto conspectus est; sed a primo solis ortu stans aut ambulans, eos excipiebat, qui salutatum veniebant.

[r] *Forum mœstum*] Cicero in oratione post Red. in Sen. 'Nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus respondistis,' &c. Et paulo post, 'mutum forum, elinguem curiam.'

[s] *Bonarum artium studia*] Nemo in senatu sententiam dicebat, nemo cum populo agebat, nullius in judiciis vox audiebatur. Hæc bonarum artium studia vocat Cicero.

[t] *Senatusconsulta*] Quatuor in orat. post Red. ad Quir. enumerantur de Cicerone revocando.

[u] *Cunctarum societatum*] Publicani, qui in iisdem vectigalibus alicujus provinciæ versabantur, socii dicebantur; iis habere conventum fas erat.

[x] *Collegiorum*] Collegia dicebantur communia eorum concilia, qui vel eundem honorem gerebant, vel idem tractabant artificium.

[y] *Reddo tuum*] Reddo tuum, id est, in contrarium respondeo. Respondere enim is proprie dicitur, qui cri-

Digitized by Google

atque immanitate teterrimus,[k] tamen dico esse odio civitati,[z] non tam tuo, quam reipublicæ nomine.

IV. Atque, ut aliquando ad te veniam, de me hoc sit extremum.[l] Quid quisque nostrum de se ipse loquatur, non est sane, non est requirendum.[10] Boni viri judicent: id est maximi momenti et ponderis. 10. Duo sunt tempora, quibus nostrorum civium spectentur[1] judicia de nobis; unum honoris,[a] alterum salutis.[b] Honos talis[2] populi Romani voluntate paucis est delatus, ac mihi: salus tanto studio civitatis[3c] nemini reddita. De te autem homines[4] quid sentiant, in honore experti sumus,[d] in salute expectamus.[e] Sed tamen ne me cum his principibus civitatis, qui adsunt P. Sextio,[5] sed ut cum homine uno, non solum[f]

[k] *Detestandus.* [l] *Et relinquam meipsum.*

CAP. IV. 10 H S T χ *de se ipso*, et T, Bern. nonnullæ edd. vett. *loq., non est sane req.* Ante *Boni* T et Ven. 1480. addunt *Sed.* Pantagathus correxit, *Quod boni judicent.* Garaton. suspicabatur legend. *Quid boni viri.*—1 ψ *spectantur.*—2 Hervag. Lamb. Schutz. et Orell. *tali.*—3 Post *civitatis* χ ψ addunt *quanto.*—4 Erf. *De te hujus hom.*—5 Verba *Sed tamen ne . . . Sextio* e Mss. primus inseruit Lamb., omittit tamen *civitatis.* In Erf. legitur, *Sed tamen de mecum his princip. civ., qui adsunt pro Sestio.* Pro verbis *sed ut cum* C et ψ habent *et tecum;* H S T *et te cum;* χ *et me cum;* Erf. Bern. Græv. *sed ut tecum;* Pal. 1. *et ut tecum;* Pal. 7. et Junt. *et ut me tecum;* Pal. 9. *sed ut te cum;* Oliv. *et ut ne me cum;* Lamb. *sed tecum;* Ms. Car. Steph. *sed et ut me.* Pro verbis *non solum*, quæ Lall. et Schutz. deleverunt, Orell. e conjectura Goveani edidit *omnium.* Denique, in ed. Junt. legitur, *impud. verum etiam*

NOTÆ

men idem, quod sibi objectum est, in adversarium regerit.

[z] *Odio civitati*] Civitas est civium multitudo, urbs sunt ædificia.

[a] *Unum honoris*] Tempus honoris dicitur, cum de dignitate aliqua, seu honore acquirendo, agitur.

[b] *Alterum salutis*] Quando agitur de judicio et capite alicujus, tum tempus salutis dicitur.

[c] *Salus tanto studio civitatis*] Nemo unquam tanto studio, nec tam magnifice ab exilio revocatus est, ut dictum est in orat. pro Sextio.

[d] *In honore experti sumus*] Vatinius in quæstura postremus nominatus est, et in ædilitate petenda repulsam tulit, vel ab ipsa sua tribu, ut dictum est in orat. pro Sext.

[e] *In salute expectamus*] Expectatur judicium quod de Vatinio futurum sit, quando vocabitur in judicium. Paulus enim Æmilius et Licinius Macer delaturos nomen illius promiserant.

[f] *Uno non solum*] Hæc vox, *non solum*, mendi alicujus scrupulum injicit; neque enim videtur, quo refera-

Digitized by Google

impudentissimo atque infimo conferam; [*p.* 31.] de te ipso, homine et arrogantissimo, et mihi inimicissimo, quæro, Vatini, utrum[6] tandem putes, huic civitati, huic reipublicæ, huic urbi, his templis,[g] ærario, curiæ, viris his,[7] quos vides, horum bonis, fortunis, liberis, civibus ceteris, denique Deorum immortalium delubris, auspiciis,[h] religionibus, melius fuisse et præstabilius, me civem in hac civitate nasci, an te?[8] Cum mihi hæc responderis, aut ita impudenter, ut manus a te[9] homines vix abstinere possint, aut ita dolenter, ut aliquando ista,[i] quæ[10] sunt inflata, rumpantur; tum memoriter respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. V. 11. Atque illud tenebricosissimum[1] tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere: licet impune per me[k] parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. Habeat[2] hoc præmium tua indignitas, ut adolescentiæ turpitudo obscuritate et sordibus tuis obtegatur.

Quæsturam petisti[l] cum P. Sextio,[m] cum hic nihil lo-

infimo conf. Vid. Not. Delph. et Nott. Varr.—6 Pro *utrum* in Erf. *eandem.* —7 H *curiæ, et viris his.* Mox, pro *civibus* Ms. *conjugibus*, probante Ursino. —8 *Te* non est in Erf. Mox, *hoc respond.* H χ, Lamb. et Orell. *hujus respond.* Erf.—9 C *abs te.*—10 *Ista ilia quæ* Junt. Lamb. *ista illa quæ* Hervag. In Bern. *ista, quæ sunt rogante inflata.*

CAP. V. 1 *At illud* Lamb. Grut. Græv. et *tenebrosissimum* χ, Ald. Naug. *tenebrosum* H ψ.—2 χ *Habet.* Pro *præmium* in C H S T ψ *primum.* T ψ non

NOTÆ

tur. Omnino sublatus esset, si *omnium* ejus loco reponeretur.

[g] *Templis*] Templa violavit Vatinius, ac maxime ædem Castoris, cum eam armatis hominibus implevit.

[h] *Auspiciis*] Contra leges Æliam et Fufiam, non servavit auspicia.

[i] *Ista*] Alludit ad ejus strumas.

[k] *Impune per me*] Per acerbam præteritionem ait se non commemorare illius adolescentiæ flagitia, neque ei hæc objicere. Id præstabunt illi, qui eum accusare volunt, Paulus Æmilius et Licinius Macer.

[l] *Quæsturam petisti*] Quæstura primus fuit dignitatis gradus, et omnium magistratuum minimus; neque enim jus imaginis, aut agendi cum populo, aut cellæ curulis habebat. Quæstores autem pecuniæ præerant.

[m] *Cum P. Sextio*] P. Sextius fuit quæstor Antonii, collegæ Ciceronis, in consulatu; qui, non Vatinium imitatus, tantum de quæstura, quam petebat, loquebatur.

quereretur, nisi quod agebat, tu de altero consulatu gerendo[3] te diceres cogitare. Quæro abs te, teneasne memoria, cum P. Sextius quæstor sit cunctis suffragiis factus, tunc[4] te, vix, invitis omnibus, non populi beneficio, sed consulis,[5] [n] extremum [o] adhæsisse? [m] 12. In eo magistratu, cum tibi magno clamore [n] aquaria provincia [p] sorte[6] obtigisset, missusne sis a me consule[7] Puteolos,[q] ut inde aurum exportari argentumque prohiberes? in eo negotio,[8] cum te non custodem ad continendas, sed portitorem [r] ad partiendas merces missum putares, cumque omnium domos, apothecas,[s] naves, furacissime scrutarere, hominesque negotia[9] gerentes judiciis iniquissimis irretires, mercatores e navi egredientes terreres, conscendentes morarere;[10] teneasne memoria, tibi in conventu [t] Puteolis manus esse allatas?[1]

[m] *Factum esse.* [n] *Reclamantibus omnibus.*

habent *tua.*—3 Ern. putabat *petendo* legend. Verba *Quæsturam petisti . . . . . cogitare* non sunt in χ, nec in T, qui etiam omittit *Quæro abs te* usque ad *magno clamore*, sed asteriscum habet. A χ quoque absunt voces *P. Sextius* usque ad *magno clamore.*—4 Schutz. de sententia Ernesti *tunc* delevit.—5 Erf. *consulum*, prob. Grævio.—6 Schutz. e conjectura Ernesti delevit *sorte.* —7 S *ad me cos.*—8 T *et in eo neg.* H non habet *cum.* Mox *partitorem* H S et edd. ante Ald. cum Junt. prob. Ern. *apportitorem* χ.—9 *Negotio* S: *negotii* Bern. Gembl. Ms. Vict. cum Lamb. et Orell. Mox, pro *iniquissimis* in H legitur *neque*, et pro *irretires* in χ *irrideres.*—10 In χ desunt *conscendentes morarere.*—1 χ *alligatas.* Verba *Post quæsturam. . . . tribunus plebis* absunt á

NOTÆ

[n] *Consulis*] Beneficio Cæsaris aut Bibuli, qui collegæ tunc erant in consulatu, factus est quæstor Vatinius.

[o] *Extremum*] Viginti tunc erant quæstores: ita autem omni populo fuit inviens Vatinius, ut postremus omnium factus fuerit, rogante consule.

[p] *Aquaria provincia*] Aquaria provincia præfectura fuit, et procuratio ad mercium, quæ aqua vehebantur, vel importationem vel exportationem; nam ad aquam, quod ad littus dicitur, sæpe ponit Cicero.

[q] *Puteolos*] Puteoli: urbs hæc temporibus Ciceronis celebre emporium fuit, et Campaniæ civitas; a puteorum multitudine sic dicta, cum antea Delus Minor diceretur, et Dicæarchia.

[r] *Portitorem*] Vatinius se gerebat pro portitore, cum tantum missus fuisset custos mercium, quas communes partiebatur cum mercatoribus. Portitores porro fuere publicani, qui portuum vectigal conducebant.

[s] *Apothecas*] Apotheca nomen est generale, et significat receptaculum rerum quarumlibet asservandarum, ut vini, olei, librorum, &c. Gallice dicimus, *un magazin.*

[t] *In conventu*] In mercatorum con-

Digitized by Google

ad me consulem Puteolanorum querelas esse delatas? Post quæsturam exierisne legatus[u] in ulteriorem Hispaniam,[x] C. Cosconio proconsule?[2] [y] cum illud iter Hispaniense pedibus fere confici[z] soleat, aut, si quis navigare velit,[3] certa sit ratio navigandi; venerisne in Sardiniam, atque inde in Africam? fuerisne, quod sine senatusconsulto tibi facere non licuit, in regno Hiempsalis? fuerisne in regno Mastanesosi?[4] [a] venerisne ad fretum[b] per Mauritaniam?[c] quem scias unquam legatum Hispaniensem istis itineribus in illam provinciam pervenisse?[5]

13. Factus es tribunus plebis; (quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis, sordidissimisque furtis interrogem?) quæro abs te primum, quod genus[6] improbitatis et sceleris in eo magistratu prætermiseris? Ac tibi[7] jam inde*

* *Ex hoc tempore.*

T χ, cum asterisco.—2 Erf. *Hisp., consul coma proconsule.* Tum, H S ψ *illus iter.*—3 Ms. Lambini *aut qui navig. velit.*—4 *Mastanepsosi* C: *Mastanaesosi* Bern. Verba *venerisne in Sard. . . . Mastanesosi* non sunt in H.—5 Edd. ante Naug. *in illam prov. istis itin. perv.*—6 C H S T ψ, Erf. Franc. edd. ante Hervag. cum Schutz. *quæro primum quod genus,* nisi quod in T *quid genus.* Bern. Ms. Vict. Hervag. Lamb. Grut. Græv. et Orell. *quæro abs te primum universe, quod genus.* In χ desunt verba *quæro abs te primum.*—7 χ ψ *At tibi.* Vox

NOTÆ

ventu vis illata Vatinio fuit propter molestiam quam mercatoribus afferebat.

[u] *Legatus*] Legatus dicebatur, eo quod a senatu legebatur, et mittebatur quasi muneris provincialis, aut bellici minister.

[x] *Ulteriorem Hispaniam*] Ulterioris Hispaniæ pars Bæticæ erat, et tota Lusitania.

[y] *Cosconio proconsule*] Cosconius post præturam, quam gessit Cicerone consule, in provinciam Hispaniam ulteriorem proconsul profectus est; cujus Vatinius legatus fuit.

[z] *Pedibus fere confici*] Cum iter illud soleat terrestre esse, et certa sit ratio quam tenere debeant qui in Hispaniam navigant; eam tamen non observasse Vatinium ait; sed et in Sardiniam, hinc in Africam profectum esse.

[a] *Regno Hiempsalis . . . Mastanesosi*] Numidiæ reges hi fuerunt. Nemini autem sine senatusconsulto licebat, etiamsi cum imperio esset, extra ditionem populi Romani exire.

[b] *Ad fretum*] Gaditanum fretum intelligit, ut inde in interiorem Hispaniam trajiceret. 'Fretum' autem appellantur omnes maris angustiæ, a fervore aquæ.

[c] *Per Mauritaniam*] Mauritania ultima pars est Africæ, et ab occidente freto clauditur.

Digitized by Google

præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore [d] permisceas. Ego te, quæcumque rogabo,[p] de te ipso rogabo,[8] neque te ex amplissimi viri dignitate,[e] sed ex tuis tenebris extraham: omniaque mea [9] tela sic in te conjicientur, ut nemo per tuum latus (quod soles dicere) sancietur: in tuis pulmonibus ac visceribus hærebunt.[10]

VI. 14. Et, quoniam omnium rerum magnarum a Diis immortalibus principia ducuntur, volo ut mihi respondeas, tu, qui te Pythagoricum [f] soles dicere, et hominis doctissimi nomen tuis immanibus et barbaris moribus prætendere;[q] quæ te tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor, ut cum inaudita ac nefaria sacra susceperis,[g] cum inferorum animas elicere,[h] cum puerorum extis [i] Deos Manes mactare [1] [k] soleas; auspicia, quibus hæc urbs condita

[p] *A te petam.* [q] *Tegere.*

inde Garatono suspecta fuit. In Barb. *vide.*—8 Verba *de te ipso rogabo* in H absunt.—9 C *omnia mea.* Pro *in te conjicientur* ψ exhibet *me commetientur.* Mox, idem *nemo partium latus.*—10 T χ, Barb. Ven. 1480. Hervag. *adhærebunt.*

CAP. VI. 1 Pantagathus et Ursinus legi maluerunt *placare.* Verba *Et*

NOTÆ

[d] *Cum clarissimorum virorum splendore*] Clarissimi illi viri fuerunt, alii tribuni novem, quos Vatinius suorum facinorum socios faciebat.

[e] *Ex amplissimi viri dignitate*] Cæsarem notat, quem Vatinius aiebat per suum nomen oppugnari a Cicerone.

[f] *Pythagoricum*] Gloriabatur Vatinius Pythagoræ sectam sequi. Porro tam doctus fuit Pythagoras, ut nullum fuerit doctrinæ genus, in qua non excelluerit, ut ex Laërtio constat. Ab eo omnes omnium sacrorum ritus dicuntur promanasse, et Romanorum maxime, quæ ab Numa Pompilio instituta sunt, e quibus Romanam rempublicam constituit.

[g] *Inaudita ac nefaria sacra susceperis*] Arguit Vatinium impietatis, qui sacra inaudita et nefaria suscepit contra leges XII tabularum, quibus cavebatur ne indecoræ, neve ingratæ Diis hostiæ, sed decoræ et gratæ providerentur.

[h] *Inferorum animas elicere*] Dicebantur magi quasdam habere illecebras, seu incantationes, quibus defunctorum animas et Deos inferos evocare superstitiose credebant. Vide Synesium in Calvitii Encomio.

[i] *Puerorum extis*] Haruspicina hæc erat, ut pecudum extis inspectis, conjectura de rebus futuris fieret: si jecur amplum erat, bonum signum; sin minus, infaustum. At Pythagorici puerorum exta inspiciebant.

[k] *Deos Manes mactare*] Deos mactare, id est, Deos sacrificiis honorare, et quodammodo facere auctiores.

Digitized by Google

est, quibus omnis[2] respublica atque imperium tenetur, contemseris? initioque[3] tribunatus tui senatui denuntiaris, tuis actionibus augurum responsa[l] atque ejus[4] collegii arrogantiam[m] impedimento non futuram?[5] 15. Secundum ea quæro, servarisne in eo fidem? num quando[6] tibi moram attulerit, quo minus concilium advocares,[n] legemque ferres,[o] quod eo die[7] scires de cœlo esse servatum?[p] [*p.* 32.] Et, quoniam hic locus unus est,[8] quem tibi cum Cæsare[q] communem esse dicas; sejungam te ab illo, non solum reipublicæ causa, verum etiam Cæsaris, ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspersa[9] videatur. Primum quæro, num tu senatui causam tuam permittas,[r] quod facit[10] Cæsar? deinde, quæ sit

quoniam omnium rerum usque ad *de cœlo esse servatum* absunt a T et χ.—2 H ψ *omnibus.*—3 Lamb. *initione.* Mox, in H *senatui* deest.—4 Pro *ejus* in C *hujus;* H ψ *tuis;* Erf. *ei.* Tum, *collegis* H: *collegiis* ψ: *collegi* Erf.—5 C S, Rom. Ven. 1483. Hervag. Naug. Cam. *futura.*—6 C H S et Erf. *nunc quando.* —7 C *quid eo die:* H *quo die.*—8 C *imus est:* Lamb. e Mss. *unus est.*—9 *Aspera* C S: *aspergi* edd. ante Hervag.—10 J. F. Gronov. conjecit *fecit* legend.

NOTÆ

Porro Manes dicebantur inferorum animæ, quoniam manare e corpore in corpus credebantur a Pythagoricis.

[l] *Augurum responsa*] Augures respondebant de iis quæ fuerant vel observata, vel audita, et quæ signis illis esset Deorum voluntas, senatum docebant.

[m] *Arrogantiam*] Tanta erat Vatinii impudentia, ut quæ in auguribus auctoritas dicebatur, ille arrogantiam nominaret: qua tamen haud impediretur unquam a suis ferendis legibus.

[n] *Concilium advocares*] Magistratuum plebeiorum fuit concilium advocare. 'Concilium' autem de sola plebe dicebatur: 'concio' vero de populo universo.

[o] *Legemque ferres*] Rogationes tribuniciæ, non leges, sed plebiscita dicebantur; quia leges, comitiis centuriatis a patricio magistratu ferri debebant. His tamen plebiscitis tam patricii quam plebeii tenebantur.

[p] *De cœlo esse servatum*] Tres quotidie tribuni signa de cœlo captabant; quæ res nunquam Vatinio fuit impedimento quominus ageret cum populo, licet id lege Ælia et Fufia prohibitum esset.

[q] *Cum Cæsare*] Licet Bibulus quotidie de cœlo servaret, tamen Cæsar suas leges ferebat.

[r] *Senatui causam permittas*] Quærit a Vatinio, an senatui suæ causæ cognitionem, sicut Cæsar, ad senatum deferat. Certe Suetonius in Julio refert, cum ille consulatu functus esset, referentibus C. Memmio, L. Domitio prætoribus de actis superioris anni, cognitionem senatui detulisse.

Digitized by Google

auctoritas ejus, qui se alterius facto, non suo defendat? deinde[1] (erumpet enim aliquando ex me vera vox,[2] et dicam, sine cunctatione, quod sentio) si jam violentior aliqua in re C. Cæsar fuisset, si eum magnitudo contentionis,[3] [s] studium gloriæ, præstans animus, excellens nobilitas aliquo[4] impulisset,[t] quod in illo viro et tum ferendum esset, et maximis rebus, quas postea gessit,[u] obliterandum; id tu tibi, furcifer,[x] sumes; et Vatinii latronis ac sacrilegi vox audietur, hoc[5] postulantis, ut idem sibi concedatur, quod Cæsari? Sic enim ex te quæro. VII. 16. Tribunus plebis fuisti: sejunge te a consule:[6] collegas habuisti viros fortes novem. Ex his tres[7] erant,[y] quos tu quotidie sciebas servare de cœlo, quos irridebas, quos privatos esse dicebas;[z] de quibus duos prætextatos[a] sedentes vides; te ædiliciam prætextam[b] togam,[8] quam frustra con-

—1 Garaton. *denique* malebat.—2 χ *mera vox.*—3 C *contemtionis.*—4 Erf. *aliquando.* Mox, pro *viro* H habet *uno.* χ non habet copulam *et* ante *tum.*—5 Erf. *hujus.*

CAP. VII. 6 *Sejungere a consule* Pal. 9. *sejunge te a consulibus* Erf.—7 Verba *Ex his tres* non sunt in ψ.—8 C H S T ψ *te ædilicia prætexta in togam.*—

NOTÆ

[s] *Contentionis*] Magnam cum Bibulo collega suo suscepit de agro Campano contentionem Cæsar; nam colonos Capuam volebat mittere, Bibulus nolebat agrum Campanum dividi.

[t] *Aliquo impulisset*] Si leges aliquas contra auspicia Cæsar tulerit, id in Vatinio ferendum non esse Cicero contendit.

[u] *Maximis rebus quas postea gessit*] Quæ præclare gesta sunt a Cæsare, exponuntur in oratione de Provinciis Consularibus.

[x] *Furcifer*] Furcifer dicitur proprie, qui dignus est patibulo; qui enim a servo suo nequiter quid factum esse comperisset, cogebat eum duplex lignum, quod curribus subjici solet, ('furcam' Romani appellabant) gestare per viciniam in conspectu hominum, ut ab eo sibi cavendum esse scirent. Itaque a furcæ gestatione 'furcifer' dicebatur.

[y] *Tres erant*] Cn. Domitius, Q. Ancharius, C. Fannius perpetuo de cœlo servabant, ut legibus Vatinii obsisterent.

[z] *Privatos esse dicebas*] Vatinius dicebat suos collegas tribunos privatos esse, ne posset eorum intercessionibus impediri; quia tantum servare de cœlo augures, et obnuntiare poterant consules, prætores, et tribuni plebis.

[a] *Duos prætextatos*] Ancharius et Domitius sedebant, non quidem judices, in subselliis et consessu, sed cum advocatis; quia qui gerebant magistratum, judices esse non poterant; isti autem ædiles erant, et prætores designati.

[b] *Prætextam*] Tanta securitate æ-

Digitized by Google

feceras, vendidisse;[9] tertium scis[10] ex illo obsesso[c] atque afflicto tribunatu consularem auctoritatem[d] hominem esse adolescentem consecutum. Reliqui sex fuerunt: ex quibus partim[1] plane tecum sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant; omnes habuerunt[2] leges promulgatas:[e] in his[3] multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius,[4][f] judex noster; quem, tu[5] disrumperis,[g] cum ædilicium vides. 17. Volo uti mihi respondeas, num quis ex toto collegio legem sit ausus ferre,[h] præter unum te? quæ tanta in te fuit[6] audacia, quæ tanta vis, ut, cum novem tui collegæ[7] sibi timendum esse duxerint,[8] id unus tu, emersus e cœno, omnium facile omnibus

9. *Tu . . . vendidisti* Lamb. 1566. prob. Ern. Verba *te ædil. . . . vendidisse* Schutz. transposuit post *cum ædilicium vides.*—10 Erf. Bern. et Ven. 1483. *scies.*—1 In χ deest *partim.*—2 ψ et Bern. *habuerant.*—3 Pro *his* C S T *te: is.* Deinde, ψ *multa.*—4 Erf. *sent.*, *Consul conius.*—5 H S T non agnoscunt pronomen *tu.* Tum, *diruperis* C H S T: *dirumperis* Lamb.—6 Bern. Naug. Cam. Steph. Lamb. et Orell. *fuerit.*—7 *Ut cum tui coll. novem* Lamb. *ut quod novem tui coll.* Schutz. et Orell. e conjectura Goveani, prob. Ern. Pro *novem tui* in χ legitur *tuum nomen.* Vid. Nott. Varr.—8 Erf. *dixerint.* Mox, idem *omnium facile infimus:* C H S T χ ψ *omnium facile omnibus infimus*, sed in χ *infimis*

NOTÆ

dilitatem petebat Vatinius, ut togam prætextam, quæ propria fuit magistratuum, jam sibi comparavisset: ita confidebat se ædilem creatum iri, a qua dignitate tamen dejectus est.

[c] *Tertium ex illo obsesso, &c.*] Tertius ille fuit Fannius, de quo in orat. pro Sextio, § 113. cujus voluntas in tribunatu grata populo Romano fuit, etsi nihil agere potuisset: quare vocat tribunatum ejus obsessum.

[d] *Consularem auctoritatem*] Tertius ille videtur Q. Metellus fuisse, qui habuit auctoritatem parem consulibus: neque enim erat ea ætate, ut consul esse posset. Sed tanta ejus fuit virtus in tribunatu, ut dignus videretur consulatu, et qui sententiam diceret inter consulares. Quod Octaviano Cæsari decimum octavum annum agenti concessum esse Appianus Bell. Civ. l. III. ait.

[e] *Leges promulgatas*] Antequam leges ferrentur, per trinundinum populo proponebantur, ut eas cognosceret.

[f] *C. Cosconius*] Cosconius illius fortasse filius fuit, qui ex prætura cum imperio proconsulari in Hispaniam ulteriorem missus est: de quo supra.

[g] *Disrumperis*] Ædilis hic Cosconius fuerat anno superiori, Lentulo et Metello coss. quem ædilicium videre jam Vatinius indignabatur.

[h] *Legem ausus ferre*] Nemo collegarum tribunorum legem ferre ausus est, cum de cœlo servavit Vatinius: at ille, ipsis servantibus et obnuntiantibus, ferre ausus est.

Digitized by Google

rebus infimus, contemnendum, despiciendum, irridendum putares? num quem post urbem conditam scias [9] tribunum plebis egisse cum plebe, cum constaret servatum esse de cœlo? 18. Simul etiam illud volo uti respondeas, cum, te [10] tribuno plebis, esset etiam tum in republica lex [1] Ælia et Fufia, (quæ leges sæpenumero tribunicios furores [i] debilitarunt et represserunt) quas contra, præter te, nemo unquam est facere conatus; (quæ quidem leges anno post, sedentibus [2] in templo [k] duobus non consulibus, sed proditoribus hujus civitatis ac pestibus, una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni jure publico conflagraverunt) ecquando [3] dubitaris contra eas leges cum plebe agere,[l] et concilium convocare? [4] num quem ex omnibus tribunis plebis, quicumque seditiosi fuerint, tam audacem audieris fuisse, ut unquam contra legem Æliam aut Fufiam concilium advocaret? [5] VIII. 19. Quæro illud etiam ex te, conatusne sis, volueris ne, denique cogitaris, (est enim res ejusmodi, ut, si tibi modo in mentem venit,[6] nemo sit, qui te [7] ullo cruciatu esse indignum putet) cogitarisne, in illo tuo intolerabili, non regno,[m] (nam cupis id

legitur.—9 H ψ *scires*. In χ omittuntur verba *num quem post ... de cœlo*.—10 C H S T ψ non habent *te*. Tum, H *tribunus plebis*; et C T *esses*. Verba *cum te tribuno plebis* usque ad *concilium convocare* non leguntur in χ.—1 Pro *republica lex* ψ *po. Ro. rex*. Deinde, C *Helya*; et sic semper.—2 C H S et edd. vett. *anno præsidentibus*: Erf. *anno p̄sidentibus*. Tum, C H S T *non duobus cons*.—3 C H S *Hec quando*.—4 C H S T omittunt verba *et concilium convocare*.—5 *Consilium* C H, et *convocaret* H S T χ ψ, et edd. vett.

CAP. VIII. 6 Ern. conjecit *venerit* legend.—7 C non habet *te*, nec H *esse*.

NOTÆ

[i] *Tribunicios furores*] Cum tribuni plebis furiosi seditiones excitabant, statim repressi sunt obnuntiatione aliorum magistratuum, qui de cœlo servarant, et legi Æliæ et Fufiæ paruerunt.

[k] *Sedentibus in templo*] Pisone et Gabinio coss. ad rostra sedentibus et inspectantibus, hæ leges latæ sunt. Notavimus jam quod quivis locus ab auguribus consecratus, pro templo habebatur.

[l] *Cum plebe agere*] Poterant tribuni plebis tantum plebem convocare.

[m] *Non regno*] Significat tribunatum Vatinii, in quo ærarium ita deprædatus est, ut dominari toti reipublicæ summo cum imperio velle videretur.

Digitized by Google

audire) sed latrocinio, augur[8] fieri[n] in Q. Metelli locum?[o] ut, quicumque te aspexisset, duplicem dolorem gemitumque[9] susciperet, et ex desiderio clarissimi et fortissimi civis, et ex honore turpissimi atque improbissimi? adeone non labefactam[10] rempublicam te tribuno, neque conquassatam civitatem, sed captam hanc urbem atque eversam putaris,[1] ut augurem Vatinium ferre possemus?[p] 20. Hoc loco quæro,[2] si, id quod concupieras, augur factus esses (in qua tua cogitatione nos,[3] qui te oderamus, vix dolorem ferebamus; illi autem, quibus[4] eras in deliciis,[q] vix risum tenebant): [*p.* 33.] sed quæro, si ad cetera vulnera, quibus putasti rempublicam deleri,[5] hanc quoque mortiferam plagam inflixisses[6] auguratus tui, utrum decreturus fueris id, quod augures omnes usque a Romulo[r] [r] decreverunt, Jove fulgente,[s] cum populo agi nefas esse; an, quia tu semper[7] sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus?

[r] *A tempore Romuli.*

Tum, Ms. Grævii *dignum putet,* et χ *cogitas te.*—8 Pro *augur* C habet *augere;* S *augurem;* χ *auxilia.* Pro *fieri* in χ *ferri.* Pro verbis *in Q. Metelli locum ut* in C et S legitur *pro Metello? cum ut;* in H ψ *pro Q. Metello cum;* in χ *Q. Metello cum.*—9 C *gemitum.* Mox, χ *ut ex desid.* et Lamb. *clariss. ac fortiss.* In H deest præpositio ante *honore.*—10 *Labefactata* C: *labefactatam* H S, Bern. et edd. pr. cum Orell. Pro *rempublicam* C *rep.*—1 *Atque perversam putaris* Bern. *Putaris* quoque habent Car. Steph. Lamb. Ern. Schutz. et Orell. *putares* ceteri. Pro *atque eversam put.* in Erf. legitur *atque eum amputes.*—2 Erf. *ferre putemus? Hujus loco quæro.*—3 Post *nos* C H S T χ ψ addunt *essemus.*—4 χ *illis autem quibus:* Erf. *illi hujus quibus.*—5 *Quibus rempub. putasti deleri* e Mss. edidit Lamb., qui suspicatur excidisse *posse* ante *deleri.* Ern. conjecit legend. *deletum iri.* In H, qui exhibet *deleris*, deest *putasti.* Verba *sed quæro si ad cetera* usque ad *augurem fore putasti* absunt a T et χ, sed T asteriscum habet.—6 C *infixisse:* ψ *infixisses.*—7 C H S ψ *quia tua semper,* et mox *auguria dissol.*

NOTÆ

[n] *Augur fieri*] Mortuo uno augure, alius in ejus locum sustituebatur.

[o] *In Q. Metelli locum*] Credibile est hic agi de Q. Metello Celere, qui jam excesserat e vivis; aut de Q. Metello Nepote, cujus, cum gravi correptus morbo brevi moriturus crederetur, statim Vatinius auguratum petivit.

[p] *Augurem ferre possemus*] Ferendus non fuit augur Vatinius, qui tam superbe invectus fuit in augures.

[q] *Quibus eras in deliciis*] Cæsar fuit amicissimus Vatinio.

[r] *A Romulo*] Romulus primus auspicia instituit, et primus augur fuit.

[s] *Jove fulgente*] Cum tonitru audiebatur, nefas erat aliquid agere cum populo, v. g. creare magistratus, sancire legem, &c.

Digitized by Google

IX. 21. Ac, ne diutius loquar de auguratu tuo; (quod invitus facio, ut recorder ruinas reipublicæ; [8] neque enim tu unquam, stante non modo majestate horum,[t] sed etiam urbe, te [9] augurem fore putasti) verumtamen, ut somnia tua [u] relinquam, ad scelera [10] veniam; volo uti mihi respondeas: cum M. Bibulum [1] consulem, non dicam bene de republica sentientem, ne tu mihi homo potens irascare, qui ab eo dissensisti; [2] sed hominem certe nusquam progredientem,[3 x] nihil in republica molientem, tantum animo ab actionibus tuis dissentientem; [y] cum eum tu consulem in vincla duceres,[z] et a tabula Valeria [4 a] collegæ tui mitti juberent; fecerisne ante Rostra [b] pontem, continuatis tribunalibus,[c] per quem consul populi Romani moderatissimus et constantissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi per-

Cap. IX. 8 ψ *ruinas Ro. po.*—9 C H S ψ non habent *te.*—10 Ern. conjecit *facinora* legend.—1 C *Bubulum*, semper: χ *Brutum.* Mox, in χ deest *bene.*—2 ψ *quid ab eo diss.* Erf. *qui ab eo quidem sensisti.* Verba *ne tu mihi homo ... tuis dissentientem* non leguntur in H.—3 Ern. suspicabatur legend. *temere progred.* Tum, C S *nihil reip. molientem.*—4 Erf. *ad tabula Valeria;*

NOTÆ

[t] *Majestate horum*] Majestas est populi Romani.

[u] *Somnia tua*] Vatinius fingebat se posse pervenire ad magistratus et auguratum, quo indignus erat.

[x] *Nusquam progredientem*] Notat tempus quo foro pulsus per vim Bibulus domi se continuit, licet nihil unquam molitus esset contra rempublicam; sed quia tantum Vatinio non favebat.

[y] *Animo ab actionibus tuis dissentientem*] Cum domi abditus esset Bibulus, per edicta tantum obnuntiabat, quæ ita populo grata erant, ut per eum locum ubi proponebantur, præ multitudine eorum qui legebant, transire homines non possent, ut refert Cic. Epistt. ad Atticum.

[z] *Consulem in vincla duceres*] Vis tanta tribunorum fuit, ut etiam consules obtorto collo in carcerem ducerent: quod Liv. lib. IV. scribit. Primus autem omnium id ausus est P. Curiatus. Vide Cic. de Leg. l. III.

[a] *Tabula Valeria*] Tabula Valeria locus in foro ita dictus est, a tabula argentarii cujusdam Valerii.

[b] *Ante Rostra*] Naves Antiatum partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ; rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: rostraque id templum appellatum est.

[c] *Continuatis tribunalibus*] Gradus templorum circum forum, et tribunalia exemtilia erant, quæ a Vatinio conjuncta sunt, ut per locum editum consulem in vincula duceret, ne a quoquam tribunorum collegarum Bibulus abduceretur.

Digitized by Google

ditorum[5] hominum incitata, turpissimo miserrimoque spectaculo, non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem duceretur?[6] 22. Quæro, num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit?[d] ut sciamus,[7] utrum veterum facinorum sis imitator, an inventor novorum. Idemque tu cum his atque hujusmodi consiliis ac facinoribus, nomine[8] C. Cæsaris,[e] clementissimi atque optimi viri, scelere vero atque audacia tua, M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnibus expulisses, inclusum domi contineres; cumque non majestate imperii, non jure legum, sed januæ præsidio et parietum custodiis consulis vita tegeretur;[9] miserisne viatorem,[f] qui [M. Bibulum[10]] domo vi extraheret, ut, quod in privatis semper est servatum,[1 g] id, te tribuno plebis, consuli domus exilium esse non posset? 23. Simulque mihi respondeto tu, qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas, fuerisne non tribunus plebis, sed intolerandus, ex cœno nescio qui,[2] atque ex tenebris tyrannus? qui primum[3] eam rempublicam, quæ auspiciis inventis constituta est, iisdem auspiciis sublatis,

unde Græv. conjecit legend. *ad tabulam Valeriam.*—5 H χ ψ *ut perd.* Mox, *incitatu* C et Erf. *incitato* χ: *incitaretur* ψ: *congesta* Schol. Ambros. Maii. Pro *turpissimo* in ψ *pessimo.*—6 C *sed ad suppl. necemque duc.*—7 χ *et sciamus.* Tum, ψ *veteres.*—8 C et ψ *nomen.* Verba *Idemque tu cum* usque ad *posset* absunt a T et χ.—9 H *regeretur.*—10 Schutz. e conjectura Ernesti delevit *M. Bibulum.*—1 In edd. pr. *observatum.* Schutz. *id* delevit. Post *tribuno plebis* Ern. suspicatur verbum excidisse, veluti *tolleretur.* Deinde, *consulis domus* C H S, Erf. et quædam edd. pr.—2 χ, Bern. et nonnullæ edd. vett. *quo:*

NOTÆ

[d] *Qui id fecerit*] Duxere quidem in vincula tribuni consules ante Vatinium; sed nemo tam nefarie: quia usus est subselliis judicum ad facinus contra omnem justitiam patrandum.

[e] *Nomine C. Cæsaris*] Usus est Vatinius auctoritate Cæsaris, qui pro singulari sua humanitate, ab illo scelere alienus erat ut qui maxime.

[f] *Miserisne viatorem*] Viatores dicebantur, qui alios accersebant, jubente vel populo vel magistratu. Inde autem dicti sunt, quod primis temporibus, cum assidue homines rusticarentur, eos a villa in senatum evocarent: unde frequentior eorum erat opera in via, quam in urbe.

[g] *Quod in privatis semper est servatum*] Nefas erat aliquem per vim ex domo sua extrahere, unde Sannio apud Terentium, cum de injuriis adolescentis quereretur, 'Domo,' inquit, 'me eripuit, verberavit.'

Digitized by Google

conarere evertere,[4] deinde sanctissimas leges, Æliam et Fufiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate,[h] et in audacia Saturnini,[5][i] et in colluvione Drusi,[k] et in contentione Sulpicii,[l] et in cruore Cinnano,[m] etiam inter Sullana[6] arma[n] vixerunt, solus conculcaris,[o] ac pro nihilo putaris; qui consulem morti objeceris,[7] inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis; qui in eo magistratu[8] non modo emerseris ex mendicitate, sed etiam divitiis[9] nos jam tuis terreas: fuerisne tanta crudelitate, ut delectos viros et principes civitatis tollere et delere tua rogatione[p] conareris? X. 24. Cum L. Vettium,[10]

Pall. aliquot *quis.*—3 Erf. *primam.*—4 Erf. Bern. Græv. Ern. Schutz. et Orell. *evertere:* ceteri *pervertere.*—5 T *Saturnii.*—6 C H χ ψ *et inter Sull.* Verba *arma vixerunt . . . putaris* non sunt in T, nec *qui consulem . . . præbere voluisti* in χ.—7 C *consulis,* et C ψ *morti adjeceris.*—8 H S *ex eo mag.* In H S T et Bern. deest *modo.*—9 C H S T ψ *sed etiam ex div.* H non habet *jam.*

NOTÆ

[h] *Gracchorum ferocitate*] De iis dictum est in orat. II. de Lege Agr. § 10. not.

[i] *Audacia Saturnini*] Cn. Apuleius Saturninus, vir audacissimus, tribunus plebis creatus, legem Agrariam tulit per vim. Is C. Memmium, consulatus candidatum, qui suis actionibus adversabatur, interfecit, una cum competitore tribunatus Aulo Nummio.

[k] *In colluvione Drusi*] In colluvione seu confusione civitatis Drusus immisit ex omni Italia populos in civitatem, qui spe civitatis ab eo sollicitati sunt, quorum ope et auxilio leges tulit perniciosas, Agrariam, Frumentariam, et Judiciariam, ut æqua parte penes senatum et equestrem ordinem essent judicia: at in iis ferendis legibus auspicia nunquam neglexit.

[l] *In contentione Sulpicii*] Sulpicius tribunus plebis, cum, auctore Mario, leges perniciosas promulgasset, ut exules revocarentur, ut novi cives libertinique distribuerentur in tribus, et adversantibus consulibus vim intulisset, L. Sulla cum exercitu in urbem ingressus est. Cum Sulpicius in villa quadam lateret, indicio servi sui retractus est et occisus. Servus ob judicium manumissus est, sed ob proditionem de rupe Tarpeia dejectus. Ita Livius et Plutarchus.

[m] *In cruore Cinnano*] Maxima carnificina civium a Cinna facta est, cum ille in urbem receptus, eam cædibus replevit.

[n] *Inter Sullana arma*] Sulla, republica occupata, leges tulit quamplurimas; tribuniciam imminuit potestatem, jus legum ferendarum ademit, et pontificum collegium auxit.

[o] *Solus conculcaris*] Unus Vatinius ausus est consulem populi Rom. morti objicere, &c.

[p] *Tua rogatione*] Intelligit legem

Digitized by Google

qui in senatu confessus esset, se cum telo fuisse, Cn. Pompeio,[1] summo et clarissimo civi, suis manibus necem offerre voluisse, in concionem produxeris, indicem in Rostris,[2] in illo, inquam, augurato[o][3] templo ac loco, collocaris; quo, auctoritatis exquirendæ causa, ceteri tribuni plebis principes civitatis producere[4] consueverunt;[q] ibi tu indicem Vettium linguam et vocem suam sceleri et menti tuæ[5] præbere[p] voluisti, ut diceret [L. Vettius] in concione tua, rogatus a te, se auctores[6] et impulsores, et socios habuisse sceleris illius eos viros,[r] quibus e civitate sublatis, quod tu[7] eo tempore moliebare, civitas stare non posset? M. Bibulum, cujus inclusione contentus non eras, interficere volueras,[8] spoliaveras consulatu,[s] patria privare cupiebas:[9] [*p.* 34.] L. Lucullum,[t] cujus tu rebus gestis

[o] *Consecrato.* [p] *Accommodare.*

Cap. x. 10 C H S ψ *Cum in Vectium.*—1 Ante *Cn. Pompeio* Bern. et Ms. Lamb. addunt *mortem.* Mox, *man. efferre* C H S: *suis man. offerre* ψ, Erf. Bern. Ms. Lambini, et edd. pr. unde *suis man. necem offerre* dederunt Græv. Ern. Schutz. et Orell. *suis man. necem afferre* ceteri. Tum, C H S ψ, Erf. *voluisset*; et C S ψ *in contentionem.* Verba *civi suis manibus necem offerre voluisse, in concionem* absunt a T.—2 H *ind. rostris.*—3 Quidam ap. Lamb. *inaugurato.* Deinde, C T ψ *collocans.*—4 C H S T ψ *ducere.* Mox, pro *Vettium*, C T *veto ut*; H ψ *vero ut.*—5 Pal. 2. *scel. et neci tuæ.* Gulielmius conjecit *scel. et dementiæ tuæ.* Mox, C H S ψ et edd. ante Junt. non habent *ut.* Deinde, *Lelius Vectius* ψ. Bern. Naug. Cam. Car. Steph. Lamb. et Orell. exhibent *voluisti; dixeritne L. Vettius.* Schutz. de sententia Ernesti delevit *L. Vettius.*—6 *Rogatus ante* C H S ψ; et *sese auctores* C H S T, Erf.—7 H non habet *tu.*—8 Schutz. e conjectura recepit *quem interf. vol.*—9 Pro *cupie-*

NOTÆ

quam Vatinius promulgavit, ut morte punirentur qui vitam adimere Pompeio voluerant.

[q] *Producere consueverunt*] Privati jus ascendendi in rostra non habebant, sed ab aliquo magistratu producebantur. Qui legem suadebant, auctores legis dicebantur; hoc est, quod ait, principes civitatis auctoritatis exquirendæ causa produci solitos. Hic autem incendit odium in Vatinium.

[r] *Eos viros*] Compulit Vatinius Vettium dicere, se illius cædis auctores habuisse multos e civitatis principibus, et inter illos Curionem filium.

[s] *Consulatu*] Omni potestate consulari Bibulum, non dignitate privavit.

[t] *L. Lucullum*] Cicero in Lucullo ait tantum eum imperatorem fuisse, ut Mithridates rex, post Alexandrum maximus, omnibus eum duci-

Digitized by Google

(quod ipse ad imperatorias laudes a puero videlicet spectaras[10]) vehementius invidebas: C.[1] Curionem, perpetuum hostem improborum omnium, auctorem publici consilii, libertate[2] communi tuenda maxime liberum, cum filio principe[3] juventutis,[u] cum republica[4] conjunctiore[x] etiam, quam ab illa ætate postulandum fuit, delere voluisti: 25. L. Domitium,[y] cujus dignitas et splendor præstringebat,[5] credo, oculos Vatinii, quem tu propter[6] commune odium in bonos oderas, in posterum autem,[7] propter omnium spem, quæ de illo est atque erat, ante aliquanto[8] timebas: L. Lentulum hunc, judicem nostrum, flaminem Martialem,[z] quod erat eo tempore Gabinii tui competitor,[a] ejusdem Vettii indicio opprimere voluisti. Qui si tum illam labem pestemque vicisset, (quod ei tuo scelere non licuit) respublica victa non esset,[9] hujus etiam filium eodem indicio

bas H *volueras.* Tum, ψ *Lelium Lucullum:* Erf. *L. Lucullus.*—10 ψ *expectaras.*—1 C H S T ψ non habent prænomen. In H deest *perpetuum.*—2 Junt. *in libertate.* Deinde, ψ *tuendam.*—3 Verba *cum filio principe* absunt a H S T, etiam a C, in quo *juventutis* quoque deest.—4 S et Erf. *cum R. P.* T *cum N. P.* Tum, S T *conjunctore:* Erf. *conjunctione.* Post *etiam* H addit *causa,* et T *jam.* Pro *quam* C T habent *cum.*—5 C *restringebat:* H *restinguebat:* Lamb. *præstinguebat:* alii *perstringebat.*—6 Lamb. et Orell. *quem tum propter.* Mox, verba *in bonos ... timebas* non sunt in χ.—7 C H S T ψ non habent *autem.*—8 H S T ψ *aliquando.*—9 C H S ψ *et.* In χ desunt verba *Qui si*

NOTÆ

bus, de quibus legerat, prætulerit.

[u] *Principe juventutis*] Princeps juventutis dicebatur, qui Trojano ludo, qui in Circo a pueris majoribus et minoribus turmatim congredientibus celebrabatur, præsidebat. Porro ex numero filiorum primi nominis senatorum, Augustorumve postea eligebantur.

[x] *Cum republica conjunctiore*] Cum Curio juvenis adversus Cæsarem causam reipublicæ vehementius defenderet, quam ab ea ætate expectabatur, voluit illi per Vettium capitis periculum creare, et eum in sceleris suspicionem adducere.

[y] *L. Domitium*] Intelligit hic Domitium Ænobarbum, qui prætor de Cæsaris actis retulit ad senatum. Vettius autem indicavit domum ejus constitutam fuisse, unde eruptio fieret, ut patet ex lib. II. ad Att. epist. 24.

[z] *Flaminem Martialem*] Flamen Martialis sacerdos est Marti consecratus; flamen dictus vel a pileo quo utebatur, vel a filo quo caput cingebatur.

[a] *Competitor*] Fuit in consulatu petendo competitor; nam consules Piso et Gabinius successere Cæsari et Bibulo.

Digitized by Google

et crimine ad patris interitum[10] aggregare voluisti: L. Paulum,[b] qui tum quæstor Macedoniam[c] obtinebat,[1] (quem civem! quem virum!) qui duos nefarios patriæ proditores,[d] domesticos hostes, legibus exterminarat, hominem ad conservandam rempublicam natum, in idem Vettii indicium, atque in eundem hunc numerum congregasti.[2] 26. Quid ego[3] de me querar? qui etiam gratias tibi agere debeo, quod me ex fortissimorum civium numero sejungendum non putaris.[4] XI. Sed qui fuit[5] ille tuus tantus furor, ut, cum jam Vettius ad arbitrium tuum perorasset, et civitatis lumina notasset,[6] descendissetque de Rostris, eum repente revocares, colloquerere, populo Romano vidente? deinde interrogares, ecquosnam[7] alios posset nominare? inculcarisne,[8] ut C. Pisonem, generum[e] meum, nominaret; qui in summa copia optimorum adolescentium, pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem? itemque[9] M. Laterensem,[f] hominem dies atque noctes de laude

tum ... victa non esset.—10 χ *crim. quo patris*, et ψ *meritum.*—1 In χ omittuntur verba *qui tum quæstor Maced. obtinebat*, et paulo post *qui duos nefarios ... exterminarat.* C transposuit voces *quem civem? quem virum* post *exterminarat.*—2 Lamb. *aggregasti.*—3 ψ et Bern. *ergo.*—4 C H S T ψ *putas:* Bern. *putasti.*

CAP. XI. 5 H *sed quis fuit.* Tum, *ille tantus furor tuus* Rom. Car. Steph. Lamb. *tuus ille tantus furor* Bern. Ven. 1480. Naug. Cam.—6 χ *limina notasset*, omissis verbis *descendissetque de rostris* usque ad *posset nominare.*—7 C S *hic quosnam:* H *quosnam.*—8 'Videtur legendum *inculcaresque;* sive e vestigiis ed. Wald. *inculcares etiam;* nam ea habet *inculcaris etiam.*' Ern. unde Schutz. edidit *inculcaresque.* In C H S T ψ *inculcarisne etiam:* χ *inculcaris etiam.*—9 Pro *itemque* H habet *ipsum.* Mox, edd. vett. *dies ac noctes.* Paulo post,

NOTÆ

[b] *L. Paulum*] Paulus ille Cæsaris erat inimicus; at cum creatus esset consul, a Cæsare pecunia corruptus est: quare pro Cæsare loqui cœpit. Hunc autem Vettius principem consilii Pompeium interficiendi dixerat.

[c] *Quæstor Macedoniam*] Quæstores provincias quidem obtinere poterant; sed decedente tantum consule aut prætore, ne destituta gubernatore provincia fieret. Ita Cicero provincia decedens, ei Cœlium juvenem præfecit, ut patet ex lib. VI. ad Att. ep. 6.

[d] *Patriæ proditores*] Antronium significat, et aliquem alium ejusdem socium conjurationis, de quo Cicero fuse loquitur in orat. pro Sulla; qui in exilium missi sunt, ut ex lib. III. ad Att. ep. 7. intelligitur.

[e] *Pisonem generum*] Piso filiam Ciceronis uxorem duxerat.

[f] *M. Laterensem*] Marcus ille Laterensis e municipio Tusculano a

Digitized by Google

et de republica cogitantem? promulgarisne,[e] impurissime et perditissime hostis, quæstionem de tot amplissimis et talibus[10] viris, indicium Vettio, præmia[g] amplissima? quibus rebus, omnium mortalium non voluntate[1] sed convicio repudiatis; fregerisne[2] in carcere cervices[h] ipsi illi Vettio, ne quod indicium corrupti indicii[3] extaret, ejusque sceleris in te ipsum quæstio[f] flagitaretur?

27. Et, quoniam crebro usurpas, legem te de alternis consiliis[4] rejiciendis[i] tulisse; ut omnes intelligant, te ne recte quidem facere sine[5] scelere potuisse, quæro, cum lex esset æqua promulgata[6] initio magistratus, multas etiam[7] alias tulisses, expectarisne, dum[8] C. Antonius[k] reus fieret[l] apud Cn. Lentulum Clodianum?[9] [m] et posteaquam ille est

[e] *Postulaverisne indicia adversus tot amplissimos?* [f] *Judicium.*

verba *et perditissime* absunt a Ms. Lambini. In χ desunt voces *promulgarisne ... convicio repudiatis.*—10 H omittit *et talibus.* Pro *indicium* C H S ψ, Rom. Ven. utraque habent *indicium uni;* T *uni;* Junt. Ald. et edd. seqq. ante Grut. cum Lamb. et Orell. *indici.* Vid. Nott. Varr.—1 ψ *voluntates.*—2 Pro *fregerisne* H S T ψ habent *fregeris;* χ *deinde si secueris.* In C H S T deest *illi.*—3 C H S T ψ *judicii.* Tum, ψ *ejusdem scel.*—4 *Legem cede alternis cons.* C H S T: *legem cede de alterius cons.* Erf. Verba *Et quoniam ... tulisse* non sunt in χ.—5 ψ *sicut.*—6 Lamb. *esset a te tua promulg.*—7 Bern. et Lamb. *jam.*—8 C S T et Erf. *cum.*—9 *Apud Q. Clodianum* H S: *apud Cn.*

NOTÆ

Plancio in ædilitate petenda superatus est. De quo in orat. pro Plancio.

[g] *Vettio præmia*] Præmia illis proponebantur a Romanis, qui conjurationes detegerent, ut hac ratione ad indicandum allicerentur, quorum ipsi essent conscii: sic Allobrogibus in conjuratione Catilinæ data sunt.

[h] *In carcere cervices*] Cicero ad Atticum scribit Vettium a Crasso divite fuisse damnatum. Appianus Bell. Civ. lib. II. scribit in carcere noctu fuisse necatum.

[i] *De alternis consiliis rejiciendis*] Reus et accusator quinos judices rejicere poterant. At lege Vatinia permissum est, vel ut totum consilium, id est, omnes judices uterque semel rejicere posset.

[k] *Antonius*] C. ille Antonius M. oratoris filius fuit, Ciceronis in consulatu collega.

[l] *Reus fieret*] Reus fieri dicitur qui legibus apud prætorem interrogatur. Cum enim in jus ventum erat, dicebat accusator apud prætorem reo, Aio te illud fecisse; si tacuisset, lis ei ut victo constituebatur: si negasset, petebatur a magistratu dies ejus criminum inquirendorum, et instituebatur accusatio.

[m] *Apud Cn. Lentulum Clodianum* [*Apud Cn. Lentulum et Q. Claudium*]

Digitized by Google

reus factus, statim tuleris [in eum [10]] [n], 'qui tuam post legem reus factus esset;' ut homo consularis exclusus, miser, puncto temporis spoliaretur beneficio et æquitate legis tuæ? 28. Dices, familiaritatem tibi fuisse cum Q. Maximo.[o] Præclara defensio facinoris tui: nam Maximi quidem summa laus est, sumtis inimicitiis,[p] suscepta causa, quæsitore [q] consilioque delecto,[r] commodiorem inimico suo conditionem [1 s] rejectionis dare noluisse: nihilque Maximus [2] fecit alienum aut sua virtute, aut illis viris clarissimis, Paulis, Maximis, Africanis;[t] quorum gloriam hujus

Lentulum et Q. Claudianum ed. pr. sic etiam Junt. nisi quod copulam omittit. Crat. Vict. Manut. Lamb. 1566. *apud Cn. Lentulum et Q. Claudium;* sed Crat. non habet *et*. Vid. Nott. Varr.—10 Voces *in eum* Ern. et Schutz. uncis includunt. Verba *in eum, qui tuam post legem reus factus esset* suspecta erant Passeratio.—10 Bern. *cumque Maximo.*—1 Pro *conditionem* Ms. Vict. et Pall. habent *concionem;* nonnullæ edd. vett. *contentionem.* In C S T ψ legitur *commodiore inim. suo contentionem relectionis.* H quoque *relectionis.* Tum, Mss. Lambini *voluisse.* Verba *sumtis inimicitiis* usque ad *dare noluisse* non sunt in χ.—2 H, Bern. et Lamb. *Nihil Maximus:* Orell. e conjectura dedit *Nihil Q. Maximus.* Mox, pro *illis* C H S χ ψ habent *illius familiarissimis;* T *illis familia-*

NOTÆ

Cn. Lentulus et Q. Claudius prætores fuerunt, quorum alter de repetundis, alter de majestate quærebat. Antonius reus de majestate a Cœlio factus est tanquam conjurationis Catilinariæ particeps; a Q. Maximo de repetundis, ob pecunias contra legem captas, cum esset in Macedonia proconsul.

[n] *Statim tuleris in eum*] Cum reus esset Antonius, antequam lex illa ferretur, caruit legis beneficio. Cum autem audiret Vatinius fore, ut Antonio dies diceretur, expectavit judicium malitiose, ut legem ferret.

[o] *Cum Q. Maximo*] Q. ille Fabius Maximus cum Trebonio consul fuit: is Antonium accusavit.

[p] *Sumtis inimicitiis*] Inimicus fuit Antonio propter Achæos spoliatos.

[q] *Quæsitore*] Quæsitor judicii moderator est, et qui de facto quærit: quærebat autem unus ex illis prætoribus supra memoratis.

[r] *Consilioque delecto*] Non seligebantur judices, sed sorte ducebantur, plurimis eorum nominibus in urnam conjectis.

[s] *Conditionem*] Hotomannus reposuit *condicionem*, hoc sensu, ut condicionem rejiciendi commodiorem haberet ex lege Vatinia, quam antea liceret.

[t] *Paulis, Maximis, Africanis*] Maximus ab illis majoribus traxit originem, qui multis in republica victoriis et triumphis claruerunt. Horum primus extitit Marcus, qui A. U. C. 451. consul fuit: secundus, Marcus, ejus filius, A. U. C. 498. consulatum gessit: tertius, Lucius, qui duplici consulatu functus est: quartus, Lucius Æmilius Paulus, duplici consulatu, et tribus triumphis illustris.

Digitized by Google

virtute renovatam non modo speramus, verum etiam jam [3] videmus. Tua fraus, tuum maleficium, tuum [4] scelus illud est, te id, quod promulgasses misericordiæ [u] nomine, ad crudelitatis tempus distulisse. Ac nunc [5] quidem C. Antonius hac una re miseriam suam [v] consolatur,[6] quod imagines [x] patris et fratris sui, fratrisque filiam, non in familia, sed in carcere collocatas [7] audire maluit, quam videre.

XII. 29. Et [8] quoniam pecunias aliorum despicis, de tuis divitiis intolerantissime gloriaris, volo uti mihi respondeas, fecerisne fœdera [y] tribunus plebis cum civitatibus cum regibus,[z] cum tetrarchis? [a] [*p.* 35.] erogarisne [b] pecunias ex ærario tuis legibus? eripuerisne partes [9] illo tempore carissimas partim a Cæsare,[c] partim a publicanis?

[v] *Exilium.*

rissimis.—3 H T *jam* omittunt.—4 In C H S T χ ψ deest *tuum.* Pro *est* in χ legitur *cum*, sed caret *quod* ante *promulgasses.*—5 C S *At nunc.* Verba *Ac nunc quidem* usque ad *affinem te esse dicis* non sunt in χ.—6 C H S *solatur.* Deinde, Lamb. *quod imag. et patr. et fratr. sui.*—7 *Collocatum* T, ed. pr. et ed. Wald. *collocatam* C H S ψ, Erf. Bern. et edd. ante Ald. cum Græv.

CAP. XII. 8 C S T ψ omittunt *et.* Tum, *pecuniam* C H S T.—9 C *parthis:* ψ *partim.* Erf. *eripuerisne partis illo tempore carissimas partim a Cæsare*

NOTÆ

[u] *Misericordiæ*] Misericordia plena videbatur lex Vatinii in reos, quia commodiorem rejectionis conditionem eis dabat.

[x] *Imagines*] Significat Vatinium tres istas imagines ex atrio ædium Antonii in carceris locum aliquem, contumeliæ causa, ferri jussisse: nam *fratris filiæ* legendum videtur. Nisi fortasse per carcerem melius intelligitur Vatinii domus, qui aliquorum judicio nupserat sorori Antonii triumviri.

[y] *Fecerisne fœdera*] Omnes populi immunes erant. Itaque accepta a vectigalibus aut stipendiariis pecunia, eos fœderatos fecit, quod solius erat populi Romani.

[z] *Cum regibus*] A regibus Vatinius pecuniam accipiebat, ut apud populum Romanum pro eis ageret.

[a] *Tetrarchis*] Tetrarchæ appellantur, qui quartam regionis partem occupant.

[b] *Erogarisne*] Vatinius in sua lege, qua Cæsari provincia Gallia mandabatur, adjunxerat, ut ei sumtus ex ærario attribueretur.

[c] *Partim a Cæsare*] Placet Hotomanno legendum esse *a senatu*, ortumque mendum ex nota *se:* nam penes senatum dispensatio ærarii erat; publicani quoque persæpe pecunia rempublicam juvabant. Vatinius ergo lege sua eripuit et senatui et publicanis partes illis carissimas ornandi Cæsaris: quam enim gratiam a Cæsare inire potuissent, Va-

Digitized by Google

Quæ cum ita sint, quæro ex te, sisne ex pauperrimo dives factus illo ipso anno,[10] quo lex lata est de pecuniis repetundis acerrima;[1] [d] ut omnes intelligere possent, a te non modo nostra acta,[e] quos tyrannos vocas, sed etiam amicissimi tui[f] legem esse contemtam: apud quem tu etiam nos criminari soles, qui illi sumus amicissimi,[2] cum tu ei contumeliosissime toties maledicas, quoties illi affinem te esse[3] dicis.[g]

30. Atque illud etiam[4] scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arrii,[5] [h] familiaris mei, cum toga pulla[6] accumberes? quem unquam videris? quem audieris? quo exemplo, quo more[7] feceris? Dices, supplicationes[i] te illas non probasse. Optime. Nullæ

partim: ed. pr. *eripueris ne Parthis illo temp. Cassinas partim acies, partim:* Med. *eripuerisne Parthis illo temp. carissimus, partim a Cæsare, partim.* Hæc omnia, ut multa alia, desiderantur in Franc. 1. Pro vocibus *a Cæsare* Hotom. conjecit legend. *a senatu.* Goveanus ita legi maluit, *eripuerisne legibus per artes illo tempore carissimas, &c.*—10 C H S *in illo ipso anno:* T *in illo anno.* —1 C H S T ψ *acerrime.*—2 H S *simus amic.* ψ *sumus ac amic.* Pro verbis *cum tu ei* C H S T ψ habent *et.*—3 In H deest *esse.* Mox, *dices* C H S T ψ. *quoties te illi affinem esse dicis* Bern. Schol. Ambros. Naug. et Orell.—4 Bern. *etiam illud.*—5 Mss. nonnulli Lambini *Q. Varii:* edd. ante Lamb. *Q. Arri.* Deinde, H et S *famil. nostri.*—6 χ *puella.*—7 Verba *quo more* non sunt in H. Verba *Dices supplicationes* usque ad *millia accumberent,* § 31. absunt a χ.—

NOTÆ

tinius præripuit. Sic infra, 'eripueras provinciæ decernendæ potestatem, ærarii dispensationem.'

[d] *Acerrima*] Cæsar legem tulit de repetundis pecuniis A. U. C. 694.

[e] *Nostra acta*] Suas leges ait quas ipse Cicero de ambitu tulit. Acta autem dicebantur, quia in ejus actis scribebantur.

[f] *Amicissimi tui*] De Cæsaris amicitia Vatinius gloriabatur.

[g] *Affinem te esse dicis*] Jactabat se Vatinius habere cum Cæsare affinitatem; quia nimirum uxorem duxerat Antoniam M. Antonii sororem, quæ fuit filia Juliæ, e Cæsarum familia.

[h] *Epulo Q. Arrii*] Epulum illud in æde Castoris datum est. Nota autem, quod in civium potentiorum funeribus populo epulum dabatur, isque dies populo et convivis festus erat. Quare nemo toga pulla sive atra vestitus hic aderat.

[i] *Supplicationes*] Supplicationes proprie sunt gratulationes quæ a senatu imperabantur fieri, cum literæ ab imperatoribus missæ lectæ fuerant, quibus victoria aliqua renuntiabatur: porro illæ gratulationes ad omnia Deorum pulvinaria fiebant. Patet autem et ex illo loco supplicationes ad honestanda clarorum virorum funera fuisse decretas a senatu.

Digitized by Google

fuerint [8] supplicationes.[z] Videsne, me nihil de anni illius causa,[a] nihil de eo, quod tibi cum summis viris [k] commune esse [9] videatur, sed de tuis propriis sceleribus ex te quærere? Nulla supplicatio fuerit. Cedo, quis unquam cœnarit [10] atratus? ita enim illud epulum est [1] funebre, ut munus sit funeris,[l] epulæ quidem ipsæ, dignitatis.[m] XIII. 31. Sed omitto [2] epulum populi Romani, festum diem,[3][n] argento,[b] veste, omni apparatu ornatuque visendo.[4] Quis unquam in luctu domestico, quis [5] in funere familiari [o] cœnavit cum toga pulla? [p] cui de balneis exeunti,[q] præter te, toga pulla unquam [6] data est? Cum tot hominum millia accumberent, cum ipse epuli dominus, Q. Arrius, albatus [7] esset; [r] tu in templum Castoris [s] te cum C. Fidulo [8] atrato

[z] *Non potuerint decerni.* [a] *Actis.*
[b] *Qui fuit festus dies argento, &c.*

8 C H S *fuerunt.*—9 *Comm. cum summis viris esse* Bern. Naug. Lamb. et Orell.—10 *Cœnaris* C: *cenavit*, vel *cœnavit*, S, et edd. ante Lamb. In H deest. —1 ψ *esse.*

Cap. xiii. 2 Pro *omitto* C H *opiteco*; S *apiteco*; T *opitheco.*—3 ψ *die.*—4 H S *ornatuque secundo.* Pro *quis* C S T *qui*, et ψ *quid.* Tum, T *nunquam.*—5 C *qui.*—6 In C H S T deest *unquam.*—7 χ *allatus.* Pro vocibus *tu in* C *tuque*; H *cumque in.* Verba *tu in templum . . . intulisti* absunt a χ.—8 *Fibulo*

NOTÆ

[k] *Summis viris*] Cæsari, Pompeio, et Crasso illæ supplicationes improbantur.

[l] *Munus sit funeris*] Munus proprie id intelligitur, quod quis necessario subit lege, more, vel ejus imperio, qui jubendi potestatem habet.

[m] *Epulæ quidem ipsæ dignitatis*] Duo epularum fuerunt genera quibus funera honestabantur; alia ad mortuos pertinebant, quæ Manibus libabantur; alia ad vivos, quæ ad dignitatem et magnificentiam spectabant.

[n] *Festum diem*] Alii apud Romanos festi dies fuerunt, alii profesti, intercisi alii. Festi dies Diis consecrati sunt; profesti hominibus, administrandæ publicæ vel privatæ rei causa; intercisi, Deorum hominumque sunt communes. De iis fuse in oratione pro Sextio.

[o] *In funere familiari*] Funus familiare dicebatur, quod in familiarium sepulcris solebant exhiberi. Vide Gell. xvi. 4.

[p] *Cum toga pulla*] In funeribus Romani non atro, sed albo colore utebantur; maxime in cœnis funebribus, ne convivium funestaretur.

[q] *De balneis exeunti*] A balneis ad cœnam ibant. Unde Martialis, 'Lotus nobiscum Andragoras cœnavit, et unxit.'

[r] *Arrius albatus esset*] Atrati quidem per annum Romani lugebant mortuos, ut Dionysius refert de matronis Romanis quæ Coriolanum per

Digitized by Google

ceterisque tuis furiis [9] funestum intulisti. Quis tum [10] non ingemuit? quis non doluit reipublicæ casum? [1] quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi, hanc tantam et tam gravem civitatem, subjectam esse non modo furori, verum etiam irrisioni tuæ? 32. Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer aut adolescens inter coquos fueras? [2] Fausti, adolescentis [t] nobilissimi, paulo ante ex epulo magnificentissimo famem illam veterem [u] tuam non expleras? [3] Quem accumbere atratum videras dominum cum toga pulla, et ejus amicos ante convivium? [4] quæ te tanta tenuit amentia, [5] ut tu, nisi id fecisses, quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen epuli, oculos civium, morem veterem, ejus, qui te invitarat, [x] auctoritatem, parum putares testificatum [6] esse, supplicationes te illas non putare? [7]

Bern. Ms. Vict. et al. *Figulo* nonnulli ap. Lamb. *Fidulio* legend. conjecit Gulielm.—9 H ψ *ejus furiis.*—10 T *tamen.*—1 Barb. *casu.* Deinde, *qui sermo* Barb. et Orell.—2 *Adol. inter cœtus fueras* H S: *adol. interfueras* T χ et quinque alii, prob. Manutio: *adol. inter coævos fueras* C et edd. pleræque ante Lamb. *adol. inter cacos fueras* Ms. Clerici et alii. Vid. Nott. Varr. Pro *Fausti* ψ habet *fuisti.* Verba *Fausti, adolescentis . . . ante convivium* non sunt in χ.—3 C H S T *expiares.*—4 '*Quem accumb. atratum videras dominum cum toga pulla, et ejus amicos, &c.*] Alii, v. c. Ern. Schutz. distinguunt *videras, dominum*; alii *videras? dominum.* Priore vero illa ratione nimis obscuratur loci sensus. Puto leg. esse, *videras dominum? Cum toga pulla ejus amicos ante conv.?* scil. unquamne videras? *videras? Dominum cum toga pulla, et ejus amicos ante conv. videras* Goveani susp. *videras? Dominus cum toga pulla et ejus amici ante conv.* dubia Garatoni susp.' *Orell.* Vid. Nott. Varr.—5 *Insania* C H T χ, Ven. 1483. Junt. Ald. Pro *tu*, quod Bern. et Lamb. omittunt, T habet *tamen*; C S χ et edd. ante Hervag. *tum.* Pro *nisi* in χ legitur *non.*—6 ψ *patrum put. test.* Lamb. *parum put. te test.* ut Ern. volebat.—7 Car. Steph. et Lamb. *probare,* non improb. Garaton.

NOTÆ

annum atratæ luxerunt. At in conviviis funereis, justisque persolvendis albati erant.

[s] *In templum Castoris*] Epulum ejusmodi funebre dari solebat in ædibus sacris, ut tum factum est in templo Castoris; in quo cœnabant viri magnates; sed plebs, propter angustias loci, et multitudinem convivarum, extra templum, in foro.

[t] *Fausti, adolescentis*] Faustus ille L. Sullæ filius fuit, quem Dio lib. XXXVII. narrat ludos gladiatorios in honorem patris sui dedisse, populumque lauto convivio excepisse, iisque balnea et oleum gratis dedisse.

[u] *Famem veterem*] Pauper fuerat antea Vatinius, et statim dives factus est.

[x] *Ejus qui te invitarat*] Arrius, qui Vatinium invitaverat, in funere patris non ausus est.

Digitized by Google

XIV. 33. Quæro illud etiam[8] ex te, quod privatus admisisti;[9] in quo certe jam tibi dicere non licebit, cum clarissimis viris causam tuam esse conjunctam: postulatusne sis[y] lege Licinia et Junia?[10] edixeritne C. Memmius prætor ex ea lege, ut adesses die tricesimo?[z] cum is dies venisset, fecerisne,[1] quod in hac republica non modo factum ante[2] nunquam esset,[3] sed in omni memoria sit omnino inauditum? appellarisne tribunos[a] plebis, ne causam diceres? levius dixi: quanquam id ipsum esset et novum, et non ferendum: sed appellarisne nominatim pestem illius anni, furiam patriæ, tempestatem reipublicæ, Clodium? qui tamen[4] cum jure, cum more, cum potestate judicium impedire non posset, rediit ad illam vim et furorem suum, ducemque se militibus tuis præbuit. In quo, ne quid a me dictum in te potius putes,[5] quam abs te esse quæsitum; nullum[6] onus imponam mihi testimonii:[b] [p. 36.] quæ mihi brevi tempore ex eodem isto loco video esse[7] dicenda, servabo, teque non arguam, sed, ut in ceteris rebus feci, rogabo. 34. Quæro ex te, Vatini, num quis in hac civitate post urbem conditam tribunos plebis appellarit,[8] ne causam

CAP. XIV. 8 Bern. Naug. Cam. Lamb. *etiam illud.* In χ desunt verba *Quæro illud etiam* usque ad *facta mentio est*, § 35.—9 ψ *amisisti.*—10 Edd. vett. paucæ *Julia.* Tum, ψ *et dixeritne.* C H S T omittunt prænomen C. Præpositio ante *ea lege* non est in C. Paulo post, C H S ψ *adesset.*—1 H *fecissesne.*—2 C T, Bern. Car. Steph. et Lamb. *antea.* In H deest. Deinde, T *unquam.* Pro vulg. *est* T, Ven. 1480. Junt. habent *fuerat;* Ern. et Schutz. e conjectura *esset.*—3 Lamb. *est.*—4 C T ψ *tantum.*—5 H non agnoscit *putes.* —6 C *nullius.*—7 Pro verbis *loco video esse* in C H S ψ legitur *esse servanda vel.*

NOTÆ

[y] *Postulatusne sis*] Quærit an Vatinio dies dicta sit quod legem Liciniam et Juniam violaverit, quam tulere D. Junius et L. Licinius coss. A. U. C. 691. nempe, ut leges trinundino ante promulgarentur, quam ad populum ferrentur; quæ lex a Vatinio neglecta est.

[z] *Die tricesimo*] Certa quaque lege dies a prætoribus designabatur, reis, intra quam causam dicerent: aliis decima, vigesima aliis, &c. præfiniebatur.

[a] *Appellarisne tribunos*] In provinciis cives Romani appellabant tribunos in causa capitis, sed Romæ illa appellatio non valebat, nisi post decretum.

[b] *Nullum onus imponam mihi testimonii*] Id est, non arguam te ut testis, neque in te loquar; sed rogabo.

Digitized by Google

diceret? num quis reus in tribunal [c] sui quæsitoris [d] ascenderit, eumque vi [9] deturbarit? subsellia [e] dissiparit? urnas delegerit? [10] [f] eas denique omnes res in judicio disturbando commiserit, quarum rerum causa judicia sunt constituta? [*] sciasne tum fugisse Memmium? [g] accusatores [1] esse tuos de tuis tuorumque manibus ereptos? judices quæstionum [2] [h] de proximis tribunalibus esse depulsos? in foro, [3] luce, inspectante populo Romano, quæstionem, magistratus, morem [4] majorum, leges, judices, scelerum [5] pœnam esse sublatam? hæc omnia sciasne diligentia C. Memmii publicis tabulis esse notata atque testata? Atque illud etiam quæro, cum, [6] posteaquam es postulatus, [i] ex legatione re-

[*] *De quibus rebus quæstiones constitutæ sunt.*

—8 C H S T ψ *appellaret.*—9 Pro *vi* C H S T *inde.* Tum, H T *turbarit.*—10 Edd. pleræque ante Grut. *deleverit.* Hotom. conjecit *dejecerit* legend. Deinde, S T *easque denique.* Paulo post, C H S T *deturbando.*—1 C H S T ψ *accusatorem.*—2 ψ *man. erectos vides, quæstionem.* In C S quoque *quæstionem* legitur.—3 A duobus Mss. Lambini absunt verba *in foro.* Tum, *lucem* C: *in luce* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Oliv.—4 C et ψ *more.*—5 Pro *scelerum* H et Crat. habent *reorum;* Mss. plerique et edd. ante Crat. *rerum;* Bern. Erf. Mss. Lambini, Naug. Cam. Car. Steph. Lamb. et Orell. *reum.* Mox, verba *C. Memmii publicis* usque ad *facta mentio est* absunt a C H S T et

NOTÆ

[c] *Tribunal*] Tribunal locus fuit editior, in quo, sella curuli posita, magistratus jus dicebant. Ulp. de Jud. lib. I.

[d] *Quæsitoris*] Quæsitores fuere prætores rerum capitalium.

[e] *Subsellia*] Alia fuerunt subsellia judicum, qui in majoribus causis judicabant; qualia tribunorum, triumvirorum, quæstorum, ut ait Asconius. Alia fuerunt in quibus non judices, sed rei, accusatores, testes, patroni, advocati, et procuratores sedebant, quæ sub quæstoris tribunali, sive sella, ponebantur.

[f] *Urnas delegerit* [*urnas deleverit*] Reponunt fere omnes *dejecerit,* quod rectius sensum explicat. Urnæ porro juxta prætoris tribunal apponebantur, in quas, causa utrinque perorata et cognita, judices tabellas absolutionis vel damnationis, vel ampliationis deferebant. Has urnas dejicere summa erat impudentia.

[g] *Fugisse Memmium*] Prætor Memmius fugit, qui cum L. Domitio collega de actis Cæsaris ad senatum retulit, ut ait Suetonius.

[h] *Judices quæstionum*] Loquitur de judicibus, qui tum de causa Vatinii, tum de aliorum erant cognituri. Quæstiones publica judicia dicebantur, inde ducto nomine, quod in iis reus in judicium vocatus, nocens sit, an innocens constituto judicio quæritur.

[i] *Es postulatus*] Postulare, cum ad publica judicia refertur, proprie sig-

Digitized by Google

dieris,[k] ne quis te judicia defugere arbitraretur;[7] teque, (cum tibi, utrum velles, liceret)[8] dictitaris, causam dicere maluisse; qui consentaneum fuerit, cum legationis perfugio[l] uti noluisses, appellatione improbissima te ad auxilium nefarium[m] confugisse?

XV. 35. Et quoniam legationis tuæ facta mentio est, volo etiam[9] audire de te, quo tandem senatusconsulto legatus sis?[n] de gestu intelligo quid respondeas:[10] tua lege,[o] dicis. Esne igitur patriæ certissimus parricida? sperabasne[1] id, ut patres conscripti[p] ex republica funditus tollerentur? ne hoc quidem[2] senatui relinquebas, quod[3] nemo unquam ademit, ut legati ex[4] ejus ordinis auctoritate legarentur? adeone tibi sordidum consilium publicum visum est? adeo afflictus senatus, adeo misera et prostrata respublica, ut

edd. ante Crat.—6 Ald. Ern. Schutz. et Orell. *cum*. Ceteri *quod*.—7 Bern. *arbitretur*.—8 Idem *licere*.

Cap. XV. 9 In Bern. deest *etiam*.—10 Pro *respondeas* H et S *exponas*.—1 *Spectans ne* C et H: *spectarisne* χ, Bern. Pal. 4. 5. 7. 9. et Ms. Vict. *spectarasne* Pal. 1. 2. Rom. Ven. utraque, cum Orell. *sperarasne* Mss. pauci, ed. Junt. et seqq. usque ad Ern. qui e conjectura cum Schutz. dedit *sperabasne*. Alii *sperasne*. Mox, C S *ut* omittunt.—2 χ *tolleretur*, et ψ *ne hæc quidem*.—3 C H S T χ ψ *quæ*.—4 In χ præpositio deest. Deinde, *relegarentur* Pal. 9.

NOTÆ

nificat, petere a prætore, ut sibi liceat lege aliqua publicorum judiciorum quempiam interrogare, utrum in eam legem commiserit, necne: ut si fateatur, ei lis æstimetur; si neget, ejus nomen in reos referatur.

[k] *Ex legatione redieris*] Legationem obiit in Galliis Vatinius, imperatore Cæsare.

[l] *Legationis perfugio*] Tulit legem Memmius, ut eorum, qui reipublicæ causa abessent, nomina non in reos reciperentur. Hac lege uti poterat Vatinius, neque ad tribunos provocare.

[m] *Auxilium nefarium*] Vatinius confugit ad Clodium, tribunum plebis, hominem nefarium.

[n] *Senatusconsulto legatus sis*] Legati lecti a senatu, in provinciam, una cum proconsule, negotiorum publicorum administri mittebantur.

[o] *Tua lege*] Vatinius, tribunus plebis, tulerat legem, ut C. Cæsari Gallia Cisalpina cum Illyrico in quinquennium, sine senatus decreto, et extra sortem mandaretur; ut ii, quos in lege nominabat, legati, sine senatus decreto, cum Cæsare proficiscerentur.

[p] *Patres conscripti*] Qui erant in consessu sive consilio senatorum, patres conscripti vocabantur. Vide orat. post Red. ad Quirites, § 1. not.

Digitized by Google

non nuntios pacis[q] ac belli, non curatores,[5 r] non interpretes, non bellici consilii auctores,[s] non ministros[6] muneris provincialis[t] senatus more majorum deligere posset?[7] 36. Eripueras senatui provinciæ decernendæ[8] potestatem, imperatoris deligendi[u] judicium, ærarii dispensationem;[x] quæ nunquam sibi populus Romanus appetivit, qui nunquam hæc a summi consilii gubernatione[9] auferre conatus est. Age: factum est horum aliquid in aliis: raro: sed tamen factum est, ut populus deligeret imperatorem. Quis legatos unquam audivit sine senatusconsulto? ante te nemo: post continuo[10 y] fecit idem in duobus prodigiis[1 z] reipublicæ Clodius: quo etiam majore es malo[2] mactandus, quod non solum facto tuo, sed etiam[3] exemplo rempublicam vulnerasti: neque tantum es improbus ipse,[4] sed etiam alios docere voluisti.

legerentur conjecit Lamb. Porro χ omittit *consilium publicum*.—5 In Erf. et Pal. 9. *non accusatores*. Gulielm. legi maluit *non oratores*.—6 Erf. *ministri*.—7 *Delig. possit* C H S T χ, Bern. *diligere posset* Mss. ap. Lamb.—8 Edd. vett. quædam *decernendi*.—9 *Qui nunquam aut summi consilii gubernationem* Mss. omnes et edd. ante Junt. *qui nunquam antea summo consilio gubernationem* Lamb. *qui nunquam a re publica summi consilii gubernationem* Orell. e conjectura Garatoni.—10 C H S *post te continuo*.—1 *Prodigiis* non est in Erf.—2 χ *majore ex malo*. Tum, Rom. Ven. utraque, Junt. *mulctandus*, ut volebat Pantagathus.—3 C non habet *etiam*.—4 Edd. pr. *neque tantum es contentus improbus esse*. Pro *es* Garaton. legi maluit *esse*. Deinde, C *sed et alios docere vol.* Post *voluisti* Erf. Pal. 9. Bern. Ms. Vict. Mss. Lambini, Lamb. ipse, et

NOTÆ

[q] *Nuntios pacis*] Legatorum erat bellum aut pacem denuntiare.

[r] *Curatores*] Illi dicuntur curatores, quibus aliqua curatio extra urbem dabatur.

[s] *Consilii auctores*] Consilium imperatorum constabat ex legatis, ideoque auctores dicuntur, quod, ascitis aliis, primi omnium sententiam rogabantur.

[t] *Ministros muneris provincialis*] Legati, absente vel decedente ex provincia proconsule, vel prætore, vices eorum obibant, eisque parebat provincia, et reliqui imperatoris magistratus.

[u] *Imperatoris deligendi*] Senatus deligebat imperatores, et eos creabat populus; quoniam penes eum summa erat auctoritas.

[x] *Ærarii dispensationem*] Solus senatus ærarii potestatem habebat, cujus in arbitrio erat reditus et sumtus, ut notavit Polybius lib. VI.

[y] *Post continuo*] Post continuo, id est, anno proximo sequente.

[z] *In duobus prodigiis*] Idem præstitit Clodius erga Pisonem et Gabinium, quibus sua lege provincias et legatos dedit.

Digitized by Google

37. Atque illud etiam audire a te[5] cupio; quare, cum ego legem de ambitu ex senatusconsulto[a] tulerim, sine vi tulerim, salvis auspiciis tulerim,[6] salva lege Ælia et Fufia, tu eam esse legem non putes; præsertim cum ego legibus tuis, quoquo modo latæ sint,[7] paream: cum mea lex dilucide vetet, biennio, quo quis petat, petiturusve sit, gladiatores dare, nisi ex testamento præstituta die; quæ tanta in te sit amentia, ut in ipsa petitione gladiatores audeas dare? num quem putes illius tui certissimi gladiatoris[b] similem tribunum plebis posse reperiri,[8] qui se interponat, quo minus reus mea lege fias?[9]

Ob hasce omnes res, sciasne te severissimorum hominum, Sabinorum,[c] fortissimorum virorum, Marsorum[d] et Pelignorum, tribulium tuorum[e] judicio notatum, nec post Romam conditam, præter te, tribulem quenquam tribum Sergiam perdidisse?[f] XVI. 38. Ac si[10] hæc omnia con-

Orell. inserunt verba *Ob hasce omnes res ... Sergiam perdidisse*, prob. Garaton.—5 Lamb. *aud. ex te:* χ et Bern. *audire te.* 'Lego *audire de te,* ut § 35.' *Orell.*—6 Verba *sine vi tulerim, salvis auspiciis tulerim* absunt a C H S T. Bern. Car. Steph. Lamb. et Orell. habent *de ambitu tulerim ex senatusc., tul. sine vi, tul. salvis* (Bern. *Salutis*) *ausp., salva lege.* Mox, alii *Fusia.*—7 Bern. Naug. et Orell. *latæ sunt.* Pro *paream* in χ *parcas.* Verba *cum mea lex ... Sergiam perdidisse* desunt in Mss. et edd. ante Crat., qui ea inseruit e Ms. Peutingeri. —8 Erf. Pal. 9. Ms. Vict. *plebis esse rep.*—9 Erf. *fiat.*

Cap. xvi. 10 T et Lamb. *At si.* In Ven. 1480. Junt. *At si omnia hæc.* H

NOTÆ

[a] *Ex senatusconsulto*] Cum leges a magistratibus patriciis ferebantur, his accedere debebat senatus auctoritas. Legem autem de ambitu Cicero consul tulerat, ut senatoribus ambitus damnatis aqua et igni ad annos decem interdiceretur: ut in plebem gravior esset pœna, quam lege Calpurnia fuisset: ne quis munus gladiatorium biennio, quo magistratum petierat, petiturusve erat, ederet, nisi ex testamento præstituta die.

[b] *Certissimi gladiatoris*] Gladiator certissimus dicitur, qui cum diu artem exercuerit, certius infert vulnus. Clodium vero designat.

[c] *Sabinorum*] Sabini Italiæ populi sunt qui morum severitate celebrati sunt, Virgilio teste Æneid. lib. VIII. 'Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis.'

[d] *Marsorum*] Strabo lib. V. de Marsis et Pelignis ait, gentes illas quidem parvas fuisse, sed fortissimas, cujus virtutis specimen frequenter ediderunt.

[e] *Tribulium tuorum*] E tribu Sergia fuit Vatinius; in qua suffragia Sabini ferebant.

[f] *Tribum Sergiam perdidisse*] Tam indignus magistratu suis tribulibus

Digitized by Google

temnis ac despicis, quod ita tibi persuaseris (ut palam dictitas), te, Diis hominibusque[1] invitis, amore in te incredibili quodam C. Cæsaris, omnia quæ velis, consecuturum; ecquid audieris, ecquisnam[2] tibi dixerit, C. Cæsarem nuper Aquileiæ,[g] cum de quibusdam esset[3] mentio facta, dixisse, C. Alfium præteritum[h] permoleste tulisse, quod in homine summam fidem probitatemque cognosset; graviterque etiam se ferre, prætorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset? tum quæsisse quendam, de Vatinio quemadmodum ferret;[i] ipsum[4] respondisse, Vatinium in tribunatu gratis nihil fecisse: qui omnia in pecunia posuisset, honore animo æquo carere debere? 39. Quodsi ipse,[k] qui te,[5] suæ dignitatis augendæ causa, periculo tuo, nullo suo delicto,[l] ferri præcipitem est facile passus, tamen te omni honore indignissimum judicat; si te vicini, si affines,[6] si tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint;[7]

non agnoscit voces *ac despicis*, et legit *quod ita persuas.*, *quod palam dict.*—1 H *hominibus*, sine copula. Mox, χ *am. in te credibili.* C H S T χ ψ non habent prænomen ante *Cæsaris*. In χ deest *omnia*.—2 C S χ *et quid aud.*, *et quisnam.* C H S T χ ψ omittunt prænomen ante *Cæsarem*.—3 ψ *tum de quib. esse*. Deinde, C H S *Alsium*: χ *Alfum*. Porro, *prætorem permoleste tulisse* χ et edd. ante Junt. *prætorem non esse factum permol. tulisse* Junt. *prætura præteritum moleste tulisse* conjecit Garaton.—4 χ *ipse*. Mox, ψ *fecisset*.—5 *Te* non est in C.—6 Voces *si affines* absunt ab edd. vett. nonnullis. In S, Rom. Ven. utraque, Junt. legitur, *si te affines, si te tribules*. Pro *tribules* T habet

NOTÆ

videbatur, ut eorum suffragia in petitione ædilitatis non habuerit Vatinius.

[g] *Aquileiæ*] Aquileia, teste Herodiano lib. VIII. urbs Italiæ maxima habebatur, ad mare sita, et e regione omnium Illyrici gentium constituta: in hanc urbem sæpissime se conferebat Cæsar, cum erat in Gallia, ut urbi et rebus urbanis vicinior esset.

[h] *Alfium præteritum*] Alfius petebat præturam, quam tunc obtinere quidem non potuit: at postea, Appio Pulchro et Domitio Ænobarbo coss. obtinuit.

[i] *Quemadmodum ferret*] Quæsitum est a Cæsare, an graviter, necne, ferret Vatinium in petitione præturæ repulsam tulisse. At hic tamen Vatius anno sequenti per vim factus est prætor, ut narrat Plutarchus.

[k] *Quodsi ipse*] Cæsar passus est, suæ dignitatis amplificandæ causa, Vatinium leges, contra auspicia et senatus voluntatem, ferre.

[l] *Nullo suo delicto*] Non peccabat Cæsar, quia non impellebat ad hæc scelera patranda Vatinium, licet ex eis commodum non mediocre perciperet.

Digitized by Google

si nemo aspicit, quin ingemiscat; nemo mentionem facit, quin execretur;[8] si vitant, fugiunt, audire de te[9] nolunt; cum viderunt, tanquam auspicium malum detestantur; si cognati respuunt,[10] tribules execrantur, vicini metuunt, affines erubescunt, strumæ[1] denique ab ore improbo demigrarunt,[m] et aliis jam se locis collocarunt; [p. 37.] si es odium publicum populi, senatus, universorum hominum rusticanorum;[2] quid est, quam ob rem præturam potius exoptes, quam mortem? præsertim cum popularem te velis esse, neque ulla in re[3] populo gratius facere possis?

40. Sed, ut aliquando audiamus,[4] quam copiose mihi ad rogata respondeas, concludam jam interrogationem meam, teque in extremo[5] pauca de ipsa causa rogabo. XVII. Quæro, quæ tanta in te vanitas,[6] tanta levitas fuerit, ut in hoc judicio[7] [n] T. Annium iisdem verbis laudares, quibus eum laudare[8] et boni viri, et boni cives consuerunt, cum in eundem nuper, ab eadem illa teterrima furia[o] productus ad populum,[9] cupidissime falsum testimonium dixeris? An erit hæc optio et potestas tua, ut, cum Clodianas ope-

tribuni.—7 Erf. *dixerint*.—8 C et S *execret*.—9 H et Lamb. *audire te*. Mox, *viderint* C H S T χ ψ, Erf. et edd. vett.—10 S T ψ *respiciunt*. In C H S T χ ψ desunt verba *tribules execrantur*.—1 Pro *strumæ* C H S T χ ψ habent *si Romæ*. Pro *ab ore improbo*, Erf. habet *abhorrentur pro probo ;* Scaliger conjecit legend. *ebore improbo*.—2 C H S T χ ψ et edd. ante Hervag. non agnoscunt *rusticanorum*.—3 C H T χ ψ et Erf. *ulla re*. Mox, C T χ *gravius*, et χ *facere aliquid possis*.—4 S T χ ψ *audiam*. Tum, T *copiosa*. In edd. nonnullis deest *mihi*. Pro *rogata* C H S ψ et edd. vett. habent *interrogata*.—5 χ *rog. tuam*, et C H S T χ ψ *teque minus extremo*. Vox *pauca* abest a C H S T χ ψ et edd. ante Crat.

Cap. XVII. 6 C H S ψ *tanta vita vanitas*.—7 Erf. *in hujus judicio :* in C H S T χ ψ desunt.—8 *Quibus eum verbis laud*. C H S T, Bern. Naug. Cam. Lamb. Oliv. *quibus verbis eum laud*. Erf. et Orell.—9 Verba *ab eadem illa tet. furia*

NOTÆ

[m] *Strumæ ab ore improbo demigrarunt*] Jocatur in strumas Vatinii, quas, quasi ipsas illius oris puduerit, ab illo, sive a collo ejus recesserunt, ut in aliam corporis partem diffluerent.

[n] *In hoc judicio*] Judicium intelligit, in quo de causa Sextii agitur.

[o] *Ab illa furia*] Clodio. Productus Vatinius falsum testimonium dixit contra Milonem, quem antea multum laudaverat. Ejusdem Clodii consilio Sextium nunc accusat.

Digitized by Google

ras,[p] et facinorosorum hominum et perditorum[10] manum videris, Milonem dicas (id quod in concione dixisti) gladiatoribus et bestiariis[q] obsedisse rempublicam; cum autem ad tales viros[1] veneris, non audeas civem singulari virtute, fide, constantia vituperare? 41. Sed, cum T.[2] Annium tantopere laudes, et clarissimo viro nonnullam[3] laudatione tua labeculam aspergas, (in illorum enim numero mavult T. Annius esse, qui a te vituperantur) verum etiam[4] quæro, cum in republica administranda T. Annio cum P. Sextio consiliorum omnium societas fuerit, (id quod non solum bonorum, verum etiam improborum judicio declaratum est: est enim reus uterque ob eandem causam, et eodem crimine:[d] alter die dicta ab eo, quem tu unum improbiorem[r] esse, quam te, nunquam[5] soles confiteri; alter tuis consiliis, illo tamen adjuvante) quæro, qui[6] possis eos, quos crimine conjungis, testimonio disjungere. Extremum illud est, quod mihi abs te responderi velim: cum multa in Albinovanum de prævaricatione[s] diceres, dixerisne, nec tibi placuisse, nec oportuisse Sextium de vi reum fieri?[7] quavis lege, quovis crimine accusandum potius fuisse? etiam illud[8] dixeris, causam Milonis, fortissimi viri, conjunctam

[d] *Propter me, et de vi.*

prod. ad pop. non sunt in C H S T χ.—10 In C H S T χ ψ omittuntur verba *et perditorum*, et paulo post *id quod in concione dixisti.*—1 H *cum ad tales viros:* Erf. *cum hujus ad tales viros.*—2 In H prænomen deest.—3 ψ *nonnulla.*—4 C H S T, Lamb. et Oliv. *veruntamen.*—5 Hervag. Cam. et Orell. *nonnunquam.* Verba *id quod non solum* usque ad *adjuvante; quæro* non agnoscunt C H S T χ ψ et edd. ante Crat.—6 S *quomodo.* Mox, in C H S T χ ψ et edd. ante Crat. omittuntur verba *Extremum illud est* usque ad *bonis esse grata.*—7 Crat. so-

NOTÆ

[p] *Clodianas operas*] Clodius servos eductos ex ergastulis conduxit ad conciones turbandas, et suas leges ferendas.

[q] *Bestiariis*] Bestiarii dicebantur, qui pugnabant ludis publicis cum bestiis, et cum iis qui ad bestias damnati erant.

[r] *Improbiorem*] Clodium designat, quem se nequiorem fatebatur.

[s] *De prævaricatione*] Ulpianus lib. I. de Adult. 'Prævaricatores,' inquit, 'eos appellamus, qui causam adversariis suis donant, ex parte actoris in partem rei concedunt: a varicando enim prævaricatores dicti sunt.'

Digitized by Google

cum hoc existimari?[9] quæ pro me a Sextio facta sint,[t] bonis esse grata? Non coarguo[10] inconstantiam orationis ac testimonii tui. Quas enim hujus actiones probatas bonis esse dicis, in eas pluribus[1] verbis testimonium dixisti: quicum autem ejus[2] causam periculumque conjungis, eum summis laudibus extulisti. Sed hoc quæro,[3] num P. Sextium, qua lege accusandum omnino fuisse negas, ea lege condemnari putes oportere? aut, si te in testimonio consuli nolis,[4] ne quid tibi auctoritatis a me tributum esse videatur,[5] dixerisne in eum testimonium de vi, quem negaris reum omnino de vi fieri debuisse?

lus, *reum jure fieri*.—8 Lamb. *etiamne illud*.—9 Crat. et Orell. *cum hujus exist*.—10 C H S et edd. vett. *arguo*. Tum, C H S T χ *inconst. rationis*. Verba *quas enim hujus* usque ad *consuli nolis* absunt a C H S T χ ψ et edd. ante Crat. —1 Bern. *plurimis*.—2 Crat. *eis*: Orell. e conjectura Garatoni *hujus*.—3 Crat. *sed hic quæro*.—4 Bern. Car. Steph. Lamb. et Orell. *noles*.—5 C H S *auctoritatis meæ*, et H *diminutum esse videatur*. In C H T χ et edd. ante Crat. desunt verba *dixerisne in eum . . . fieri debuisse*.

NOTÆ

[t] *Quæ pro me a Sextio facta sint*] Sextius pro Cicerone iter in Galliam ad Cæsarem suscepit, et statim atque tribunatum iniit, de illo revocando cogitavit.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

PRO M. CŒLIO

ORATIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

M. Cœlius eques Romanus Ciceronique familiaris fuit. Is duabus accusationibus C. Antonii et Atratini inclaruit. Hoc dolore permotus, et a Clodia, muliere libidinosa, P. Clodii sorore, impulsus Atratinus filius, Cœlium lege Lutatia de vi reum fecit, quod a Clodia aurum ex armario mutuum sumsisset, quo servos Lucceii ad cædem Dionis legati Alexandrinorum impelleret; deinde, cum Clodia aurum repetiisset, servos ejus ad dominam veneno tollendam solicitasset, deprehensusque ab amicis Clodiæ in balneis Licinius esset, cum venenum servo Clodiæ traderet. In utroque crimine diluendo Cicero versatur, ita, ut neque principium neque exitum habere ostendat, h. e. neque causas afferri posse, quibus Cœlius ad hoc facinus inductus sit, neque res ipsas, quibus crimen contineatur, inter se et cum principiis consentire. Et quoniam multa in vitam Cœlii dicta erant ab accusatore, his quoque Cicero respondet, et crimina ea partim refellit, partim excusat, et optima quæque in posterum judices a Cœlio expectare jubet.

I. 1. Si quis,[1] judices, forte nunc adsit, ignarus legum,[a]

Cap. I. 1 ψ *quid.* Mox, in χ deest *nunc.* Tum χ *consuetudinis vestræ:*

NOTÆ

[a] *Ignarus legum*] Hic Cicero per istas leges, Plautiam intelligit, quæ lata est a M. Plautio tribuno plebis, Cn. Pompeio Strabone et L. Porcio Catone coss. anno urbis 664. ut de iis qui vim publicam armatis hominibus fecissent, quæstio constitueretur.

Digitized by Google

judiciorum, consuetudinis[b] nostræ; miretur profecto, quæ sit tanta atrocitas hujusce causæ,[a] quod diebus festis,[c] ludisque publicis,[d] omnibus negotiis forensibus intermissis, unum hoc judicium exerceatur;[a] nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur,[b] ut, eo neglecto, civitas stare non possit. Idem, cum audiat esse legem,[e] quæ de seditiosis consceleratisque[3] civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus[4] vim attulerint, rempublicam oppugnarint, quotidie quæri jubeat; legem non improbet;[5] crimen, quod versetur in judicio, requirat:[c] cum audiat, nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in judicium vocari; sed adolescentem illustri ingenio,[6] industria, gratia, accusari ab ejus filio,[7][f] quem ipse in judicium et vocet, et vocarit; oppugnari autem hunc opibus[8] meretriciis;[g] Atratini illius

[a] *Fiat.* [b] *Accusetur.* [c] *Inquirat.*

Lamb. *consuetudinisque nostræ.*—2 C *hujus causæ.*—3 H S χ et edd. ante Hervag. cum Lamb. *sceleratisque.*—4 χ *magistratibusque.*—5 Idem Ms. *legem impr. omisso non.*—6 Ms. Memmii *sed adol. nobilem illustri ing.*—7 χ *ab ipso filio.*—8 *Opp. hoc op.* H: *opp. autem hoc op.* S, Rom. Ven. 1480. 1483. *opp. hæc op.* ψ

NOTÆ

[b] *Consuetudinis*] Consuetudo fuit Romanorum, ut primo quoque tempore seditiones vindicarentur: alioquin enim diebus festis judicia non exercebantur.

[c] *Diebus festis*] Dies festi Diis dedicati habebantur: quare ab omni opere alio abstinendum fuit; neque his prætori licebat fari tria hæc verba, Do, Dico, Addico. De divisione et natura illorum dierum diximus in oratione pro Sextio, § 34. not.

[d] *Ludisque publicis*] Romæ feriebantur, dum ludi publici habebantur: quare causæ intermittebantur, et clausis tabernis forum exornabatur. Nota porro, quod per ludos in plurali spectacula Cicero intelligat; sic in epist. ad Q. Fratrem, 'Scripsi quo die ludi committebantur.' Ludus vero in singulari de privatis dicitur, et de omni exercitatione gymnastica, cum præceptor solus multos docet. Ita Pedianus.

[e] *Esse legem*] De vi publica tulit legem Q. Lutatius Catulus, consul cum C. Mario A. U. C. 651. ut de seditiosis consceleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, rempublicam oppugnarint, quotidie, etiam diebus festis, ludisque publicis, quæreretur.

[f] *Ab ejus filio*] Cœlius accusabat iterum Polam Atratinum, qui fuerat jam absolutus; et Polæ Atratini filius adolescens, Cœlii accusatione, paternum dolorem ulciscebatur; quod non tam veri criminis, quam recriminationis locus videri judicibus debebat.

[g] *Opibus meretriciis*] Id est, opibus Clodiæ, quæ propter incestum cum

Digitized by Google

pietatem non reprehendat; muliebrem[9] libidinem[h] comprimendam putet; vos laboriosos[i] existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio[10] liceat esse. 2. Etenim, si attendere diligenter et existimare vere[1] de omni hac causa volueritis; sic constituetis,[d 2] judices, nec descensurum quenquam ad hanc accusationem fuisse, cui, utrum vellet, liceret;[k] nec, cum descendisset,[l] quicquam habiturum spei fuisse, nisi alicujus intolerabili libidine, et nimis acerbo odio niteretur. Sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel ætatis. [*p.* 38.] Si voluit accusare,[3] pietati[m] tribuo; si jussus est, necessitati;[n] si speravit aliquid, pueritiæ.[o] Ceteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum.

[d] *Decernetis.*

et Pall. meliores: *opp. autem opibus* Mss. plerique, edd. Wald. Med. Ald. Crat. Hervag. Car. Steph. Lamb. Græv. et Orell. Mox, pro *Atratini* (quod Muretus, Lambinus, Garatonus et Orellius delendum putabant) χ habet *Actracti in.*—9 C *mulierem,* et mox χ *nos laboriosos.*—10 In χ et Erf. deest *otio.* Tum, S χ *licet esse.* Post *esse* T addit *convenit.*—1 *Existimare vero* edd. vett. paucæ: *existimareve* alii. In marg. Ms. Vict. *atque existimare vere.* Junt. Lall. Ern. Weiske, Schutz. *et existimare vere,* ut Grævius volebat. Ceteri omittunt copulam *et.*—2 χ *sicut const.*—3 C *accusari.*

NOTÆ

fratre Clodio pessime audiit, et quæ hanc accusationem Clodio conflavit.

[h] *Muliebrem libidinem*] Hæc Clodia, ex quo mortuus est Q. Metellus, cui nupserat, effudit se in omnem libidinem: immo ejus cum hoc Cœlio consuetudo suspecta fuit, quem illa, verso amore in odium, tandem accusavit.

[i] *Laboriosos*] Laboriosos appellat suos judices, quod laborem sumant eodem ipso tempore quo vacare, et ludis publicis interesse deberent cum ceteris.

[k] *Cui, utrum vellet, liceret*] Id est, cui liceret vel accusare vel non accusare. Indicat autem, coactum fuisse Atratinum opibus illis meretriciis Clodiæ Cœlium accusare.

[l] *Descendisset*] Vox hæc ‘descendere ad judicium’ Ciceroni familiaris est et usitata; opinor, quia fere omnes magnates Romæ in collibus habitabant: vel est metaphora sumta ab illis qui pugnant, qui descendere vulgo in certamen dicuntur.

[m] *Pietati*] Pietati paret Atratinus, quia patrem defendit, Cœlium accusando.

[n] *Necessitati*] Jubenti parenti pareat necesse est filius.

[o] *Pueritiæ*] Præceps est hæc ætas, et facile spe vana deluditur: quibus his tribus sic excusat Atratinum, ut

Digitized by Google

II. 3. Ac mihi[4] quidem videtur, judices, hic introitus defensionis, adolescentiæ M. Cœlii maxime convenire, ut ad ea, quæ accusatores, deformandi[5] hujus causa, detrahendæ spoliandæque dignitatis[6] gratia, dixerunt, primum respondeam. Objectus est pater[7] varie, quod aut parum splendidus[p] ipse, aut parum pie tractatus[8] a filio diceretur. De dignitate, Cœlius[9][q] notis ac majoribus natu, etiam sine mea oratione, tacitus, facile ipse respondet: quibus autem, propter senectutem, (quod jam diu minus in foro nobiscum versatur) non æque[10] est cognitus; hi sic habeant:[e] quæcunque in equite Romano dignitas esse possit, quæ certe potest esse maxima, eam semper in M. Cœlio habitam esse summam, hodieque haberi,[1] non solum a suis, sed etiam ab omnibus, quibus potuerit[2] aliqua de causa esse notus. 4. Equitis autem Romani[3] esse filium, criminis loco[r] poni ab accusatoribus, neque his judicantibus oportuit, neque defendentibus nobis.[s] Nam, quod de pie-

[e] *Intelligant.*

Cap. II. 4 H T χ ψ *At mihi.*—5 Erf. *quæ acc., ad formandi.*—6 In H *dignitatis* omittitur.—7 χ caret *pater.*—8 χ *tractus.*—9 Lamb. et Orell. *M. Cælius:* alii semper *Cælius.* Mox, pro *etiam* (quod in ψ deest) C H T habent *et.* Ante *tacitus* T χ addunt *et.* In Erf. legitur, *etiam si nemo oratione et tacitus.* —10 *Æque* abest ab H T χ, Pal. 3. et Mss. Lambini. Deinde, χ *hic sic habent.*—1 χ *hab. esse per summamque hodie hab.* Lamb. *hab. esse summam, summamque hodie hab.*—2 H χ *quos*, et T *potuerat.*—3 Edd. Rom. Ven. 1483. Ald. cum Orell. *Equitis Romani autem.* C et S non agnoscunt *autem.* Mox, Erf. *criminosis loco.* Paulo post, *iis judicantibus* Ven. 1483. Ald. *vobis judicantibus*

NOTÆ

judicii invidiam in alios accusatores Herennium, Balbum, et Clodium rejiciat.

[p] *Parum splendidus*] Arguerant adversarii Cœlii patrem indignum fuisse qui cum illustribus viris versaretur, propter vitæ sordes.

[q] *Cœlius*] Pater hujus Cœlii, qui adest huic judicio, hoc maledictum facile potest diluere apud eos quibus notus est et cognitus, et iis qui eum ætate superant.

[r] *Criminis loco*] Non quidem adversarii criminis reum esse arguebant, quod eques esset Romanus; sed quod non tanta nobilitate præditus, minus tolerabilis ejus videretur audacia.

[s] *Neque his judicantibus, neque defendentibus nobis*] Sedebant judices equites Romani cum senatoribus, et defendebat Cicero reum, ipse quidem senator, sed ex equestri genere natus. Itaque parum erat honestum

Digitized by Google

tate dixistis,[4] est quidem ista nostra existimatio,[t] sed judicium certe parentis. Quid[5] nos opinemur,[u] audietis ex juratis:[x] quid parentes sentiant, lacrymæ matris incredibilisque mœror, squalor patris et hæc præsens mœstitia,[y] quam cernitis, luctusque declarat. 5. Nam, quod est objectum, municipibus[z] esse adolescentem non probatum[f] suis; nemini unquam præsenti Puteolani[6][a] majores honores habuerunt, quam absenti M. Cœlio; quem et absentem in amplissimum ordinem[b] cooptarunt, et ea non

[f] *Gratum.*

Mss. nonnulli ad Quintil. XI. 1. 28.—4 χ *dixisti.*—5 C *Quod.* Tum, χ *audieris ex jur.* et paulo post, *lacrymæque matris.*—6 Pro vocibus *præsenti Puteolani* C T et Mss. nonnulli ap. Lamb. atque tres edd. vett. habent *præsenti prætoriani;* alii ap. Lamb. *præsenti præstutiani;* Erf. et al. *prætoriani;* H χ, Pal. 3. 5. 8. *præsenti prætori;* S *præsenti prætorem;* ψ *præsenti prætoriâ.* In marg. Ms. Vict. *piriestutiani*, unde Gruter. conjecit fuisse *Prætutiani.* In χ deest *majores.* Vocab. *quam* non est in χ, nec *absenti* in C H S T χ ψ. Verba *quam absenti M.* in Erf. omittuntur. Pro *Cælio* T habet *Marcello.* Porro, C H S χ ψ *quem absentem*, omissa copula. T caret præpositione ante *amplissimum*, post quam vocem ψ addit *hominem.* Pro *cooptarunt* in C *capterunt.*—

NOTÆ

accusatoribus coram illis judicibus equestrem ei ordinem quasi vilem objicere.

[t] *Est quidem nostra existimatio*] De ejus pietate existimabimus quidem ut nobis videbitur, sed de ea judicabit pater. Existimatio porro est opinatio et conjectura; judicium vero est sententia, quæ re cognita pronuntiatur.

[u] *Quid nos opinemur*] Ex auditis testibus, quid oporteat de illo judicare, constabit.

[x] *Ex juratis*] Jurati testes dicuntur, quia antequam ad judicium producerentur, jurabant se veritatem dicturos. Venerant autem isti testes Puteolis advocati ad testimonium dicendum.

[y] *Præsens mœstitia*] Sedebant in subselliis affines et propinqui sordidati et atrati ad misericordiam judicum excitandam: qui quonam affectu essent erga Cœlium, facile ex eorum lacrymis existimari poterat.

[z] *Municipibus*] Municipes dicebantur, qui in civitatem Romanam recepti, muneris publici participes fiebant; sed tandem abusive municipes dicti sunt suæ cujusque civitatis cives. Ita Ulpianus.

[a] *Puteolani*] Puteoli civitas Campaniæ, propter aquas calidas, a multitudine puteorum nominata.

[b] *In amplissimum ordinem*] Amplissimus ordo fuit senatorius, major ab hoc equester, et infimus plebeius: amplissimus autem ordo in municipiis curia dicebatur, Romæ vero senatus; et qui Romæ senatores, in municipiis decuriones dicebantur. At hic Cœlius ita se suis probavit, ut in illum ordinem cooptarint.

Digitized by Google

petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt: iidemque nunc lectissimos viros,[7] [c] et nostri ordinis,[d] et equites Romanos cum legatione ad hoc judicium, et cum gravissima atque ornatissima[8] laudatione, miserunt. Videor mihi jecisse[9] fundamenta defensionis meæ; quæ firmissima sunt, si nituntur judicio suorum.[e] Neque enim vobis satis commendata[g] hujus ætas esse posset, si non modo parenti,[10] tali viro, verum etiam municipio tam illustri ac tam gravi displiceret.[1] III. 6. Equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus[f] profluxi[2] ad hominum famam, et meus hic forensis labor[g] vitæque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac judicio meorum.

Nam, quod objectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum[3] non criminibus, sed vocibus maledictisque[h] celebratum est, id nunquam tam acerbe feret[4] M. Cœlius,

[g] *Placere.*

7 χ *lectissimo viro.* H χ ψ non habent copulam ante *equites.*—8 H *honestissima:* χ *ordinatissima.*—9 Erf. *legisse:* χ *vidisse.* Mox, H *firmiss. sint.* Tum, *nititur* H: *nitantur* C ψ, Erf. Franc. edd. ante Naug. cum Lamb. *nitatur* conjecit Hotom.—10 C *parente.* χ non habet *tali.*—1 Erf. *tam gravidis displiceret.*

CAP. III. 2 *Fluxi* χ: *perfluxi* Mss. Memmii. Mox, Erf. et Pal. 9. *et omnis hic for. labor:* T *et metus hic for. labor.* Pro *ratio* H exhibet *causa.* Tum,

NOTÆ

[c] *Lectissimos viros*] Soliti erant Romanorum socii Romam legatos mittere, qui pro reis testimonium dicerent, qui se laudabiliter in provincia gesserant, vel pro eis nomine totius municipii deprecarentur.

[d] *Nostri ordinis*] Non miserunt tantum Puteolanos senatores, sed etiam Romanos; quanquam senatores Romæ domicilium haberent, tamen cum erant in municipiis unde orti erant, legati decurionum decreto mittebantur.

[e] *Nituntur judicio suorum*] Legunt alii *nititur*, referendo ad vocem *defensionis:* adeo ut ille sit sensus; firmissima fundamenta sunt, si judicio suorum municipum Cœlii defensio nitatur.

[f] *Ab his fontibus*] Probat exemplo suo Cicero, se sibi ab hac eadem popularium suorum commendatione fecisse famam apud homines.

[g] *Forensis labor*] Per forensem laborem, industriam qua valet in causis perorandis in foro, significat.

[h] *Vocibus maledictisque*] Convicia et voces sæpe idem significant. Certe Ulpianus vult 'convicium' appellari, quasi convocium; hoc est a collatione vocum, cum in unum complures voces conferuntur. Hic autem Cœlium ab impudicitia excusat.

Digitized by Google

ut eum pœniteat[4] non deformem esse natum. Sunt etenim ista[5] maledicta pervulgata in omnes, quorum in adolescentia forma et species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat,[i] hominem[6] ut notet, argumento probet, teste confirmet: maledictio[7] autem nihil habet propositi, præter contumeliam; quæ si petulantius jactatur,[8] convicium; si facetius, urbanitas nominatur. 7. Quam quidem partem accusationis, admiratus[9] sum et moleste tuli, potissimum esse Atratino datam: neque enim decebat, neque ætas illa postulabat, neque (id quod animadvertere poteratis) pudor patiebatur optimi adolescentis, in tali illum oratione versari.[k] Vellem aliquis ex vobis robustioribus[l] hunc maledicendi locum suscepisset:[10] aliquanto liberius, et fortius, et magis more nostro refutaremus istam maledicendi licentiam. Tecum, Atratine, agam lenius,[1] quod et pudor tuus moderatur orationi meæ;[i] et meum erga te parentemque[2] tuum beneficium tueri[m] debeo. 8. Illud tamen[3] te esse admonitum volo: [*p.* 39.] primum qualis es, talem te esse existimes;[4n] ut, quantum a rerum turpitudine abes, tan-

[h] *Ille doleat.* [i] *Reprimit orationem.*

C *dominavit:* T *adunavit:* al. *demanavit.*—3 C *accusator.*—4 χ *fert.*—5 T et Lamb. *Sunt enim ista:* C *Sunt ista.*—6 Ald. et Weiske e conjectura Manutii *nomine.* Hotomannus, Disputationum Juris Civilis tomo I. emendat *nomen.* Deinde, χ *nocet.*—7 χ *Maledicto.*—8 T *jactantur:* Muretus legit *jaciatur.* Vid. Nott. Varr.—9 Lamb. *demiratus.* Mox, χ *Atratitio datam, neque esse dicebat.*—10 Lamb. e Ms. *locum cepisset.*—1 *Lenius* H S χ et edd. ante Naug. cum Lamb. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. *levius* ceteri. In χ deest *quod.*—2 H χ ψ *parentem,* sine copula. Tum, ψ *beneficio.*—3 H χ ψ et Lamb. *tantum.* Tum, Lamb. *monitum.*—4 *Primum ut qualis es, talem hi te esse existi-*

NOTÆ

[i] *Rem ut definiat*] Qui accusat, debet certum crimen afferre, v. g. furtum, sacrilegium, cædem, &c. quod lege judiciorum aliqua vindicetur.

[k] *In tali oratione versari*] Non debebat adolescens, qualis est Atratinus, versari in ea oratione, in qua agitur de impudicitia.

[l] *Ex vobis robustioribus*] Robustiores vocat accusatores, qui aliquus sunt jam ætate provecti, quales sunt Herennius et Balbus.

[m] *Beneficium tueri*] Hoc ait, quia aliquando defenderat Polam accusatum de ambitu.

[n] *Qualis es, talem te esse existimes*]

Digitized by Google

tum te a verborum libertate sejungas: deinde, ut ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falso [5] responsa sint, erubescas. Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti ætati, atque etiam dignitati,[6] non possit, quam velit petulanter, etiamsi sine ulla suspicione, at non sine argumento, maledicere? Sed istarum partium [k] [7] culpa est eorum, qui te agere voluerunt; laus pudoris tui, quod ea te invitum dicere videbamus; [8] ingenii, quod ornate politeque dixisti. IV. 9. Verum ad istam omnem orationem [l] brevis est defensio: nam quoad [9] ætas M. Cœlii dare potuit isti suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam [10] patris diligentia disciplinaque munita: qui, ut huic virilem togam [o] dedit, (nihil hoc loco [1] de me: tantum sit, quantum vos [2] existimatis) hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum.[p] Nemo hunc M. Cœlium [3] in illo ætatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiretur.

10. Nam quod Catilinæ familiaritas [q] objecta Cœlio est,

[k] *Istius defensionis.* [l] *Istas omnes objectiones.*

ment e Mss. (duo tamen *hi* non habebant) recepit Lamb. *Te* non est in χ, nec *esse* in C T χ. Deinde, χ *existiment*, et S *ut et quantum*.—5 Pro *tibi* χ exhibet *ubi*: pro *falso* Schutz. e conjectura dedit *salse*.—6 *Atque etiam isti dignitati* H S χ ψ, Rom. Ven. 1483. Orell. In C T, Mss. Lambini, Junt. et ed. Lamb. omittuntur. Tum, voces *quam velit* absunt ab H χ ψ. Porro, in T legitur *petulantem, et si sine ulla susp.* H χ ψ et Ven. 1480. habent *etiam*, omisso *si*. Postea, C *at tamen sine argumento*.—7 Weiske conjecit *istas partes* legend.—8 C T ψ *videamus*.

CAP. IV. 9 χ *quod*. Mox, *isti* non agnoscunt H S T χ ψ, edd. ante Naug. cum Lamb.—10 H χ ψ omittunt *etiam*.—1 *Nihil dicam hoc loco* Mss. nonnulli et edd. ante Grut.—2 In H et χ non legitur *vos*. Deinde, *existimastis*

NOTÆ

Monet ut nihil sua virtute, forma, ætate indignum faciat, aut loquatur; quemque ita monet amice, ut etiam modeste carpat.

[o] *Virilem togam*] Posita prætexta et bulla, virilem togam sumebant Romani anno ætatis decimo septimo, ut ex Suetonio licet conjicere.

[p] *Ad me deductum*] Assumta virili toga, statim adolescentes bonis moribus imbuendi, alicui claro viro a parentibus tradebantur. Sic Cicero deductum se ad Scævolam ait, lib. de Amicitia.

[q] *Catilinæ familiaritas*] Purgat Cœlium, eumque Catilinæ familiarem non fuisse ostendit.

Digitized by Google

longe ab ista suspicione abhorrere debet. Hoc enim adolescente scitis consulatum mecum petisse[r] Catilinam: ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam[4] (quanquam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt);[5] tum existimetur Cœlius Catilinæ nimium familiaris fuisse. At enim postea scimus et vidimus, esse hunc in illius amicis. Quis negat? sed ego illud tempus ætatis, quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine infestum[s] est, id hoc loco defendo. Fuit assiduus mecum,[t] prætore me: non noverat Catilinam: Africam tum prætor ille obtinebat.[u] Secutus est annus: causam[6] de pecuniis repetundis Catilina dixit.[x] Mecum erat hic: illi[7] ne advocatus[y] quidem venit unquam. Deinceps fuit annus, quo ego consulatum petivi; petebat Catilina mecum. Nunquam ad illum accessit: a me nunquam[8] recessit. v. 11.

H S χ ψ.—3 Ald. e conjectura Mureti delevit *M. Cœlium.*—4 C *aut a me disc. nunquam.*—5 ψ *statuerunt*. Pro *tum* C H T χ ψ, Rom. Ven. 1480. 1483, habent *tamen;* et pro *existimetur* χ *existiment.*—6 Schutzius e conjectura Weiskil recepit *annus, quo causam:* Garaton. conjecit legend. *annus, cum causam.*—7 χ *ille.*—8 Lamb. *nunquam a me.*

NOTÆ

[r] *Consulatum mecum petisse*] Catilina contra Ciceronem petivit consulatum: sed cum eligi se statim sperasset, propter ambitionis suspicionem rejectus est, et ejus loco Cicero cum Antonio consul creatus est. Vide Appian. Bell. Civ. l. II. Tunc autem admodum erat adolescens Cœlius.

[s] *Infestum*] Is infestus appellatur, teste Gellio IX. 12. qui malum infert cuipiam.

[t] *Assiduus mecum*] Catilinæ non potuit studere Cœlius, quia semper Ciceroni sic adhæsit, ut nunquam a latere ejus discederet.

[u] *Africam prætor obtinebat*] Pedianus in orat. in Toga Candida sic ait de illo: 'Catilina ex prætura Africam obtinuit, quam cum graviter vexasset, legati Africani in senatu, jam tum absente illo, questi sunt, multæque graves sententiæ in senatu de eo dictæ sunt.'

[x] *Causam de pecuniis repetundis Catilina dixit*] Causam dicere, auctore Budæo, est subire judicium. Cum rediisset igitur ex Africa Catilina, Torquato et Cotta coss., accusatus est repetundarum, et defensus a Cicerone, ut ait Fenestella, et accusatus a Pub. Clodio, qui Ciceronis postea fuit inimicus.

[y] *Ne advocatus*] Advocatus ibi sumitur pro eo qui suam præsentiam amico commodat in judicio: etenim moris erat in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos omnes advocare, quorum auctoritate moveri posse judices putabantur.

Digitized by Google

Tot igitur annos versatus [9] in foro sine suspicione, sine infamia, studuit Catilinæ iterum petenti.[z] Quem ergo [10] ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse? Nobis quidem olim [1] annus erat unus ad cohibendum brachium [a] toga constitutus; et [2] ut exercitatione ludoque campestri [b] tunicati [3] [c] uteremur: eademque erat, si statim mereri stipendia [d] cœperamus, castrensis ratio [m] ac militaris. Qua in ætate, nisi qui [4] se ipse sua gravitate et castimonia, et cum [5] disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono [n] defenderat; [6] quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam veram [7] effugere non poterat. Sed qui [8] prima illa initia ætatis integra atque inviolata præstitisset; [o] de ejus fama ac pudicitia, [9] cum is jam se corroboravisset, [p] ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. 12. Studuit Catilinæ, [e] cum jam [10] aliquot annos esset in foro, Cœlius: et

[m] *Disciplina militaris.* [n] *Probitate naturæ.*
[o] *Servavisset.* [p] *Grandior factus esset.*

Cap. v. 9 χ ψ *versatur.*—10 C *ego.*—1 In χ *olim* deest.—2 Lamb. *et omisit.*—3 S χ, Ms. Gruteri, Rom. Ven. 1480. 1483. *tunica:* Erf. et Pal. 9. *cautus.* Pro *uteremur* in T *vertemur.*—4 ψ *quis.*—5 Schutz. *tum.*—6 C T *defenderit:* H S χ et edd. pr. *defenderet*, prob. Weiske.—7 *Verum* Ernesto suspectum est.—8 T *quis.* Pro *initia* (quod in H χ, Pal. 3. Ms. Gruteri et Ms. ap. Lamb. deest) C S T ψ, Pal. 2. Grut. Græv. Oliv. habent *imperia.* In Pal. 9. legitur *illa impietatis integra.* Pro *atque inviolata* H *inviolataque.*—

NOTÆ

[z] *Studuit Catilinæ iterum petenti*] Petivit iterum consulatum Catilina, cum Silenum et Murenam competitores haberet. Sed iterum repulsam ille passus, præ iracundia, cœpit perniciose de patria cogitare.

[a] *Ad cohibendum brachium*] De hoc Seneca, Declam. l. v. 'Apud patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabant brachium extra togam exerere: nam in toga pars quædam in dextra parte excurrebat, quæ sinus dicebatur, et in dextrum humerum ita rejiciebatur, ut illud obvolveret.'

[b] *Ludoque campestri*] Exercitatione militari juvenes exercebantur ad bellum in Campo Martio; sed cursu potissimum, lucta, saltu, jaculatione, equitatu, saltatione, &c.

[c] *Tunicati*] Ita se exercebant adolescentes in illo campo, ut tunica semper ad majorem pudicitiam uterentur. Tunica porro vestis brevior apud Romanos fuit, et sine manicis, quæ proprie viris conveniebat, et sub longiore veste induebatur.

[d] *Statim mereri stipendia*] Stipendium dicitur æs militare, seu præmium quod militibus datur. Merentur autem stipendia qui milites fiunt.

[e] *Studuit Catilinæ*] Studuit Catilinæ, cum secundo consulatum petivit.

Digitized by Google

multi hoc idem ex omni ordine, atque ex omni ætate fecerunt. Habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum, non expressa[q] signa, sed adumbrata[r][1] virtutum. Utebatur hominibus improbis multis; et quidem optimis se viris deditum esse[2] simulabat. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ; erant etiam industriæ quidam stimuli ac laboris. Flagrabant vitia[3] libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. Neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis[4] diversisque inter se pugnantibus naturæ studiis cupiditatibusque conflatum. VI. 13. Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior? quis turpioribus conjunctior? [*p.* 40.] quis civis meliorum[5] partium[s] aliquando? quis tetrior[t] hostis huic civitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? Illa vero, judices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio; cum omnibus communicare quod habebat,[6] servire temporibus suorum omnium[u] pecunia, gratia, labore[7] corporis, scelere etiam, si opus esset, et audacia; versare[x] suam naturam, et regere[8] ad tempus, atque[9] huc et illuc torquere et flectere: cum tristibus severe, cum remissis[10] jucunde, cum senibus graviter, cum juventute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere. 14. Hac ille tam varia multiplicique natura, cum omnes omnibus ex terris homines improbos audacesque collegerat; tum etiam multos fortes

[q] *Declarata.* [r] *Ficta.* [s] *Qui plures habuit fautores?*
[t] *Pejor.* [u] *Subvenire periculis omnium.*
[x] *Mutare.*

9 χ *prudentia.*—10 C caret *jam.*—1 Ern. suspicatur legend. *at adumbrata*, vel *sed adumbrata tamen.*—2 χ non agnoscit *esse.*—3 χ *studia.*—4 Lamb. *ex tam contrariis*, et mox T ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *repugnantibus.* Ern. putabat *diversisque* esse a glossa, legendumque *contrariis, inter seque pugnantibus.*

CAP. VI. 5 χ ψ *melior.*—6 Ern. conjecit *haberet* legend.—7 χ *laboris.* Mox, C H S T χ ψ, Erf. et edd. ante Hervag. cum Græv. et Lall. non agnoscunt copulam ante *audacia.*—8 C S et ed. Rom. *urgere:* H *tegere*, ut Grævius volebat.—9 In T *atque* deest. Mox, *torq. ac flectere* Ven. 1480. Junt. cum Orell. probante Grævio: *torquere, affligere* Pal. 9.—10 χ *sev. et*

Digitized by Google

viros et bonos specie quadam virtutis assimulatæ tenebat. Neque unquam ex illo delendi[1] hujus imperii tam consceleratus impetus extitisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiæ radicibus niteretur. Quare ista conditio, judices, respuatur,[f] nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat: est enim commune[2] cum multis, et cum quibusdam etiam bonis. Me ipsum, me, inquam, quondam pæne ille decepit, cum et civis mihi bonus, et optimi cujusque cupidus, et firmus amicus ac fidelis videretur: cujus ego facinora oculis[3] prius quam opinione,[g] manibus ante quam suspicione, deprehendi; hujus[4] in magnis catervis amicorum si fuit etiam Cœlius,[h] magis est, ut ipse[5] moleste ferat errasse se, sicuti nonnunquam in eodem homine me quoque erroris mei pœnitet, quam ut istius[6] amicitiæ crimen reformidet. VII. 15. Itaque[7] a maledictis pudicitiæ ad conjurationis invidiam oratio est vestra delapsa. Posuistis enim,[8] atque id tamen[9] titubanter et strictim, conjurationis hunc, propter amicitiam Catilinæ, participem fuisse: in quo non modo crimen non hærebat,[10] sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio. Qui enim[1] tantus furor in Cœlio? quod tantum aut in moribus naturaque

rem.—1 χ *tenendi.* Tum, pro *consceleratus* T *consecutus concitatus;* C S ψ et edd. vett. *sceleratus.*—2 H χ *est et hoc comm.*—3 χ *ergo facin. occulta.*—4 ψ *cujus et:* Ern. e conjectura, cum Oliv. Weiske, et Schutz. *cujus:* ceteri *hujus.* —5 Lamb. *cur ipse.* Mox, C S T ψ *sicut et nonnunq.*—6 Lamb. *quam cur istius.* Tum, ψ *reformidetur.*

CAP. VII. 7 Ern. conjecit *Atque* legend. Deinde, *impudicitiæ* legi maluit Garaton. Postea, H χ *ad conjurationum invid.*—8 χ *Posuistis et enim:* ψ *Posuisti enim.*—9 H χ *tantum.*—10 Lamb. *in quo crimine non modo inhærebat.*—

NOTÆ

[f] *Conditio respuatur*] Ista objectio rejiciatur; respuere enim significat repudiare, et quasi cum sputo per contemtum rejicere.

[g] *Oculis prius quam opinione*] Prius patuerunt oculis crimina Catilinæ, quam eorum reus crederetur: per Fulviam enim conjurationem accepit, antequam conjuratorum literæ in ponte Mulvio fuissent deprehensæ.

[h] *Si fuit etiam Cœlius, &c.*] Si inter tot Catilinæ amicos fuit Cœlius, longe justius conqueri debet, se in fraudem inductum fuisse, ut Cicero sæpenumero conquestus est, quam vereri ne istius Catilinæ amicitia crimini sibi vertatur.

Digitized by Google

vulnus, aut in re atque fortuna?[2] ubi denique est in ista suspicione Cœlii nomen auditum? Nimium multa de re minime dubia loquor: hoc tamen[3] dico: non modo si socius conjurationis, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset,[4] nunquam conjurationis accusatione adolescentiam suam potissimum commendare voluisset.[5] 16. Quod, haud scio, an de ambitu, et de criminibus istis[6] sodalium ac sequestrium[i] (quoniam huc incidi) similiter respondendum putem. Nunquam enim tam Cœlius amens fuisset, ut, si se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret; neque ejus facti[7] in altero suspicionem quæreret, cujus ipse sibi perpetuam licentiam optaret: nec, si sibi semel periculum ambitus subeundum putaret, ipse alterum iterum[8] ambitus crimine arcesseret:[k] quod quanquam[l] nec sapienter, et me invito facit, tamen est ejusmodi[9] [cupidinis], ut magis insectari alterius innocentiam, quam[10] de se timide cogitare videatur.

17. Nam quod æs alienum objectum[1] est, sumtus reprehensi,[m] tabulæ flagitatæ;[2][n] videte, quam pauca respon-

1 H S χ *etenim*.—2 H T *aut in re aut in fortuna*.—3 Lamb. *tantum*. Mox, χ *sociis*.—4 H S *extitisset*. Mox, C *accusationem*.—5 C *potiss. omnem dare vol.* et ψ *Qui haud scio*.—6 C H ψ et edd. vett. nonnullæ *istius*. Tum, ψ *sod. ac seq.*—7 *Neque enim ejus facti* Mss. pauci et edd. ante Grut. *neque enim facti* C T ψ et al. Deinde, C *in alterum suspicionem*.—8 H T non agnoscunt *iterum*. Tum, T ψ *ambitus crimen*; et H χ ψ *arcessisset*.—9 χ *tantum est*, et H *ejus modo*. In C S T χ ψ, Ven. 1483. Hervag. *ejusmodi cupidus, ut*: Franc. *ejus omnino cupidus, ut*: Junt. *ejus omnino ita cupidus, ut*: Lamb. Græv. et Oliv. *ejusmodi cupiditatis, ut*: Lall. e Ms. Memmii *ejus omnino cupiditatis, ut*: Weiske e conjectura cum Orell. *ejusmodi, cupidius, ut*. Schutzius de sententia Ernesti delevit *cupidinis*.—10 ψ *quod*.—

NOTÆ

[i] *Sequestrium*] Sequestres vel sunt, auctore Budæo, interpretes ambitus, et corrumpendarum tribuum auctores, vel qui se tanquam mediatores ad populi gratiam pro candidatis aucupandam interponunt.

[k] *Arcesseret*] Jam supra notatum est Cœlium ambitus crimine L. Atratinum semel accusasse, eundemque absolutum iterum accusasse.

[l] *Quod quanquam*] Dicit Polam, patrem Atratini, immerito fuisse accusatum, ut judicum vitet offensionem, quibus carus erat fortasse Pola.

[m] *Sumtus reprehensi*] Valerius testatur eos, qui maximos sumtus fecissent, aut ingrati fuissent, aut æs alienum contraxissent, gravissimis sup-

Digitized by Google

deam. Tabulas, qui in patris potestate est,[o] nullas conficit.[3] Versuram nunquam[p] omnino fecit ullam. Sumtus unius generis objectus est, habitationis:[4] triginta millibus dixistis eum habitare.[q] Nunc demum intelligo, P. Clodii insulam[r] esse venalem, cujus hic in ædiculis habitat,[5] decem, ut opinor, millibus:[s] vos autem,[6] dum illi placere vultis, ad tempus ei[7] mendacium vestrum accommodavistis.

18. Reprehendistis, a patre quod semigrarit:[8] [t] quod

1 χ *objectus.*—2 Idem *flagitare.*—3 *Confeci* χ: *confecit* C H S ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Mox, χ *unquam.*—4 H χ *habitationibus.*—5 H S, ed. Wald. Hervag. Lamb. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. *habitat:* ceteri *habitet.* 'Placuit Gulielmio *habet*, quod alicubi legitur antique pro *habitat.*' Gruter.—6 Pro *autem*, quod in χ deest, H exhibet *hæc.* Tum, χ *illis.*—7 Pro *ei* χ habet *et;* T et Lamb. *ejus.*—8 C *semigravit:* χ *se migraret.*

NOTÆ

pliciis apud Romanos affectos fuisse.

[n] *Tabulæ flagitatæ*] Moris fuit apud Romanos, ut patresfamilias, quæcunque per singulos dies, aut acciperent, aut expenderent, ea primum propere ac festinanter in codicem, memoriæ causa paratum, referrent, quæ adversaria dicebantur; deinde per otium in aliis tabulis ordine et accurate perscriberent. Eas tabulas 'accepti et expensi' nominabant.

[o] *Qui in patris potestate est*] Filiusfamilias tabulas non conficit, quia præter peculium nihil habet; peculii tamen rationes conficere solitos et filios-familias et servos, satis constat ex titulo de Digest. de Pecul.

[p] *Versuram nunquam*] Versura proprie fieri dicitur, 1. cum creditoris conversio quædam et mutatio fit, id est, cum quis alii ut solvat, ab alio pecuniam mutuatur. 2. Aliquando versuram facere simpliciter significat æs alienum contrahere, ut ex hoc Ciceronis loco patet. 3. Versuram facere dicitur is, qui æs alienum ex ære alieno solvit. 4. Dicitur etiam versuram facere, cum minore fœnore acceptam quis pecuniam majore occupat.

[q] *Triginta millibus eum habitare*] Objectum est conduxisse domum triginta sestertium millibus ad habitandum, id est, tribus librarum millibus.

[r] *Clodii insulam*] Insula, inquit Festus, dicta proprie, quæ non jungitur communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico aut privato cingitur: a similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari imminent, suntque in solo. Ait autem Plinius XXXVI. 15. quod P. Clodius sestertium centies, et quadragies octies habitaret.

[s] *Millibus*] Centum libris nostratibus.

[t] *A patre semigrarit*] Filii-familias adolescentes cum parentibus habitabant, a quibus discedere non potuerunt absque probro.

Digitized by Google

quidem jam[9] in hac ætate minime reprehendendum est: [*p.* 41.] qui cum et[10] ex reipublicæ causa,[y] esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam, victoriam consecutus,[a] et per ætatem magistratus petere[x] posset,[1] non modo permittente patre, sed etiam suadente, ab eo semigravit: et cum[2] domus patris a foro longe abesset, quo facilius et nostras domos obire,[z3] et ipse a suis coli posset, conduxit in Palatio, non magno,[4] domum. VIII. Quo loco possum dicere id, quod vir clarissimus, M. Crassus,[y] cum de adventu regis[5] Ptolemæi[z] quereretur, paulo ante dixit,

[y] *Propter rempublicam.* [z] *Adire.*

—9 H S χ ψ, Lamb. et Orell. *jam* omittunt.—10 Copula abest a sex Oxonn. Mss. et edd. vett. Tum, T *ex Re. po. causa.* Ante *esset* T χ ψ, Barb. Ms. Car. Steph. edd. Rom. Ven. utraque, Junt. Naug. cum Orell. addunt *jam.* Porro, in T χ *molesta*, omisso *quidem.* χ quoque *tamen* omittit.—1 C T *possit.* In C deest *modo.*—2 χ non agnoscit *cum.*—3 Junt. et Orell. *domos obire:* alii *obire domus.*—4 ψ *magnam.*

CAP. VIII. 5 In H et χ deest *regis.* Deinde, Hervag. *quæreretur.*—

NOTÆ

[a] *Victoriam consecutus*] Cœlius accusavit Antonium affinem fuisse conjurationis Catilinariæ, atque adeo eum in exilium abire compulit; quod permolestum fuit Ciceroni, quia eum, sibique collegam in consulatu, defenderat.

[x] *Per ætatem magistratus petere*] L. Villius tribunus plebis, L. Manlio et Q. Fulvio coss. A. U. C. 624. legem tulit, ut annus quæsturæ non esset ante vigesimum septimum; tribunatus ante trigesimum; ædilitatis ante trigesimum septimum; præturæ quadragesimum; consulatus quadragesimum tertium. Et quod de quæstura dictum est, congruit cum eo, quod Polybius lib. VI. scribit, legem fuisse, ne quis magistratum urbanum gereret, nisi decem stipendia confecisset: annus autem ad militandum legitimus fuit decimus-septimus.

[y] *M. Crassus*] M. Crassus prior Cœlium defendit. Eum autem defendens optabat ut nunquam Ptolemæus venisset Romam, citatis ex Medea Ennii poëtæ versibus, quibus ancilla queritur, Argo navem fuisse fabricatam, qua Jasone in Colchida devecto, Medea amore ejus capta fuerit: quos ille versus cum allegorice ad Ptolemæum accommodasset, Cicero eodem modo festive ad Cœlium et Clodiam accommodat, dolens Cœlium in Palatium, ubi habitabat Clodia, commigrasse, quod ei initium malorum fuit.

[z] *Regis Ptolemæi*] Ptolemæus rex Alexandrinus pulsus a suis venit Romam, ut a senatu populoque Romano restitueretur. Eodem tempore legati Alexandrini contra eum venerunt; quorum Ptolemæus magnam partem per insidias sustulit, in iis principem legationis Dionem Academicum. Objecerant autem accusatores Puteolis a Cœlio pulsatos fuisse.

Digitized by Google

'Utinam ne[6] in nemore Pelio[a] . . .' ac longius quidem mihi contexere hoc carmen[7] liceret. 'Nam nunquam hera[8] errans'[b] hanc molestiam nobis exhiberet, 'Medea,[c] animo ægra,[9] amore sævo saucia. . . .' Sic enim, judices, reperietis, quod, cum ad id loci venero, ostendam, hanç Palatinam Medeam[d] migrationemque, huic adolescenti causam sive[10] malorum omnium, sive potius sermonum fuisse.

19. Quamobrem illa,[1] quæ ex accusatorum oratione præmuniri jam et fingi intelligebam, fretus vestra prudentia, judices, non pertimesco. Aiebant enim, fore testem senatorem, qui se[2] pontificiis comitiis[e] pulsatum[*] a Cœlio diceret. A quo quæram, si prodierit, primum, cur statim[f] nihil egerit? deinde, si id queri, quam agere maluerit, cur

[*] *Verberatum.*

6 C S ψ omittunt *ne.* Tum, in ψ *Prelio.*—7 χ *conterere hoc crimen.*—8 Pro *hera* in χ *eram.*—9 Ms. Car. Steph. *animo ægro.* Cf. ad Herenn. II. 22. Pro *saucia* χ habet *sevitiam.*—10 In H deest *sive*, quod Schütz. et Oreil. deleverunt de sententia Ernesti.—1 T *illæ.* In H χ *Quamobr. quæ accus.*, et χ *ora-*

NOTÆ

[a] *Utinam ne in nemore Pelio*] Versus desumti sunt ex Ennii Medea. Hæc autem cum propter Glaucam, Creontis regis filiam, se a Jasone contemtam cerneret, noctu regiam ingressa, radice a Circe inventa, ea virtute ut ignis exstingui non posset, eandem incendit. Fertur autem Jasonem protinus regia incensa aufugisse, Creontem vero et Glaucam igne fuisse consumtos. Vide Diod. lib. v.

Pelio] Pelion mons est Thessaliæ frequenti pinu referta; ubi navis Argo, qua Jason vectus est, confecta fuit.

[b] *Hera errans*] Clodia offensa nunquam hac calumnia Cœlium afficeret.

[c] *Medea*] Sub Medea Clodiam significat, quæ insanum suum amorem in Cœlium, in odium et iram convertit.

[d] *Palatinam Medeam*] Clodia habitabat in monte Palatino, indeque eam Palatinam vocat.

[e] *Pontificiis comitiis*] Pontificia comitia dicebantur, in quibus pontifices creabantur. Tulit autem legem Cn. Domitius Ænobarbus trib. pleb., Cn. Mario et L. Aurelio coss. A. U. C. 650. ut non sacerdotum collegia, ut antea, quem vellent, cooptarent; sed populi id beneficium esset. Cum autem populus per religionem sacerdotia mandare non posset, rogavit ut minor pars populi, id est, tribus septemdecim vocarentur; et ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur.

[f] *Primum cur statim*] Probat non pulsatum fuisse illum senatorem a Cœlio, idque ex conjecturæ locis per interrogationem.

Digitized by Google

productus a vobis potius, quam ipse per se? cur tanto[3] post potius, quam continuo, queri maluerit? Si mihi ad hæc acute arguteque responderit;[4] tum quæram denique, ex quo iste fonte[5] senator emanet:[g] nam si ipse orietur,[6] et nascetur ex sese; fortasse, ut soleo, commovebor: sin autem, ut rivulus,[7] arcessitus et ductus ab ipso capite[h] accusationis vestræ; lætabor, cum tanta gratia,[8] tantisque opibus accusatio vestra nitatur, unum senatorem solum esse, qui vobis[9] gratificari vellet, inventum. 20. Nec tamen[10] illud genus alterum nocturnorum testium[i] pertimesco. Est enim dictum[1] ab illis, fore qui dicerent, uxores suas, a cœna redeuntes, attrectatas[k] esse[2] a Cœlio. Graves erunt homines, qui hoc[3] jurati[l] dicere audebunt; cum sit his confitendum, nunquam se, ne[4] congressu quidem et constituto[m] cœpisse de tantis injuriis experiri.[5]

tionem.—2 H χ non habent *se.*—3 ψ *quam ipse persequor tanto.* In C et T non legitur *potius.*—4 Franc. *Si mihi ad hoc acute arguteque respondit.*—5 C ψ *ex quoto fonte:* χ *ex quo fonte.*—6 χ *Nam orietur:* H *Nam si orietur.*—7 C H S T χ ψ, Franc. 1. Pall. edd. Rom. Ven. 1483. Junt. Hervag. Græv. et Orell. *Sin autem est rivulus:* Ven. 1480. *Sin autem ex rivulis.*—8 C *gloria.*—9 H *vos.*—10 H χ *tantum.*—1 χ *ductum.* Pro *fore* H *fere;* χ *foro.*—2 H T non habent *esse.*—3 In T *hæc.* Tum, *ardeant* T: *audeant* C ψ, Franc. et edd. ante Car. Steph. Postea, pro *his* ψ habet *id.*—4 H χ *nec:* T *neque.*—5 χ *expediri.*

NOTÆ

[g] *Ex quo iste fonte senator emanet*] Quærit Cicero, an senator ille sponte sua, an adversariorum precibus, adductus fuerit ad ferendum contra Cœlium testimonium.

[h] *Ductus ab ipso capite*] Si autem ille senator corruptus est a Clodia, ut hanc accusationem susciperet, et contra Cœlium ferret testimonium, erit sane quod lætetur Cicero, quod unus tantum ille reperiatur, qui Clodiæ causæ servire voluerit. Hic metaphora ab aquis elegans est.

[i] *Nocturnorum testium*] Ridicule jocatur in testes, quos idcirco nocturnos vocat, ad eorum obscuritatem alludens, quia noctu commode videre non poterant.

[k] *Attrectatas*] Ita a mulieribus contrectandis abstinebant Romani, ut a magistratu matronæ ne quidem submoverentur, ut Festus refert, ne pulsari submoverive viderentur.

[l] *Jurati*] Qui testimonium erant laturi, jurabant; quare religione verum dicere tenebantur.

[m] *Congressu et constituto*] Moris fuit antequam ad judicem provocarent, ut domi apud amicos communes experirentur, si forte sedari ab iis controversia posset. Experiri autem, vel experiri jus, lege agere est; inde deducto verbo, quod qui rem aliquam judicio petunt, ii, quod juris se habere ad eam rem petendam arbitrantur, id ad judices, tentandi et

Digitized by Google

IX. Sed totum genus oppugnationis hujus, judices, et jam prospicitis[b] animis, et cum inferetur, propulsare debebitis:[6] non enim ab iisdem accusatur M. Cœlius, a quibus oppugnatur: palam in eum tela jaciuntur,[n] clam subministrantur. 21. Neque id ego dico,[7] ut invidiosum sit in eos, quibus gloriosum hoc etiam esse debet. Funguntur officio; defendunt suos; faciunt, quod viri fortissimi solent:[8] læsi dolent, irati efferuntur, pugnant lacessiti. Sed vestræ sapientiæ tamen[9] est, judices, non, si causa justa est viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque vos causam[10] putare esse justam alieno dolori potius, quam vestræ fidei[o] consulendi.[1] Quæ sit multitudo in foro, quæ genera, quæ studia, quæ varietas[2] hominum, videtis. Ex hac copia quam multos esse arbitramini, qui hominibus potentibus, gratiosis,[p] disertis, cum aliquid[3] eos velle arbitrentur, ultro se offerre soleant, operam navare, testimonium polliceri?[q] 22. Hoc ex genere si qui se in hoc judicium forte projecerint, excluditote[c] eorum cupiditatem, judices, sapientia vestra; ut eodem tempore et[4] hujus saluti et religioni vestræ, et contra periculosissimas[5] homi-

[b] *Intelligitis.* [c] *Rejicite.*

CAP. IX. 6 C H S χ et ed. Junt. *debetis.*—7 Schutz. e conjectura cum Orell. *id eo dico.*—8 H χ non agnoscunt *solent.*—9 Pro *tamen*, quod in H deest, χ exhibet *non.* Pro *judices* in ψ *judicium.* Tum, χ ψ *sine causa.*—10 *Ideo vos quoque causam* H S χ, Rom. Ven. 1483. Junt. Ald. *ideo quod vos causam* Franc. Deinde, H caret *esse.*—1 χ *consulenti.*—2 C H S T χ ψ, Franc. et edd. vett. *varietates.*—3 H *aliquod.* Tum, C *arbitrarentur:* H χ *arbitrantur.*—4 C T omittunt copulam ante *hujus*, et H χ ante *religioni.*—

NOTÆ

experiundi causa, exponunt.

[n] *Palam tela jaciuntur*] Ostendit quod alii, ut Herennius, Atratinus, Balbus se palam accusatores profiteantur; sumta a militibus metaphora, quorum alii sagittas evibrant, alii suppeditant.

[o] *Quam vestræ fidei*] Per hanc vocem 'fidei' religionem atque innocentiam, quam vulgo conscientiam dicimus, significat: cum enim judices jurarent, nihil contra fidei suæ sanctitatem præstare debebant.

[p] *Gratiosis*] Gratiosi vulgo dicuntur, qui amicis abundant.

[q] *Testimonium polliceri*] Pollicemur sponte, promittimus rogati, inquit Servius. Hic autem invidiam ex potentia adversariis conciliat.

Digitized by Google

num potentias conditioni omnium civium providisse videmini.[6] Equidem vos abducam a testibus; neque hujus judicii veritatem, quæ mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari sinam; quæ facillime fingi,[7] nullo negotio flecti ac detorqueri potest. [*p.* 42.] Argumentis agemus: signis omni luce clarioribus[8] crimina refellemus: res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit.[9]

X. 23. Itaque illam partem causæ facile patior graviter et ornate a M. Crasso esse[10] peroratam, de seditionibus Neapolitanis,[r] de Alexandrinorum pulsatione[d] Puteolana, de bonis[1] Pallæ.[s] Vellem dictum esset ab eodem etiam de Dione:[t] de quo ipso tamen quid est, quod expectetis, quod is,[2] qui fecit, aut non timet, aut etiam fatetur? Est enim reus,[3] qui hujus dictus est et adjutor fuisse, et conscius, P. Ascitius; is judicio est liberatus. Quod igitur est hujusmodi[4] crimen, ut, qui commisit, non neget; qui negavit,[5] absolutus sit; id hic pertimescat, qui non modo

[d] *Cæde.*

5 χ *religiosas:* Lamb. *periculosas.*—6 χ *provide se vid.* H S *Et quidem vos abd.* In C *obducam:* ψ *adducam.*—7 C et edd. vett. *effingi:* Gulielm. conjecit *confingi* legend.—8 Verba *omni luce clarioribus* non leguntur in H χ.—9 χ *pugnabunt.*

CAP. X. 10 C H S χ et edd. pleræque ante Lamb. omittunt *esse*, quod Orell. uncis inclusit.—1 H S χ cum edd. vett. *et de bonis.* Tum, ed. Delph. *Pollæ.* Postea, ψ *dictum esse.* Pro verbis *de Dione* T *dedicione;* χ *Dione.*—2 C ψ *id.*—3 *Est autem rex* T, Ms. Car. Steph. et Ven. 1483. *Et enim rex* alii. *Est enim rex. Qui autem dictus est et adjutor fuisse, et conscius, P. Ascitius, is judicio est liberatus* e Mss. nonnullis edidit Orell. Pro *reus* in χ *rex:* pro *qui* H χ *quod:* pro *hujus* C H *aut;* S T *autem;* χ *enim:* pro *dictus* T *deus:* pro *Ascitius* C ψ *Asitius;* χ *Ascius;* al. *Asius;* al. *Asatius;* al. *Assitius.* Deinde, H S, *in judicio.* Denique, H T *Quid igitur.*—4 C H T χ *ejusmodi.*—

NOTÆ

[r] *De seditionibus Neapolitanis*] Exortæ quædam fuerant Neapoli seditiones, quibus cum ne quidem interfuisset Cœlius, tamen, quasi earum auctor, a Clodia accusatus est.

Neapolitanis] Neapolis Italiæ civitas nobilissima, quæ et Parthenope dicta est.

[s] *De bonis Pallæ* [*Pollæ*] Hæc falso erepta a Cœlio dicebantur.

[t] *De Dione*] Fuit hic Dio Alexandrinorum legatus, quem Pub. Ascitius interfecit; qui tamen judicio absolutus est: unde crimen illud in Cœlium derivandum non est.

Digitized by Google

a facto, verum etiam a conscientiæ suspicione abfuit? Et, si Ascitio causa plus profuit, quam nocuit invidia, huic oberit[6] [u] tuum maledictum, qui istius facti non modo suspicione,[7] sed ne infamia quidem est aspersus?[e] 24. At prævaricatione[8] [x] est Ascitius liberatus. Perfacile est isti loco respondere, mihi[9] præsertim, a quo illa[10] causa defensa est. Sed Cœlius optimam[1] causam Ascitii esse arbitratur: cujusmodi autem sit, a sua putat esse sejunctam; neque solum Cœlius, sed etiam adolescentes humanissimi et doctissimi, rectissimis[2] studiis atque optimis artibus præditi, Titus Caiusque Coponii, qui ex omnibus maxime Dionis mortem doluerunt;[3] qui cum doctrinæ studio atque humanitatis, tum etiam hospitio Dionis tenebantur.[f] Habitabat is apud L. Lucceium, ut audistis. Fuerat ei[4] cognitus Alexandriæ. Quid[5] aut hic, aut summo splendore præditus, frater ejus,[6] de M. Cœlio existimet, ex ipsis, si producti erunt,[y] audietis. 25. Ergo hæc removeantur,[7] ut aliquando, in quibus causa nititur,[8] ad ea veniamus.

[e] *Notatus.* [f] *Delectabantur.*

5 Edd. vett. *qui non negavit.*—6 Pro *oberit* in ψ *operi.*—7 Ms. Memmian. *non modo non susp.*—8 χ *A præv.* C *At procuratione.*—9 Pro *mihi* C habet *miseri.*—10 Al. *ista.*—1 χ *opimam.* Mox, T *arbitrabatur:* χ *arbitraretur.* Tum, *cujuscujusmodi* Lamb. *cuicuimodi* Schutz. et Orell. e conjectura Ant. Augustini. In χ *cujus modo enim sit.* Post *putat* C S χ ψ addunt *esse.*—2 χ *humanissimi et rectissimi.*—3 Pro verbis *Caiusque Coponii . . . mortem doluerunt* in C ψ tantum legitur *Caius;* in H S T *Caiusque;* in χ *Gaiusque;* in edd. ante Junt. *Caiusque Coponii.* Deinde, pro *qui cum* C et edd. vett. habent *qui omni cum;* H χ *omni;* S T *omni cum;* Ern. conjecit legend. *nam cum*, aut *quod cum.* Pro *doctrinæ studio* C H S T χ ψ exhibent *doctrina homo.* Denique Weiske e conjectura edidit *atque humanitatis.* Mox T χ *tenebatur.*—4 Pro *ei*, quod ψ omittit, in H legitur *enim.*—5 χ *Qui.*—6 χ *frater ejusdem.* In H deest præpositio ante *M. Cœlio.*—7 H χ *removentur.*—8 χ *in quibus conitetur.*

NOTÆ

[u] *Huic oberit*] Cœlio non debet obesse interfecti Dionis crimen, cum illius auctor illud ipsum non neget.

[x] *Prævaricatione*] Prævaricatione utitur, qui prodita causa sua diversam partem adjuvat.

[y] *Si producti erunt*] Id est, si ad testimonium dicendum advocati sint omnes illi qui Dionis erant amici, hanc ejus criminis suspicionem a Cœlio removebunt.

Digitized by Google

XI. Animadverti enim,[9] judices, audiri a vobis meum familiarem, L. Herennium, perattente. In quo etsi magna[10] ex parte ingenio ejus, et dicendi genere quodam tenebamini; tamen nonnunquam verebar,[1] ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio, ad[2] animos vestros sensim ac leniter accederet. Dixit enim multa de luxuria, multa de libidine, multa de vitiis juventutis, multa de moribus; et, qui[3] in reliqua vita mitis esset, et in hac suavitate[4] humanitatis, qua prope jam delectantur homines,[5] versari perjucunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus,[a] censor, magister. Objurgavit M. Cœlium, sicut neminem unquam parens.[6] Multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. Quid quæritis, judices? Ignoscebam[7] vobis attente audientibus, propterea quod egomet tam triste illud et tam asperum genus orationis horrebam.
26. Ac prima pars fuit illa, quæ me minus movebat, fuisse meo[8] necessario Bestiæ[a] Cœlium familiarem: cœnasse apud eum, ventitasse[9] domum, studuisse præturæ.[b] Non me hæc movent, quæ perspicue falsa sunt: etenim eos una cœnasse dicit,[10] qui aut absunt, aut quibus necesse est

CAP. XI. 9 χ non agnoscit *enim.*—10 H *quo si magna.*—1 ψ *verebatur.*—2 Mss. pauci et edd. ante Naug. cum Lamb. et Orell. omittunt præpositionem ante *animos.* In T legitur, *ad nostros sensum.* Tum, *leviter* C T χ, et *accideret* Pal. 2. 3. 9. Grut. Græv. Oliv. *aclendoret* T: *attenderet* ψ: *accenderet* C, Barb. et edd. ante Naug. cum Orell. Denique, T *Dixi enim.*—3 C H χ ψ *ut qui.*—4 C *suavitates.* Pro *humanitatis qua* in χ *humanitatisque.*—5 H S χ, Ms. Car. Steph. Lamb. Weiske et Orell. *omnes.*—6 H S *pater:* χ *patet.* Tum, χ *multa de innocentia.*—7 Weiske conjecit *Irascebar* legend. Mox, '*Propterea, quod egomet ... horrebam*] An fuit *non abhorrebam?* vel ab initio, *quanquam egomet, &c.?*' Ern.—8 Pro *movebat, fuisse meo* χ exhibet *movent in eo.*—9 χ *vetasse.*—10 Junt. *una cœnasse falso dicit;* et

NOTÆ

[a] *Pertristis quidam patruus*] Id est, severus censor; qua significatione vox ista sumitur ab Horatio Sat. II. 3. 'Sive ego prave, Seu recte, hoc volui; ne sis patruus mihi.'

[a] *Necessario Bestiæ*] Bestia hic ambitus accusatus est, sed defensus a Cicerone fuit; cujus ipse meminit epist. 7. ad Q. Fratrem; arguebatur autem Cœlius habuisse cum Bestia familiaritatem.

[b] *Studuisse præturæ*] Opem tulisse Bestiæ in petitione præturæ, et sæpius in ejus venisse domum objiciebatur.

Digitized by Google

idem dicere.[c] Neque vero illud me commovet, quod sibi in Lupercis[d] sodalem[e] esse Cœlium dixit.[1] Fera quædam sodalitas[f] et plane pastoricia atque agrestis germanorum[g] Lupercorum; quorum coitio illa sylvestris ante est instituta, quam humanitas atque leges: siquidem [2] non modo nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando, ut ne, si quis id forte nesciat, timere videatur.[3] 27. Sed hæc omittam: ad illa, quæ me magis moverunt, respondebo.

Deliciarum objurgatio fuit longa, et ea[4] lenior, plusque disputationis habuit, quam atrocitatis: quo etiam audita est attentius. [*p.* 43.] Nam P. Clodius, amicus meus,[g] cum se gravissime vehementissimeque jactaret, et omnia inflammatus[5] ageret tristissimis verbis, voce maxima; tametsi probabam ejus eloquentiam, tamen non pertimescebam: aliquot enim in causis eum videram[6] frustra litigan-

[g] *Verorum.*

Lamb. *aut qui absunt.* Deinde, Abramius legi maluit *aut de quibus necesse est idem dicere:* Ant. Augustinus et Fulvius Ursinus emendarunt *aut quibus nec esse ibidem liceret.* Corruptus locus videbatur Ern. et Garaton.—1 H χ *dixerit.* Mox, χ *plana pastoricia.* In eodem Ms. deest *Lupercorum.* Pro *quorum* in χ *quo.* Postea, H S χ *constituta.*—2 H *sed quidem*, et mox *inter sodales.*—3 Schutz. et Orell. e conjectura Abramii recepit *ut ne quis id forte nesciat, timere videantur.* Hotom. quoque *videantur* legi maluit. Tum, ψ *Sed hoc omittam.*—4 In H deest *ea.*—5 Pantagathus suspicabatur *inflammatius* legend. Mox, pro *tametsi* in χ legitur *et si.*—6 χ *viderat.* Paulo post, ψ, Crat. Naug. Steph.

NOTÆ

[c] *Aut quibus necesse est idem dicere*] Intelligit amicos Clodiæ, qui eadem dicere cum illa debebant.

[d] *In Lupercis*] Lupercalia erant dies festi, qui Februario mense Pani dedicati peragebantur; quorum sacerdotes Luperci nudi subligaculis succincti per urbem vagabantur, quasi lupos arcerent. Ita Varro, Plinius, et Servius. Luperci porro, cum Potitiis, Herculis sacerdotibus, antiquissimi omnium fuerunt, jam inde ab Evandro ipso, ante Æneæ in Italiam adventum, instituti.

[e] *Sodalem*] Sodales sunt, inquit Caius, qui ejusdem collegii sunt, lib. 4. D. de colleg. et corp.

[f] *Fera quædam sodalitas*] Feram vocat sodalitatem propter ejus antiquitatem, utpote quæ condita sit ante Romam.

[g] *Clodius, amicus meus*] Ironia. Certe olim summa fuerat Ciceronem inter et Clodium amicitia; sed ab eo tempore quo contra eum testatus est Cicero, quod sacra Bonæ Deæ violasset, summa fuit inimicitia: tunc autem maxime cum hanc orationem habuit.

Digitized by Google

tem.[h] Tibi autem, Balbe, respondeo primum precario,[i] si licet, si fas est defendi a me eum, qui nullum convivium[7] renuerit, qui unguenta sumserit,[k] qui Baias viderit.[l] XII. 28. Equidem multos et vidi in hac civitate, et audivi, non modo qui primoribus labris gustassent[8] [m] genus hoc vitæ, et extremis, ut dicitur, digitis[n] attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent,[9] emersisse aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse, gravesque homines atque illustres fuisse. Datur enim concessu[10] omnium huic aliquis ludus ætati, et ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates; quæ si ita erumpunt ut nullius vitam labefactent,[4] nullius domum evertant; faciles et tolerabiles haberi solent.[1]

29. Sed tu mihi videbare[2] ex communi infamia juventutis aliquam invidiam Cœlio velle conflare.[i] Itaque omne[3] illud silentium,[o] quod est orationi tributum tuæ, fuit ob

[4] *Contaminent.* [i] *Parare.*

Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Orell. *respondebo.* Pro *si licet* H T χ *scilicet.*—7 H S *nonnullum,* et T *convicium,* ut suprascr. in C. Tum, Mss. ap. Lamb. *remunerit.* Pro verbis *qui nullum conv. renuerit* Donatus ad Terent. Hecyr. IV. 1. 36. *qui in hortis fuerit.*

Cap. XII. 8 H S χ *gustarent,* et χ *genus hujus vitæ.* Mox, χ *attigisset.*—9 Hervag. Manut. Lamb. *dedidissent.*—10 χ et Gembl. *concesso.*—1 H χ *soleant.*—2 C ψ *videare:* H et S *videris.* H et χ non agnoscunt præpositionem

NOTÆ

[h] *Frustra litigantem*] Sæpe causa ceciderat Clodius: immo videtur Cicero latenter indicare prævaricationis fuisse suspectum.

[i] *Primum precario*] Respondet jam Balbo alteri accusatori, cui cum bona ejus venia se responsurum dicit.

[k] *Unguenta sumserit*] Unguenta odores sunt, quibus deliciosi homines utebantur: id autem arguebat in Cœlio Balbus.

[l] *Baias viderit*] Baiæ aquæ calidæ sunt in Campania, Puteolos inter et Misenum, tam opportunæ voluptatibus corporis, quam morbis depellendis.

[m] *Primoribus labris gustassent*] Proverbium est ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes.

[n] *Extremis digitis*] Proverbium ejusdem significationis cum superiore.

[o] *Omne illud silentium*] Auditus quidem est Balbus attente, non quia unum Cœlium accusabat, sed quia universim corruptos juventutis mores oratione sua describebat. Hinc autem nihil in Cœlium efficiebat, quia nihil eorum in eo fuisse probabat.

Digitized by Google

eam causam; quod, uno reo proposito, de multorum vitiis cogitabamus. Facile est accusare luxuriem. Dies jam me deficiat,[4] si, quæ dici in eam sententiam possint, coner expromere: de corruptelis, de adulteriis, de protervitate,[p] de sumtibus, immensa oratio est. Ut tibi reum neminem, sed vitia[5] proponas, res tamen ipsa et copiose et graviter accusari potest: sed vestræ sapientiæ est, judices, non abduci ab reo; nec, quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra, cum eos accusator[6] erexerit[k] in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem et in reum: cum is non suo crimine, sed multorum vitio sit in quoddam odium injustum vocatus.[7] 30. Itaque severitati tuæ, ut oportet, ita respondere non audeo: erat enim meum, deprecari vacationem[l] adolescentiæ, veniamque petere: non, inquam, audeo: perfugiis[8] non utor ætatis: concessa omnibus jura dimitto: tantum peto, ut, si qua est invidia[9] communis hoc tempore æris alieni, petulantiæ, libidinum juventutis, quam video esse magnam, ne huic aliena peccata, ne ætatis ac temporum vitia noceant. Atque ego idem, qui hæc postulo, quin criminibus, quæ in hunc proprie conferuntur,[10] diligentissime respondeam, non recuso.

XIII. Sunt autem duo crimina, auri et veneni; in[1] qui-

[k] *Defixerit.* [l] *Immunitatem.*

ante *communi.*—3 Pro *omne* in C *commune.* Mox, ψ *quæ est orat.*—4 Ern. e conjectura, cum Weiske, Schutz. et Orell. *deficiat:* ceteri *deficiet.* Mox, *possunt* omnes Mss. et edd. præter Ern. qui e conjectura edidit *possint.* Pro *possunt coner* in χ legitur *amem.* Tum, C H S T ψ *exprimere.*—5 Lamb. *vitia ipsa.* Pro *res* T *re;* χ *a.* Pro *tamen* χ habet *non.* Verba *et copiose* absunt a C H S T χ ψ: in T alterum *et* quoque deest. Denique, χ *accusare potes.*—6 χ *accusatores.*—7 T *invocatus.* Mox, Manut. et Lamb. *oporteret.* Pro verbis *tuæ ut oportet* in χ legitur *me ut opinor.* Paulo post, pro *deprecari vacationem* C H S χ ψ, Erf. Pal. 2. 3. 9. et edd. vett. habent *de prævaricatione:* et statim, iidem *veniam petere.*—8 χ *profugus.*—9 H χ *si qua invid.*—10 H S χ *qui crim.* et T *qui in hunc prope conf.* Ante *proprie* χ ψ, Pal. 2. Grut. et Oliv. addunt *nondum;* Pal. 3. *mundis;* Pal. 9. et Gembl. *mundum.* Deinde, H S *referuntur.*

CAP. XIII. 1 Græv. conjecit præpositionem ante *quibus* delend. Statim,

NOTÆ

[p] *De protervitate*] Budæus hunc locum explicans, ait protervum eum dici, qui sibi circa libidines temperare non potest.

Digitized by Google

bus una atque eadem persona[q] versatur. Aurum sumtum a Clodia: venenum quæsitum, quod Clodiæ daretur, dicitur. Omnia sunt alia,[2] non crimina, sed maledicta jurgii petulantis magis, quam publicæ quæstionis. Adulter, impudicus, sequester,[r] convicium est, non accusatio: nullum est enim fundamentum[3] horum criminum, nulla sedes. Voces sunt contumeliosæ, temere ab irato accusatore, nullo auctore, emissæ. 31. Horum duorum criminum video fontem, video auctorem,[4] video certum nomen[s] et caput. Auro opus fuit: sumsit a Clodia, sumsit sine teste, habuit quamdiu voluit. Maximum video signum cujusdam egregiæ familiaritatis. Necare[5] eandem voluit; quæsivit venenum; solicitavit quos potuit; paravit; locum constituit; attulit. Magnum rursus odium video cum crudelissimo discidio extitisse. Res est[6] omnis in hac causa nobis, judices, cum Clodia, muliere non solum nobili, sed etiam nota;[t] de qua ego nihil dicam, nisi depellendi criminis causa.[u] 32. Sed intelligis, pro tua præstanti prudentia, Cn. Domiti, cum hac sola rem esse nobis:[7] quæ si se aurum Cœlio commodasse[x] non dicit, si venenum ab

urgetur Mss. omnes et edd. ante Hervag. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. Weiske. *Tractatur* susp. Garaton. Maluit Orell. *in quibus sub una atque eadem pers. urgetur.* Pro *sumtum* in χ et Erf. *emtum.*—2 Schutzius e conjectura Ernesti *Omnia sunt illa.* Weiske edidit *Omnia alia non sunt crimina.* Deinde, χ *maled. jurgia.*—3 H χ omittunt *est* et *fundamentum.* Mox, pro verbis *ab irato accusatore* in H S χ legitur *arbitratu accusatoris.*—4 Lamb. solus, *video auctorem, video fontem.*—5 C ψ *Negare.* Tum, H *eadem;* ψ *eidem:* et C *noluit.*—6 χ omittit *est.*—7 χ *Cn. Domitium hac sola re esse nobis.* Pro *quæ si se* C ψ *quæsisse.* Deinde, H χ *commendasse non dicit:* C T

NOTÆ

[q] *Persona*] Clodius accusavit Cœlium de auri et veneni crimine.

[r] *Sequester*] Sequester hic dicitur de eo qui adulteria conciliat.

[s] *Certum nomen*] Per illas voces 'certum nomen' crimen intelligit, de quo lex aliqua judiciorum perlata erat, quod tum certum nomen habere dicebatur: de quo autem nulla erat lex, incertum habebatur. Vide Cic. de Invent. l. III.

[t] *Sed etiam nota*] Nota, id est, famosa libidinum suarum nomine.

[u] *Depellendi criminis causa*] Depellendi a Cœlio, qui falso accusatur.

[x] *Aurum Cœlio commodasse*] Probabile est aurum illud signatum non fuisse (creditum enim aut mutuo datum dixisset), sed aurum solidum et factum, id est, aliquod ornamentum,

Digitized by Google

hoc sibi paratum esse non arguit; [*p.* 44.] petulanter facimus,[8] si matremfamilias,[y] secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. Sin, ista muliere remota,[9] nec crimen ullum, nec opes ad oppugnandum Cœlium illis relinquentur; quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos, qui insectantur, repellamus? quod quidem facerem vehementius,[10] nisi intercederent mihi inimicitiæ cum istius mulieris viro:[z] fratrem[1] volui dicere: semper hic erro. Nunc agam modice, nec longius[2] progrediar, quam me mea fides, et causa ipsa coget: neque enim muliebres unquam inimicitias mihi gerendas[m][3] putavi, præsertim cum ea, quam omnes semper amicam omnium potius, quam cujusquam[4] inimicam putaverunt.[a] XIV. 33. Sed tamen ex ipsa quæram prius,[5] utrum me secum severe, et graviter, et prisce agere malit, an remisse, ac[6] leniter, et urbane. Si illo austero more ac modo; aliquis mihi ab inferis excitandus[n] est, ex barbatis illis,[b] non hac barbula,[c] qua ista delectatur;[7] sed illa horrida, quam in

[m] *Habendas controversias.* [n] *Revocandus.*

ψ *commodasse se non dicit*, omisso *si* ante *venenum*.—8 ψ *facinus*.—9 *Remota* non est in H. Mox, C *relinquetur:* H S *relinquantur:* χ *relinquatur*. Postea, in C deest *nos*.—10 χ *facerent*, omisso *vehementius*.—1 Barb. Hervag. et Orell. *fratre;* sic etiam Jul. Rufinian. de Fig. c. 6.—2 H T *ne longius*. Deinde, H et S *cogit*.—3 Lamb. *inimicitias muliebres unquam mihi ger*.—4 Erf. *cuiquam*, et sic Voss. 2. in Quintil. IX. 2. 99.

CAP. XIV. 5 χ *Sed tum ex ipsa que prius*.—6 Pro *ac* edd. vett. habent *et*. Tum, T *leviter*. Postea, *Sin illo* sex Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. Hervag. Pro *modo* in C *meo*.—7 Ant. Augustinus legi maluit *qua isti delectantur*, prob.

NOTÆ

ut statua, aut quid ejusmodi quod amico pro tempore commodatur, et recipitur postea.

[y] *Matremfamilias*] In Pandectis matremfamilias et matronam pro eadem usurpari legimus; hoc est, pro muliere pudica et honesta, sive vidua sit, sive nupta. Festus vult appellari matronas, quibus habendi stolas jus erat. Patet autem ex hoc Ciceronis textu promiscue verbum utrumque usurpari.

[z] *Istius mulieris viro*] P. Clodium festive designat, quem Plutarchus incestam cum tribus suis sororibus consuetudinem habuisse scribit.

[a] *Inimicam putaverunt*] Ironice alludit ad meretriciam Clodiæ familiaritatem.

[b] *Ex barbatis illis*] Teste Plinio, tonsoribus usi non sunt Romani ante annum 454. et primus omnium instituit radi Africanus.

[c] *Hac barbula*] Pungit Clodiam,

Digitized by Google

statuis antiquis et imaginibus videmus: qui objurget mulierem, et pro me loquatur,[8] ne ista[d] mihi forte succenseat. Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis; ac potissimum Cæcus ille:[e] minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit: qui profecto si extiterit,[9] sic aget, et sic loquetur: Mulier, quid tibi cum Cœlio?[f] quid cum homine[10] adolescentulo? quid cum alieno? cur aut[1] tam familiaris huic fuisti, ut aurum commodares, aut tam inimica, ut venenum timeres? Non patrem tuum videras?[g] non patruum, non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse? 34. non denique modo te Q. Metelli[h] matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi ac fortissimi[2] viri, patriæque amantissimi? qui simulac pedem limine extulerat,[*] omnes prope[3] cives virtute, gloria, dignitate superabat? cui[4] cum ex amplissimo genere[i] in familiam clarissimam nupsisses, cur tibi

[*] *Exiverat de civitate.*

Ursino. In C S T ψ *sed ex illa horrida.*—8 H *quæ objurget mul.* et Lamb. *et qui pro me loq.* Pro *ne ista mihi* T habet *ut mihi*; χ *ne is tamen.* Pro *Existat* in χ *ex ista.*—9 C ψ *exstitit.*—10 Aquila Rom. de Fig. c. 3. omittit *homine.*—1 χ *autem.* In H T χ non legitur *huic.* Statim, χ *commendares, aut tam inim., ut ven. non tim.* Tum, ψ *num patrem tuum vid.* et C T ψ *num patruum, num avum.* In H desunt verba *non patruum,* et ab H χ *proavum* abest. Pal. 2. 3. *non patruum, avum, atavum:* Pal. 9. *non patruum, non avum, non atavum;* Lamb. *non patruum, non avum, non proavum, non atavum.* Pro *audieras,* H *videras;* et paulo post, C *num denique modo.*—2 χ *charissimi ac fortiss.* edd. ante Lamb. *clariss. et fortiss.*—3 In χ deest *prope.*—4 C H S χ ψ non

NOTÆ

quæ barbatulo amatore et fratre suo maxime tenebatur.

[d] *Ne ista*] Clodia.

[e] *Cæcus ille*] Appius Clodius, abavus ipsius Clodiæ, Cæcus dictus est, quia longam annorum seriem orbatus luminibus egit, ut refert Valerius VIII. 14. Stemma Clodianum descriptum habet Abram. in orat. pro Cœlio, § 33. not.

[f] *Mulier, quid tibi cum Cœlio*] Prosopopœia elegans, qua in persona Cæci Clodiam carpit.

[g] *Non patrem tuum videras*] Appius Claudius Pulcher, Clodiæ parens, consul fuit cum Pub. Servilio Isaurico, A.U.C. 674. Suetonius in Tib. cap. 1. refert, Claudios duodetriginta consulatus, quinque dictaturas, censuras septem, triumphos sex, duas ovationes obtinuisse.

[h] *Q. Metelli*] Q. Metellus Celer, qui fuit consul A. U. C. 693. Clodiam uxorem habuit.

[i] *Ex amplissimo genere*] Ex familia Clodiana patricia transiverat in fa-

Digitized by Google

Cœlius tam[5] conjunctus fuit? Cognatus? affinis? viri tui familiaris? nihil horum. Quid igitur fuit, nisi quædam temeritas ac libido? nonne te,[6] si nostræ imagines viriles[k] non commovebant, ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia,[l] æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa Vestalis[m] Claudia, quæ patrem complexa triumphantem, ab inimico tribuno plebis[n] de curru detrahi passa non est? Cur te fraterna vitia potius, quam bona paterna, et avita, et usque a nobis cum[7] in viris, tum etiam in fœminis repetita, moverunt? Ideone[8] ego pacem Pyrrhi[o] diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires?[p] ideo aquam adduxi,[q] ut ea tu

agnoscunt *cui*.—5 In C *tam* omittitur. Ern. conjecit legend. *tam conj. fuit? Fuit cogn.?*—6 *Non te* e conjectura Ursini dedit Orell. Mox, ψ. *prog. quædam mea, . . . æmula dom. laudis in gl. mul. esse ammonebatur.* Pro *non virgo* C ψ *num virgo.*—7 C H χ *et usque nobiscum.*—8 ψ *Ideo me*, et mox, *am. fœdissimorum quotidie.* Ven. 1480. *quotidiana fœdera quotidie ferires.* Deinde, ψ

NOTÆ

miliam Metellorum, quia Metello Celeri nupserat. Amplissima tum Clodiorum, tum Metellorum familia fuit, cum hoc discrimine; quod Clodii illi patricii, Metelli plebeii fuerint: e gente autem Cæcilia fuerunt Metelli; sic dicti a voce militari, quæ mercenarium significat.

[k] *Nostræ imagines viriles*] Imagines intelligit eorum qui in hac Clodiorum familia claruerunt. Hæ autem imagines in domum aliquando maritorum ab uxoribus transferebantur.

[l] *Illa Claudia* [*Clodia*] Hæc Clodia, quod elegantiori veste indueretur, parum pudica habita est: sed Deæ Cybeles testimonio id falsum deprehensum est, cum illius Clodiæ opera Cybeles simulacrum in urbem delatum est, quod vado Tiberino adhærescens cingulo suo ad littus extraxit.

[m] *Virgo Vestalis*] Hæc Vestalis patrem triumphantem, injussu populi, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare aut interdicere cuiquam tribunorum fas esset. De hac Vestali loquitur Suetonius in Tiberio, et Valer. lib. v.

[n] *Tribuno plebis*] Tribuni plebis intercedere poterant, ne quis triumpharet. Sic apud Livium lib. XXXIX. M. Albutius tribunus plebis M. Fulvii triumpho obstitit.

[o] *Pacem Pyrrhi*] Post devictam a se Italiam, quatuor annos cum Tarentinis bella acerbissima Romani gesserunt, et Pyrrhum regem Epirotarum in auxilium vocaverunt, et pacem cum Tarentinis inire deliberarunt. Sed Appius Cæcus lectica delatus in senatum, magna voce et firmis lateribus eam dissuasit. Vide Ciceronem in Catone.

[p] *Fœdera ferires*] Alludit ad fœderis faciendi verbum, in quo porca feriebatur.

[q] *Aquam adduxi*] Appius ille Cæcus aquam Anienem in urbem induxit

Digitized by Google

inceste[p] uterere? ideo viam munivi,[q] ut eam tu alienis viris comitata celebrares?[r] XV. 35. Sed quid ego, judices, ita gravem personam induxi,[9] ut verear, ne se idem Appius repente convertat, et Cœlium incipiat accusare illa sua gravitate censoria? Sed videro[10] hoc posterius, atque ita, judices, ut vel severissimis disceptatoribus[s] M. Cœlii vitam me probaturum esse confidam.[1] Tu vero, mulier, (jam enim ipse tecum, nulla persona introducta, loquor) si ea, quæ facis, quæ dicis, quæ insimulas,[2] quæ arguis, probare cogitas; rationem tantæ familiaritatis, tantæ consuetudinis, tantæ conjunctionis reddas atque exponas necesse est. Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baias,[t] actas, convivia,[3] comissationes,[u] cantus, symphonias,[x] navigia[y] jactant;[4] iidemque significant, nihil se, te invita,

p *Impure.* q *Frequentares.* r *Accusas.*

aquam deduxi. H χ omittunt *tu.* Postea, H S χ *ut et eam.* Pro *celebrares* Erf. et Pal. 9. *tenebrares.*

CAP. XV. 9 *Introduxi* Mss. nonnulli et edd. Quintil. IX. 2. 60. Pro *ne* T habet *ut*; pro *se* χ ψ *si.* Mox, H *ut Cœlium.*—10 T ψ, Erf. *video.* Tum, in T *ita* deest. *Ut* non agnoscunt C T ψ; et *vel* non est in χ. Paulo post, H *disceptationibus.*—1 T *confundam.* Deinde, C T ψ et edd. ante Car. Steph. *Tu modo mulier.* Postea, ψ *loquar.*—2 Verba *quæ insimulas* absunt a sex Oxonn. Mss. et edd. ante Junt. Post *insimulas* edd. nonnullæ ante Grut. cum Oliv. addunt *quæ moliris*; Grut. et Græv. *quæ in sororem tuam moliris.* Vid. Nott. Varr. Pro *arguis* C H S T χ ψ, Erf. exhibent *argumenta*: et pro *cogitas: rationem* χ *cogita rationes.*—3 *Baias, acta convivia* S χ ψ: *Baiis acta convivia* edd. ante Grut.—4 C *jactas.* Post *iidemque* χ addit *nihil.* In χ

NOTÆ

A. U. C. 442.

r *Viam munivi*] Via hæc Appia ab urbe Roma, sive a porta Capena, ad urbem usque Capuam, eaque strata lapidibus, pertinuit; sed quæ postea a Julio vel Augusto Cæsare Brundisium usque perducta est.

s *Disceptatoribus*] Disceptator appellatur a Cicerone in Partitionibus, qui rei et sententiæ moderator est.

t *Baias*] De his dictum est § 27. not.

u *Comissationes*] Comissationes convivia sunt, et serotinæ compotationes, quæ post cœnam fiunt. Unde Suetonius in Vitellio refert, quod ille epulas trifariam semper, aliquando quadrifariam divideret, in jentacula, prandia, cœnas, et comissationes.

x *Symphonias*] Symphonia, teste Isidoro II. 19. 'modulationis temperamentum est ex gravi et acuto sono concordantibus sonis, sive in voce, sive in flatu, sive in pulsu.'

y *Navigia*] Juxta Baias cives Romani delicati lacus in hortis suis habebant ex aquæductibus derivatos,

Digitized by Google

dicere: quæ tu, quoniam mente, nescio qua, effrænata[t] atque præcipiti,[s] in forum deferri judiciumque voluisti, aut diluas oportet, et falsa esse doceas, aut nihil neque[5] crimini[u] tuo, neque testimonio credendum esse fateare. 36. Sin autem urbanius me agere mavis; sic agam tecum. [p. 45.] Removebo illum senem durum[z] ac pæne agrestem: ex hisque tuis[6] sumam aliquem, ac potissimum minimum fratrem, qui est in isto genere urbanissimus; qui te amat plurimum; qui, propter nescio quam, credo,[7] timiditatem, et nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper pusio cum majore sorore[a] cubitavit. Eum putato[8] tecum loqui: Quid tumultuaris, soror? quid insanis? quid clamore[9] exorsa, verbis parvam rem magnam facis? vicinum adolescentulum[10] aspexisti: candor hujus te, et proceritas, vultus, oculique pepulerunt: sæpius videre voluisti: nonnunquam[1] in iisdem hortis visa nobilis mulier: illum[2] filiumfamilias, patre parco ac tenaci, habere tuis copiis[x] devinctum[3] non potes: calcitrat,[b] respuit, non putat tua dona esse tanti. Confer te alio. Habes hortos ad Tiberim, ac diligenter eo loco præparasti,[4] quo omnis juventus natandi

[t] *Immodesta.* [s] *Iracunda.* [u] *Accusationi.* [x] *Divitiis.*

deest *te.*—5 χ *voluisti, aut diluas oportet, aut nihil neque, &c.* Verba *aut diluas oportet, et falsa esse doceas* non sunt in T.—6 *Ex his igitur tuis* Mss. omnes et edd. ante Ald. cum Grut. Græv. Oliv. Conjecit Ern. *ex his tuis;* unde copulam *que* Orell. uncis inclusit. Deinde, S χ *summam.* In H χ *aliquem* deest. Pro *minimum* χ *nimirum.* Post *fratrem* S et edd. ante Lamb. inserunt *tuum.*—7 In C H χ ψ non legitur *credo.* Pro *timiditatem* C ψ *temeritatem.*—8 χ *puto.*—9 Lamb. *a clamore.*—10 H *adolescentem.* Tum, Gembl. *candor heu te.* Postea, *perpulerunt* Mss. pauci, Ald. Hervag. Oliv. *perculerunt* Lamb. Denique, C *sæpe.*—1 Ante *nonnunquam* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Lamb. Oliv. Lall. Orell. inserunt *fuisti.* Deinde, χ *in iis hortis.*—2 T *et illum.*—3 χ *devictum.*—4 Lamb. e Mss. cum Orell. *parasti.*

NOTÆ

in quibus animi et deliciarum causa natabant; eosque Baias appellabant.

[z] *Senem durum*] Appium illum Clodium censorem intelligit, de quo jam supra.

[a] *Pusio cum sorore*] Incesti Clodiam arguit. Verum pusio parvus puer dicitur, frequentius tamen masculum scortum: antiqui enim 'pusium' et 'pusiam' pro puello et puella dicebant.

[b] *Calcitrat*] Calcitrat, id est, rebellis est: translatio ab equis, qui pedibus feriunt, cum repugnant.

causa venit. Hinc licet conditiones[c] quotidie legas. Cur huic, qui te spernit, molesta es?

XVI. 37. Redeo nunc ad te, Cœli, vicissim, ac mihi auctoritatem patriam severitatemque[5] suscipio: sed dubito, quem patrem potissimum sumam. Cæcilianumne[6][d] aliquem, vehementem atque durum? 'Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor[7] cumulatur ira;' aut illum,[e] . . . 'O infelix, o sceleste!'[f] . . . Ferrei sunt isti patres.[g] . . . 'Egone quid dicam?[h] egone quid velim? quæ[8] tu omnia tuis fœdis factis facis, ut nequicquam[y] velim.' Vix ferenda diceret talis pater: 'cur te in istam vicinitatem[i] meretriciam contulisti? cur illecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? dide ac dissice,[9][k] per me licebit. Si egebis, tibi dolebit:[10] mihi

[y] *Frustra.*

CAP. XVI. 5 C T *patriamque severitatem.*—6 χ *summam: Cecilianumne.* Ante *aliquem* H S χ addunt *an.*—7 C H ψ, Rom. Junt. *nunc enim meum cor.* Beier Offic. t. I. p. 178. conjecit legend. *nunc demum meum.* Verba *nunc meum* in T desunt. Pro *cumulatur* C *tumulatur;* χ *emulatur.* Tum, Lamb. *An illum.* —8 Ante *quæ* H S χ ψ inserunt *Egone?* Mox, χ *ut nequaquam.* T non habet *velim.* Lamb. edidit *Vix ferendi.* *Diceret talis pater.* Pro *talis* H S *ista;* χ *iste.*—9 *Dii Deæ disce* Erf. *de te ac ediscere* Franc. *dede te ac disce* edd. vett. cum Oliv. *dede te ac disjice* Lamb. 1566. *Dide, disjice* Orell. *dede ac disce* Mss. ap. Lamb. qui conjecit legend. *dide ac disce.* Hotomannus suspicabatur *dide ac dissice.* Pro *dide te* T habet *responde;* χ *Dii Deæque;* C T ψ *dide,* sine *te:* et pro *dissice,* quod C H S T omittunt, in χ legitur *addisce;* ψ *disce.* Pro verbis *per me licebit. Is egebis* T *plicebit si egebit.*—10 χ *dole,*

NOTÆ

[c] *Hinc licet conditiones*] Monet ex juvenibus illis, qui quotidie confluunt ad hortos, quos Tiberi vicinos habet, natandi causa, posse sibi aliquem eligere, qui cupiditati ejus serviat.

[d] *Cæcilianumne*] Cæcilius poëta comicus fuit, qui sæpe senes morosos et graves inducit.

[e] *Aut illum*] 'Subauditur, potissimum sumam,' nempe hunc alium qui a poëta plenus iracundia in filium effertur.

[f] *O infelix, o sceleste*] Prosopopœia duri patris et severi Cœlium objurgantis.

[g] *Ferrei sunt isti patres*] Verba Ciceronis sunt ista: ferreos autem vocat, quia nulla benevolentiæ et amoris significatione ducuntur.

[h] *Egone quid dicam*] Verba citat ex poëta Cæcilio desumta.

[i] *Vicinitatem*] Semigrarat a paternis ædibus Cœlius ad Palatinum montem, ubi Clodia habitabat.

[k] *Dide ac dissice* [*disside*] Id est, dissipa ac disperde rem familiarem, per me licebit. Verba sunt poëtæ.

Digitized by Google

sat est, qui,[z] ætatis quod reliquum est, oblectem meæ.'[1] 38. Huic tristi ac directo seni[1] responderet Cœlius, se nulla cupiditate inductum de via decessisse.[2 m] Quid signi? Nulli sumtus, nulla jactura, nulla versura. At fuit fama. Quotusquisque istam[3] effugere potest in tam maledica[4] civitate? Vicinum ejus mulieris miraris male audisse, cujus frater germanus sermones iniquorum[5] effugere non potuit? Leni vero et clementi patri, cujusmodi ille est:[6] ... 'Fores effregit?[n] restituentur: discidit vestem? resarcietur,' Cœlii causa esset expeditissima.[a] Quid enim esset, in quo se non facile defenderet? Nihil jam[7] in istam mulierem dico: sed, si esset aliqua[8 o] dissimilis istius, quæ se omnibus pervulgaret, quæ haberet palam decretum[b] semper aliquem, cujus in hortos, domum, Baias,[9 p] jure suo libidines omnium commearent;[c] quæ etiam aleret

[z] *Quo.* [a] *Optima.* [b] *Certum sibi.* [c] *Congrederentur.*

bunt. Vreba *sat est* non sunt in χ.—1 C T ψ *me.* Mox, *directo* Erf. Pal. 9. Ms. Vict. Mss. Lambini, cum Lamb. Grut. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. *decrepito* ceteri. Tum, Erf. *seniori.*—2 χ *deductum*, et H S χ ψ *de via descivisse.* Pro *signi* C ψ *si igitur;* T *si qui.*—3 Orell. e Taur. recepit *Quotusquisque est, qui istam.*—4 C *maledicta.* Mox, in ψ *miraris* deest.—5 C *inimicorum.*—6 Post *est* C S T ψ addunt *responderet.* Mox, T *vestemne? sarcietur.* Pro *Cœlii* C *filia;* omnes alii Mss. et edd. ante Junt. cum Græv. et Orell. *filii.* Pro vulg. *est* Ern. e conjectura cum Weiske et Schutz. edidit *esset.*—7 H S χ *Nihil enim.*—8 H χ omittunt *aliqua.* Pro *dissimilis* margo Crat. *similis;* et pro *quæ* χ *qui.* Deinde, H S χ *pervulgasset*, et paulo post *discretum;* sic etiam Pal. 2. 3. Gulielmius conjecit *secretum* legend. Garaton.

NOTÆ

[l] *Directo seni* [*decrepito seni*] 'Decrepitus senex,' ut Festus ait, 'est desperatus jam vita; ut crepusculum, extremum diei tempus: sive decrepitus dictus, quia, propter senectutem, nec movere se, nec ullum facere potest crepitum.' Scaliger vero in Conjectaneis senes ait dici decrepitos, translatione petita a lucernis, quæ decrepare dicuntur, cum expirantes crepitum edunt.

[m] *De via decessisse* [*discessisse*] De via discedere, metaphora est a viatoribus, qua significat se non a virtute aberravisse: probat autem, quia nullos sumtus, nullam jacturam bonorum fecit, nec mutuatus est ut debitum aliud dissolveret.

[n] *Fores effregit*] Verba sunt patris lenis erga filium, qualis describitur a Terentio in Adelph.

[o] *Sed si esset aliqua*] Præteritione Clodiæ mores describit.

[p] *Baias*] Baiæ lacus fuerunt in Romanorum hortis.

Digitized by Google

adolescentes, et parsimoniam patrum suis sumtibus sustentaret; si vidua libere,[10] proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret; adulterum[1] ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset?

XVII. 39. Dicet aliquis, Hæc igitur est[2] tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens[3] commendavit et tradidit, ut in amore et voluptatibus[4] adolescentiam suam collocaret; et hanc[5] tu vitam atque hæc studia defenderes? Ego, si qui,[q] judices, hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit, ut respueret omnes voluptates, omnemque vitæ suæ[6] cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret;[d] quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non convivia[7] delectarent; nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude et cum dignitate conjunctum; hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto. [*p.* 46.] Ex hoc genere illos fuisse arbitror, Camillos,[8][r] Fabricios,[s] Curios,[t] omnesque eos, qui hæc ex minimis[u] tanta fecerunt.

[d] *Contereret.*

legi maluit *delectum.*—9 Pantagathus suspicabatur *balneas* legend.—10 χ *libera.*—1 χ ψ *adulterium.*

Cap. XVII. 2 Orell. e Taur. recepit *Hæc est igitur.*—3 Lamb. *parens tibi hunc puerum.*—4 *In amore atque in voluptate* C: *in amore atque in voluptatibus* Erf. Barb. *in amoribus atque in voluptatibus* Lamb. *in amore ac voluptatibus* Ven. 1480. Junt.—5 Orell. e Taur. recepit *et ut hanc.* In H χ deest *tu.* Postea, C ψ *defendes.* Tum, *si quis* T et edd. pleræque ante Grut. Denique, χ *atque indole:* Taur. *atque in hac indole.*—6 Junt. Lamb. *suæ vitæ.* H χ non agnoscunt præpositionem ante *animi.*—7 Taur. *convivium.* Mox, H S χ *cum laude et honore et dignitate.*—8 χ *arbitror cum illo Cam.* In Taur. legitur, *illos*

NOTÆ

[q] *Ego, si qui, &c.*] Optimum vitæ cursum describit.

[r] *Camillos*] Camillus ejectus in exilium a suis, succurrit ingratæ patriæ, cum urbs a Gallis esset occupata, et Capitolium obsessum. Plut. in ejus vita.

[s] *Fabricios*] Fabricius oblatum sibi a Pyrrho aurum repudiavit. Is in tanta paupertate vixit, ut decreto senatus, publicis sumtibus funus ejus curatum sit.

[t] *Curios*] Curius de Samnitibus triumphavit. Quaterna agri jugera populo viritim distribuit, totidem sibi deinde constituit, neminem esse existimans debere, cui non tantum sufficeret.

[u] *Qui hæc ex minimis, &c.*] Hi clari viri gloriam hujus urbis et populi

Digitized by Google

40. Verum hæc genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur. Chartæ quoque, quæ illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt;[9 x] neque solum apud nos, qui hanc sectam[10 y] rationemque vitæ, re magis,[z] quam verbis, secuti sumus, sed etiam apud Græcos, doctissimos homines;[1] quibus, cum facere non possent, loqui tamen,[2] et scribere honeste et magnifice licebat. Alia quædam,[a] mutatis Græciæ temporibus, præcepta extiterunt. 41. Itaque alii voluptatis causa omnia[3] sapientes[b] facere dixerunt; neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt: alii[c] cum voluptate dignitatem conjungendam putaverunt, ut res maxime inter se repugnantes dicendi facultate conjungerent. Illud unum directum iter ad laudem cum labore[4] qui probaverunt, prope jam soli in scholis sunt relicti: multa enim nobis[5] blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniveret:[e 6] et interdum multas vias adolescentiæ lubricas[f] ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi[7] sine casu

[e] *Obruta assentiret.* [f] *Periculosas.*

Fabricios fuisse arbitror, Camillos, Curios. Voc. *eos* non est in H χ, neque *hæc* in H 8 χ ψ.—9 χ, Ald. Manut. Car. Steph. Verburg. *obsoluerunt:* ψ et edd. nonnullæ *absolverunt.*—10 ψ *septam.* Pro *vitæ re* χ *vita:* in Erf. *rationemque vitæ magis quam verba.*—1 ψ non habet *homines.*—2 χ *tum.* Postea, pro *alia* in H *aliqua.*—3 *Omnia* non est in χ.—4 *Ad laudem cum labore directum iter* Ven. 1483. Ald. Naug. Cam. Steph. Lamb. *cum labore ad laudem directum iter* Hervag. Deinde, *prope soli jam* Barb. Ven. 1483. Junt. Naug.—5 In χ deest *nobis.*—6 Edd. Lamb. *conviveret.* Garaton. suspicabatur legend. *conniveret interdum; et multas.*—7 Pro *ingredi* Erf. exhibet *attingere.* Pro *aut,* ante *prolapsione,* Taur. Lamb. et Orell. habent *ac.* Tum, *pro læsione* χ: *pro-*

NOTÆ

Romani tantum extulerunt.

[x] *Obsoleverunt*] Obsoleverunt, id est, ab usu recesserunt, et quasi defecerunt.

[y] *Qui hanc sectam*] Philosophicam nempe.

[z] *Re magis*] Romani factis virtutem professi sunt, at verbis tantum Græci, de qua solum magnifice scripserunt.

[a] *Alia quædam*] Mutatis antiquæ Græciæ temporibus, præcepta quædam, molliora scilicet et accommodata voluptatibus, data sunt.

[b] *Sapientes*] Epicureos philosophos denotat, qui virtutes famulari voluptati volebant.

[c] *Alii*] Stoicos philosophos intelligit, qui omnia ad virtutis normam dirigebant.

aliquo, aut prolapsione vix posset, et multarum rerum jucundissimarum varietatem dedit, qua non modo hæc ætas, sed etiam jam [8] corroborata caperetur. 42. Quamobrem si quem forte inveneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem; huic homini ego fortasse, et pauci, Deos propitios, plerique [9] autem iratos putabunt. XVIII. Ergo hæc deserta via [g] et inculta, atque interclusa [h] jam frondibus [10] et virgultis, relinquatur: detur aliquid ætati: sit adolescentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur: non semper [1] superet vera illa et directa ratio: vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem, dummodo illa in [2] hoc genere præscriptio moderatioque teneatur: parcat juventus pudicitiæ suæ; ne spoliet alienam; ne effundat patrimonium; ne fœnore trucidetur; [3] ne incurrat in alterius domum atque famam; ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne quem vi terreat: [4] ne intersit insidiis; scelere careat: postremo, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atque ad inanes [5] hasce adolescentiæ cupiditates; revocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, rei publicæ: [6] ut ea, quæ ratione antea non perspexerat, satietate abjecisse, experiendo contemsisse videatur.

43. Ac multi, et [7] nostra et patrum majorumque memoria, judices, summi homines, et clarissimi cives fuerunt, quorum

[g] *Ratio vivendi.* [h] *Impedita.*

læsione Erf. Gembl. Pal. 2. 3. 9. et Grut. Copulam ante *multarum* H et Lamb. omittunt.—8 In H et χ deest *jam.* Tum, ψ *caperet.*—9 χ *plerumque.* Deinde, H *putaverunt:* S *putarunt:* χ *putaverim.*

CAP. XVIII. 10 Quidam, teste Orell., conjecit *fruticibus* legend. Mox, in Taur. *detur aliqui ludus ætati.*—1 χ *nam semper.* Mox, *directa via ac ratio* Lamb. 1566. ipso postea improbante.—2 χ omittit præpositionem. Tum, Erf. *perscriptio.*—3 χ *aliena,* et mox *ne fen. trucidet.* Erf. *ne inferiore trucidaretur.* Porro, *ne currat* (χ *incurrat*) *in alterius domum atque fanum* χ et Erf. *ne incurrat in alterius domum ac familiam* e Ms. Memmian. recepit Schutz.—4 *Ne quem interreat* χ et Ms. Gruteri: *ne quem intereat* Pal. 9. *ne quem interimat* edd. vett. Mox, χ *scel. caruerit.*—5 Lamb. *atque inanes.* In T deest *inanes.*—6 Ms. Car. Steph. *reique publicæ.* Tum, χ *qua ratione;* et T, Junt. *prospexerat.*—7 *At multa et* χ: *At multi et* Ven. 1483. Junt. *Ac multi quidem*

Digitized by Google

cum adolescentiæ cupiditates defervissent,[i] [8] eximiæ virtutes, firmata jam ætate, extiterunt. Ex quibus neminem mihi necesse est nominare: vosmet vobiscum recordamini: nolo enim cujusquam fortis[d] atque illustris viri ne minimum[9] quidem erratum cum maxima laude conjungere. Quod si facere vellem, multi a me summi atque ornatissimi viri prædicarentur; quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries,[10] magnitudo æris alieni, sumtus, libidines, nominarentur: quæ multis postea virtutibus obtecta,[k] adolescentiæ, qui vellet, excusatione defenderet. XIX. 44. At vero in[1] M. Cœlio (dicam enim jam confidentius de studiis ejus honestis, quoniam[2] audeo quædam, fretus vestra sapientia, libere confiteri) nulla luxuries reperietur, nulli sumtus,[3] nullum æs alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido:[e] quod quidem vitium ventris et gutturis[4] non modo non minuit ætas hominibus, sed etiam auget. [*p.* 47.] Amores autem, et hæ deliciæ (quæ vocantur), quæ firmiore animo præditis diutius molestæ non solent esse, (mature enim et celeriter deflorescunt) nunquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. 45. Audistis, cum pro se diceret: audistis antea, cum accusaret:[f]

[i] *Refriguissent.* [k] *Obscurata.*

et Lamb.—8 *Deservissent* C T χ: *deferbuissent* H S et edd. vett. pleræque. Deinde, *virtutis* χ, Erf. et edd. ante Ald.—9 Pro *ne minimum* in χ *nemini.*—10 Erf. *luxuria.* Statim, *sumptus libidinis* Erf. et Mss. plerique Gruteriani, cum Lamb. Tum, T *nominantur:* Lamb. *numerarentur.* Pro *quæ* H S χ exhibent *hæc;* et pro *postea* χ *præterea.* Porro, H S *oblecta.* Pro *excusatione* χ habet *virtute.*

Cap. xix. 1 χ præpositionem omittit. In eodem Ms. desunt voces *enim jam.*—2 C H S T χ *quondam.* Pro *quædam,* quod in T deest, χ ψ habent *quodam.* Postea, χ non agnoscit *libere.*—3 C *reperitur;* et H S χ *nullus sumptus.* Mox, pro *lustrorum* in Mss. Lambini legitur *stuprorum.*—4 C T ψ, Erf. Pal. 1. 2. 4. 9. Gembl. Ms. Vict. *gurgitis.* Deinde, H χ *non imminuit ætas;* et C *sed auget,* sine *etiam.* Paulo post, pro *autem* in χ *enim,* et pro *quæ*

NOTÆ

[d] *Cujusquam fortis*] Catulum et Cæsarem forte intelligit, quorum multis vitiis junior ætas inquinata, virili claruerunt.

[e] *Lustrorum libido*] Lustra loca sunt, ubi turpiter ventri et voluptatibus ceteris indulgent.

[f] *Cum accusaret*] Cœlius Polam accusavit, ut jam in orationis argumento dictum est.

Digitized by Google

(defendendi hæc causa,[5] non gloriandi loquor:) genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum, quæ vestra prudentia[6] est, perspexistis. Atque in eo non solum ingenium elucere ejus videbatis; quod sæpe, etiamsi industria non alitur, valet tamen[7] ipsum suis viribus: sed inerat (nisi me propter benevolentiam forte[8] fallebat) ratio, et bonis artibus instituta, et cura et vigiliis elaborata. Atque scitote, judices, eas cupiditates,[s] quæ objiciuntur Cœlio, atque hæc studia, de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse. Fieri enim[9] non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam[10] impeditus, hoc, quicquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo,[1] verum etiam cogitando possit sustinere. 46. An vos aliam causam esse ullam[2] putatis, cur, in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia,[3] tanto honore, tam sint pauci, semperque fuerint, qui in hoc labore versentur? Obterendæ[4] sunt omnes voluptates; relinquenda studia delectationis, judices, ludus, jocus, convivium, sermo est pæne familiarium[5] deserendus: quæ res in hoc genere[6] homines a labore studioque dicendi deterret; non, quo[t] aut ingenia deficiant, aut

[t] *Non quia.*

in C *quo.*—5 C ψ *def. hoc causa.* Tum, ψ, Rom. Ven. 1488. Junt. *eloquor.*—6 χ *quæ vera prud.*, et mox *At in eo.* Pro *in eo* H habet *meum.* Tum, χ *ing. ducere*, et C H S ψ *ejus videbatur.*—7 H *et si ind.* et χ *non aliter, valet tantum.* Pro *sed inerat* T *serrierat ;* Lamb. *sed in eo erat.*—8 In H χ deest *forte.* Tum, H S et edd. ante Grut. *oratio.* Paulo post, Lamb. et Weiske *Atqui scitote.*—9 H χ non habent *enim.*—10 χ *nunquam.*—1 *In dic., quoque modo agendo* C H S T χ ψ, Gembl. Pall. et Ms. Gruteri.—2 In H S χ deest *ullam.*—3 Ald. Crat. Hervag. *gloria.*—4 *Conterendæ* Pal. unus et margo Crat. *Omittendæ* C S ψ et edd. ante Grut. Mox, χ *studia dilectionis.* Mss. plerique et edd. ante Grut. omittunt *judices.*—5 *Sermo etiam pæne omnium fam.* Mss. pauci et edd. ante Lamb. qui dedit *sermo pæne omnis*, omisso *est.*—6 χ *Quare in hoc gen.* Pro verbis *homines a labore studioque dicendi* H S χ habent *labor conficiendi homines a studio.* Garatono suspectum est verbum *dicendi*, pro quo in Barb. et edd.

NOTÆ

[s] *Eas cupiditates*] Voluptates et libidines non possunt esse cum iis studiis quæ ad rhetoricam et eloquentiam pertinent.

Digitized by Google

doctrina puerilis.[h] 47. An hic, si sese isti vitæ dedisset, consularem [7] hominem [i] admodum adolescens in judicium vocavisset? hic, si laborem fugeret, si obstrictus voluptatibus teneretur, in hac acie [k] quotidie versaretur? appeteret inimicitias? [l] in judicium vocaret? subiret periculum capitis? [m] ipso [8] inspectante populo Romano,[n] tot menses aut de salute, aut de gloria dimicaret? XX. Nihil igitur illa vicinitas redolet? [o] nihil hominum fama? nihil Baiæ [p] denique ipsæ loquuntur? Illæ vero non loquuntur solum, verum etiam personant, huc [9] unius mulieris libidinem esse prolapsam,[m] ut ea non modo solitudinem ac tenebras atque hæc flagitiorum integumenta [n] [10] non quærat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate et clarissima luce lætetur.

48. Verum si quis est, qui etiam meretriciis amoribus interdictum juventuti putet; est ille quidem valde severus: negare non possum: sed abhorret non modo ab hujus [1] seculi licentia, verum etiam a majorum consuetudine, atque

[m] *Devenisse.* [n] *Occultationes.*

ante Junt. legitur *discendi.* Tum, Lamb. *non quod aut ing.*—7 ψ *consiliarem.*—8 C T ψ *ipse.* Mox, Lamb. solus *tot jam menses.*

Cap. XX. 9 H S χ ψ *hujus.* Mox, χ *ut non modo,* sine *ea.*—10 H S χ ψ et edd. ante Hervag. *tegumenta.* Pro *non quærat* ψ *quærat;* H S χ *requirat.*

NOTÆ

[h] *Doctrina puerilis*] Per doctrinam puerilem aut ipsas rhetoricæ præceptiones, vel ipsam grammaticam intelligit, quas necesse est a pueritia comparari, ut quis orator evadat.

[i] *Consularem hominem*] M. Antonium, qui Ciceronis in consulatu collega fuit, Cœlius vocavit in judicium.

[k] *In hac acie*] Id est, judiciis et causis forensibus: translatio a gladiatoribus.

[l] *Appeteret inimicitias*] Subibant accusatores potentium inimicitias, cum eos in judicium vocabant.

[m] *Subiret periculum capitis*] Subire capitis periculum dicitur accusator, qui calumniæ periculum subit, nam calumniæ damnatos sequitur infamia.

[n] *Ipso inspectante populo Romano*] In foro habebatur hoc judicium, ubi frequens adesse populus solebat.

[o] *Nihil igitur illa vicinitas redolet*] Id est, non debet venire in suspicionem libidinis Cœlius, cum vicinus Clodiæ in Palatio habitaverit?

[p] *Nihil Baiæ*] Navigationes in hortis cum Clodia.

Digitized by Google

concessis.[*][2] Quando enim hoc factum non est? quando reprehensum? quando non permissum? quando denique fuit, ut, quod licet, non liceret? Hic ego jam rem definiam:[3] mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam.[4][q] 49. Si quæ non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati, palamque sese in meretricia vita collocarit,[5][r] virorum alienissimorum conviviis uti instituerit;[6] si hoc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciet; si denique ita sese geret,[7] non incessu solum, sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis,[8] navigatione, conviviis, ut non solum meretrix, sed etiam procax videatur;[9] cum hac si quis[10] adolescens forte fuerit, utrum hic tibi, L. Herenni,[s] adulter,[1] an amator, expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur? 50. Obliviscor jam injurias, Clodia:[2] depono memoriam doloris mei: quæ abs te[t] crudeliter in meos,[3] me

[*] *Quæ conceduntur.*

—1 χ *ejus.* Pro *seculi,* quod in χ deest, H et S habent *ævi.*—2 Ern. conj. *concessu.* Mox, *non factum est* edd. pleræque ante Grut. cum Orell. *non factitatum* est Lamb. In χ deest negativa particula, sed habet q̄ *non reprehensum.*—3 χ *jam rem non diffiniam:* Hervag. Lamb. *rem jam definiam.*—4 χ *relinquamus.* Tum, edd. pleræque ante Grut. cum Orell. *Si qua.* Postea, C ψ et edd. ante Hervag. *patefaceret.*—5 χ *vitia,* et C T ψ ac edd. ante Hervag. *collocaret.*—6 C T ψ *institueret:* H S χ *decreverit.*—7 H S χ, Schutz. et Orell. *gerat.* Mox, H S χ *solo.*—8 Pro *aquis* Ern. conjecit *actis* legend.—9 *Non solum meretrix procaxque vid.* C H S T χ ψ, Erf. Pall. et edd. ante Junt. *non solum mer. sed etiam proterva procaxque vid.* Pal. 1. *non solum mer. sed etiam proterva meretrix vid.* Ms. Lamb. *non solum mer., sed etiam proterva meretrix procaxque vid.* dedit Orell.—10 C et Orell. *si qui.*—1 In H ψ non legitur *adulter.*—2 Lamb. Orell. *injurias tuas,* et C ψ *Clodiæ:* T *Clodio.*—

NOTÆ

[q] *In medio relinquam*] Unicuique permittit, ut de ea ad arbitrium suum judicet.

[r] *In meretricia vita collocarit*] Nemini mulieri quæstum suo corpore facere licuit, nisi quæ licentiam stupri apud ædiles vulgasset. Vide Tacitum sub fin. lib. II. Ann. Ea autem ipsis conditio imposita fuit, ut jure cederent et dignitate matronarum. Inducit autem exemplum hypotheticum, quo meretricem describit.

[s] *Herenni*] Herennius unus fuit ex accusatoribus Cœlii.

[t] *Quæ abs te*] Familia Ciceronis misere a Clodianis vexata est, cum ipse in exilium abiit. Vide orat. pro Domo, § 59.

Digitized by Google

absente, facta sunt, negligo. [*p.* 48.] Ne sint hæc in te dicta, quæ dixi: sed ex te ipsa requiro, quoniam et crimen accusatores abs te, et testem ejus criminis te ipsam dicunt se[4] habere: si qua mulier sit hujusmodi, qualem ego paulo ante descripsi, tui dissimilis,[5] [u] vita institutoque meretricio; cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse[6] rationis, num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego malo; quid est, quod objiciant[7] Cœlio? sin eam te volunt esse; quid est, cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Quare nobis da viam[8] rationemque defensionis: nam aut pudor tuus defendet, nihil a M. Cœlio petulantius esse factum; aut impudentia et huic et ceteris magnam ad se defendendum facultatem[9] dabit.

XXI. 51. Sed quoniam emersisse jam e vadis,[10] [x] et scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Duo sunt enim crimina,[1] una in muliere, summorum facinorum: auri, quod sumtum a Clodia dicitur; et veneni, quod ejusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cœlium criminantur.[2] Aurum sumsit, ut dicitis, quod L. Lucceii[y] servis daret, per quos[3] Alexandrinus Dio,[z] qui tum apud Lucceium habitabat, necaretur. Magnum crimen vel in legatis insidiandis,[4] vel in servis ad hospitem domini[5] necandum solicitandis; plenum sceleris

3 ψ *in modos.* Mox, χ *Nec sint.*—4 In H χ deest *se.* Verba *ejus criminis* . . . *mulier sit* non sunt in T. Pro *hujusmodi* Junt. et Lamb. habent *ejusmodi.* —5 χ, Erf. et margo Crat. *similis.* Tum, C ψ *meretricioque instituto.*—6 S *habuere:* χ *habere.* Mox, *flagitiosum* C H S T χ, Ven. 1483. Junt. Hervag. —7 C *objiciunt.* Deinde, χ *si ea te vol. esse: quid es: nos crimen, &c.*— 8 χ *veniam.*—9 *Et huic defendendi fac.* C H S T χ, Erf. Barb. et edd. ante Ald. Tum, H S *dedit.*

CAP. XXI. 10 C H S χ *jam evadens.*—1 χ *enim hæc crimina.*—2 χ *criminatur.*—3 H S χ *per quod.*—4 S χ *insidiantis:* Erf. *insidiantes.* Lamb. conjecit *violandis* legend.—5 *Domi* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Grut.—

NOTÆ

[u] *Tui dissimilis*] Ironice loquitur.

[x] *Emersisse e vadis*] Allegoria sumta a navigantibus.

[y] *Lucceii*] Lucceius ille fuit historicus, ad quem extat Ciceronis epistola.

[z] *Alexandrinus Dio*] De hoc dictum est § 23. not.

Digitized by Google

consilium, plenum audaciæ. 52. Quo quidem in crimine primum illud requiram, dixeritne Clodiæ, quam ad rem[6] aurum tum sumeret, an non dixerit. Si non dixit, cur dedit? si dixit, eodem se conscientiæ scelere devinxit.[7] Tune aurum ex armario tuo promere ausa es? tune Venerem illam[a] tuam spoliatricem[b] spoliare ornamentis? Ceterum[8] cum scires, quantum ad facinus aurum hoc quæreretur, ad necem legati,[9] ad L. Lucceii, sanctissimi hominis atque integerrimi, labem sceleris sempiterni;[10] huic facinori tanto tua mens liberalis conscia, tua domus popularis[c] ministra, tua denique hospitalis[d] illa[1] Venus, adjutrix esse non debuit. 53. Vidit hoc Balbus:[2][e] celatam esse Clodiam dixit, atque ita Cœlium ad illam attulisse, se[3] ad ornatum ludorum aurum quærere. Si tam familiaris erat Clodiæ, quam tu esse vis, cum de libidine ejus tam multa dicis; dixit profecto, quo vellet[f] aurum. Si tam familiaris non erat, non dedit. Ita si verum tibi Cœlius dixit, o immoderata mulier! sciens tu aurum ad facinus dedisti: si non est ausus[4] dicere, non dedisti. XXII. Quid ego nunc argumentis huic crimini,[5] quæ sunt innumerabilia,

6 H S χ *ob rem.* Deinde, C *sumerat.* Ernesto atque Garatono suspectum erat *tum.* Weiske conjecit legend. *aurum mutuum sumeret.*—7 C *dejunxit.* Mox, χ *ausus es.*—8 Ms. Vict. *Ceterorum.* Pro *cum* H S χ habent *si.*—9 *Ad necem scilicet legati* C S T et edd. ante Hervag. cum Lamb. Pro *Lucceii* C *Luculli*; T *Lucullum*; ψ *Lucullii.*—10 Steph. Lamb. Weiske e conj. Pantagathi *sempiternam*; et sic volebat Ern.—1 In T deest *illa.*—2 T *hæc*, et χ *Balba.* In Barb. et Ven. 1483. *Balbus: facinori tantum cel.* ceteræ ante Grut. *facinoris tantum cel.*—3 Pro *te,* quod in T deest, ψ habet *sed.* Tum, Mss. Lambini *ornamentum.* Pro *quærere* T *quærendum.*—4 ψ *es ausus.*

CAP. XXII. 5 Verba *Quid* . . . *crimini* non sunt in T. In H S χ *isti cri-*

NOTÆ

[a] *Venerem illam*] Clodia simulacrum Veneris aureum habere dicebatur, quam ut meretrix et impudica mulier colebat.

[b] *Spoliatricem*] Spoliatricem appellat, quia Veneris auxilio multos adolescentes patrimonio Clodia spoliaverat.

[c] *Popularis*] Populare dicitur vel quod commune est populo, vel quod illi gratum est et jucundum.

[d] *Hospitalis*] Propter simulacrum quod in suis ædibus Clodia asservabat, hospitalis dicitur.

[e] *Vidit hoc Balbus*] Balbi testimonium allatum ab accusatoribus irritum facit.

[f] *Quo vellet*] In quem usum aurum illud insumere vellet, Cœlius Clodiæ diceret.

Digitized by Google

resistam? Possum dicere, mores M. Cœlii longissime a tanti sceleris atrocitate esse disjunctos: minime esse credendum, homini tam ingenioso, tamque prudenti, non venisse[6] in mentem, rem tanti sceleris ignotis alienisque servis non esse credendam. Possum etiam, illa[7] et ceterorum patronorum, et mea consuetudine, ab accusatore perquirere, ubi sit congressus[g] cum servis Lucceii Cœlius; qui ei fuerit[8] aditus. Si per se, qua temeritate? si per alium, per quem? Possum omnes latebras suspicionum peragrare[9] dicendo: non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi maleficii spes, non ratio ulla, non vestigium maximi facinoris reperietur.[10] 54. Sed hæc, quæ sunt oratoris[1] propria (quæ mihi, non propter ingenium meum, sed propter hanc exercitationem usumque dicendi, fructum aliquem ferre possent,[2] cum a me ipso laborata proferri viderentur), brevitatis causa, relinquo omnia. Habeo enim, judices, quem vos socium vestræ religionis jurisque jurandi[h] facile esse patiamini,[3] L. Lucceium, sanctissimum hominem, et gravissimum testem; [*p.* 49.] qui tantum facinus in famam[4] atque fortunas suas neque non audisset illatum a Cœlio, neque neglexisset, neque tulisset. An ille vir, illa humanitate[5] præditus, illis studiis, artibus atque doctrina, illius ipsius periculum, quem propter hæc ipsa studia[6][i] dilige-

mini.—6 H χ *numquam venisse.* Pro *rem* χ habet *esse.* Postea, C H S T χ *credendum.*—7 H *illam.* In Erf. deest *ceterorum.*—8 χ *fuerat.* Mox, Pantagathus correxit *sin per alium.*—9 χ *peragere.*—10 H S *reperietis:* χ *reperiretur.*—1 χ *orationis.* Tum, H χ *quæ non propter ing., sed propter hanc exerc. meam.*—2 Ern. e conjectura, cum Weiske et Schutz. *possent:* ceteri *potuissent.* Pro *cum* χ habet *tum.* Deinde, Junt. Lamb. Weiske, Schutz. et Orell. *elaborata*, ut Ant. Augustinus volebat. Denique, χ *proferre.*—3 Edd. ante Grut. *patiemini.*—4 ψ *infamiam.*—5 C *humilitate.* Ante *artibus* Taur. Lamb. et Orell. addunt *illis.*—6 χ *propter hæc studia:* H *propter studia.*

NOTÆ

[g] *Ubi sit congressus*] Excutit omnes circumstantias tum a loco præcipue, et facultate; et falsa esse demonstrat, quæ Cœlio objecta sunt.

[h] *Juris jurandi*] Judices et testes jurabant, se nihil contra justitiam acturos, vel dicturos esse.

[i] *Hæc ipsa studia*] Humanitatis et eloquentiæ studia intelligit.

bat, negligere potuisset? et, quod facinus in alienum hominem[7] illatum severe acciperet,[p] id omisisset curare in hospite? quod per ignotos actum cum[8] comperisset, doleret, id a suis tentatum esse negligeret? quod in agris locisve[9] publicis factum reprehenderet, id in urbe ac suæ domi cœptum esse, leviter ferret? quod in alicujus agrestis periculo non prætermitteret,[10] id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis[k] dissimulandum putaret? 55. Sed cur[1] diutius vos, judices, teneo? ipsius jurati[q] religionem auctoritatemque percipite, atque omnia diligenter testimonii verba cognoscite. Recita testimonium Lucceii.[2] [l] (*Testimonium Lucceii.*) Quid expectatis amplius? an aliam[3] vocem putatis ipsam pro se causam et veritatem posse mittere?[4] Hæc est innocentiæ defensio, hæc ipsius causæ oratio, hæc una vox veritatis. In crimine ipso[5] nulla suspicio est, et in re nihil est argumenti:[r] in negotio, quod actum esse dicitur, nullum vestigium sermonis, loci, temporis: nemo testis, nemo conscius nominatur: totum crimen profertur[6] ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo:[m] domus autem illa,[n] quæ

[p] *Animadverteret.* [q] *Testis.* [r] *Nulla est probatio.*

—7 S *in alieno homine*: H χ *alieno homini*. Mox, Orell. e Taur. recepit *in hospitem*.—8 Pro *cum*, quod in χ deest, Orell. e Taur. et Mss. Lambini edidit *quod*. Deinde, χ et Erf. *competisset*. Postea, Taur. *a suis servis*, et Erf. *temptavit negligere*; unde Græv. delevit *esse*.—9 Taur. *locisque*. Mox, Taur. et Lamb. *domi suæ*. Pro *cœptum* Ern. conjecit *cœptatum* legend. Tum, H S χ, Erf. et al. *leniter*.—10 H S χ ψ *postmitteret*; C *postimeret*, cum asterisco.—1 C non habet *cur*.—2 Erf. *testimonium verba recognoscite*: H et Taur. cum Orell. *Recita test. L. Lucceii*. Voces *verba cognoscite* non sunt in T. In Mss. nonnullis desunt verba *Testimonium Lucceii*, quæ Orell. uncis includit.—3 Ern. e conjectura cum Schutz. *aliam vocem*: ceteri *aliquam vocem*.—4 χ *summittere*.—5 H *illo*. Orell. auctoritate Taur. et H delevit copulam ante voces *in re*. Pro *re* C χ ψ habent *rem*.—6 In H et S deest *profertur*.

NOTÆ

[k] *Doctissimi hominis*] Dio, legatus Alexandrinus, omni eruditione florebat.

[l] *Recita testimonium Lucceii*] Aberat ab hoc judicio Lucceius, sed testimonium suum misit, quod a scriba recitatum est.

[m] *Libidinosa domo*] Loquitur de domo Clodii, ex qua verum testimonium proferri non potest, quia infamis est, et libidinosa.

[n] *Domus autem illa*] Lucceii domus,

Digitized by Google

tentata scelere[o] isto nefario dicitur, plena est integritatis, officii,[7] religionis: ex qua domo recitatur vobis jurejurando devincta auctoritas;[8] ut res minime dubitanda in contentione ponatur, utrum temeraria, procax, irata mulier finxisse crimen, an gravis, sapiens, moderatusque vir religiose testimonium dixisse videatur.

XXIII. 56. Reliquum est igitur crimen de veneno; cujus ego neque principium[9] invenire, neque evolvere exitum possum. Quæ fuit enim causa, quamobrem isti mulieri venenum[10] vellet dare Cœlius? Ne aurum redderet? num petivit? Ne crimen hæreret?[s] num quis objecit? num quis denique fecisset mentionem, si hic nemini[1] nomen detulisset?[p] Quin etiam Herennium dicere audistis, verbo se molestum non futurum fuisse[2] Cœlio, nisi iterum eadem de re, suo familiari absoluto,[q] nomen hic detulisset. Credibile est igitur, tantum facinus nullam ob causam[3] esse commissum? et vos non videtis, fingi sceleris maximi crimen, ut alterius causa sceleris suscipiendi fuisse videatur? 57. Cui denique commisit?[r] quo adjutore usus est? quo

[s] *Accusaretur illius criminis.*

Tum, C T *ex inimici*. Verba *ex libidinosa* absunt a C χ. Statim, H *domus illa:* Erf. *domus enim illa*. In Taur. *quæ templata esse scelere.*—7 Orell. e Taur. recepit *integritatis, dignitatis, officii.*—8 C *dejuncta auct.* Mox, Manut. Steph. Lamb. *dubia, tamen in contentione.*

Cap. XXIII. 9 Taur. *nec princ.* Deinde, C H S T *volvere:* χ ψ *videre.*—10 In T deest *venenum*. Tum, *dare vellet* Taur. qui postea exhibet *ne crimen haberet.*—1 *Nullius* Taur. *neminis* Rom. Ven. 1480. 1483. Mox, ante *Herennium* Lamb. et Orell. addunt prænomen *L.*—2 χ et Taur. omittunt *fuisse*. Mox, Pantagathus correxit *sui familiaris absoluti.*—3 Al. *ob nullam causam.*

NOTÆ

eum plena sit integritatis, inde prolatum testimonium valere debet.

[o] *Scelere*] In illa Lucceii domo dicebatur interfectus fuisse Dio, princeps Alexandrinæ legationis.

[p] *Nomen detulisset*] Deferre nomen, non est proprie accusare; sed apud magistratum et judicem, de aliquo crimine ante accusationem denuntiare, et alium in capitis discrimen rapere.

[q] *Familiari absoluto*] Polam Atratinum intelligit, de quo vide argumentum orationis.

[r] *Cui denique commisit*] Affert Cicero omnes circumstantias, quibus probet Cœlium veneni crimen non admisisse. A personis exorditur, ac a servis Clodiæ, quibus committere tuto illud facinus non potuit, quia liberius in illa domo, plena libidinis, vivebant.

Digitized by Google

socio? quo conscio?[4] cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? Servisne[5] mulieris? sic enim objectum est. Et erat tam demens hic, (cui vos ingenium certe tribuitis,[6] etiamsi cetera inimica oratione detrahitis) ut omnes suas fortunas alienis servis committeret? At quibus servis? refert enim magnopere id ipsum: hisne,[7] quos intelligebat non communi conditione servitutis uti, sed[8] licentius, liberius, familiarius, cum domina vivere? Quis enim hoc non videt, judices? aut quis hoc ignorat,[9] in ejusmodi domo, in qua materfamilias meretricio more vivat, in qua nihil geratur, quod foras[10] proferendum sit, in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia atque flagitia versentur; hic servos non esse servos? quibus omnia committantur? per quos gerantur?[1] qui versentur iisdem in voluptatibus? quibus occulta credantur? ad quos aliquantum[2] etiam ex quotidianis sumtibus ac luxuria redundet? 58. Id igitur Cœlius non videbat? Si enim tam[3] familiaris erat mulieris, quam vos vultis; istos quoque servos familiares esse dominæ sciebat. [*p.* 50.] Sin ei tanta consuetudo, quanta a vobis inducitur, non erat; quæ cum servis potuit familiaritas esse tanta? XXIV. Ipsius autem veneni quæ ratio fingitur? ubi quæsitum est?[a] quemadmodum paratum? quo pacto? cui, quo in loco, traditum? Habuisse aiunt domi, vimque ejus esse expertum in servo quodam, ad rem ipsam[4] parato; cujus per-

—4 H *consilio:* in χ deest. T non habet *cui* ante *salutem.*—5 χ *Servusne.* —6 H S *cui jam vos ing. certe tribuistis.*—7 Lamb. et Orell. *iisne.*—8 Pro *uti sed* C H S T *ut esset;* χ *ut essent.*—9 C H T χ *aut quis ign.* et H *in ejus domo.* —10 *Foras* non est in H et Erf. Tum, χ *prof. non sit.* Pro *lustra* C χ *illustria;* ψ *illustra*, et paulo post *luxurie.* Pro *omnia* C S ψ *somnia;* et pro *inaudita* ψ *in audacia.*—1 Lamb. *per quos omnia ger.* Pro *qui* in S T *quæ.* Deinde, T *versantur iisdem volupt.*—2 H S *aliquantulum.* Mox, *luxurie* H S χ ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. et Orell. Verba, *ad quos aliquantum . . . . redundet* in C desunt.—3 C χ *jam:* T omittit.

CAP. XXIV. 4 Schutzius e conjectura Ernesti recepit *ad rem istam.* Mox,

NOTÆ

[a] *Ubi quæsitum est*] Probat non parasse Cœlium venenum, a circumstantiis loci et auxiliorum.

celeri interitu[t] esse ab hoc comprobatum venenum. 59. Pro Dii immortales![5 1] cur interdum in hominum sceleribus maximis aut connivetis, aut præsentis fraudis pœnas in diem reservatis? Vidi enim, vidi, et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur[u] e sinu gremioque patriæ,[6] cumque ille vir, qui se natum huic imperio putavit, tertio die post, quam in curia, quam in Rostris, quam in republica[7] floruisset, integerrima ætate, optimo habitu,[w] maximis viribus, eriperetur indignissime bonis omnibus, atque universæ civitati. Quo quidem tempore ille, moriens, cum jam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam reipublicæ reservabat;[8] cum me intuens flentem significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella urbi,[9] quanta tempestas civitati: et cum parietem sæpe feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebro Catulum, sæpe me, sæpissime rempublicam[10] nominabat; ut non tam, se emori, quam spoliari suo præsidio cum patriam, tum[1] etiam me, doleret. 60. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset; quonam modo ille furenti fratri suo patrueli[x] consularis restitisset,

[t] *Morte subita.* [w] *Optima sanitate.*

Erf. *cujus per sceleris interitum*, et ψ *esset.*—5 C T *Proh, o Dii imm.* Erf. *Per Deos imm.* Mox, in H deest *aut* ante *connivetis.* Tum, ψ *præsentibus*, et χ ψ *pœnam.* In Mss. ap. Garaton. legitur, *O Dii imm., cur in max. sceleribus aut connivetis interdum, aut præsentis, &c.* In ed. Maii Rom. omittuntur verba *cur interdum ... aut connivetis.*—6 H S χ *extraheretur*; et C T χ ψ *e sinu, e gremioque patriæ.*—7 Edd. vett. nonnullæ, *quam in curia, in rostris, in rep.*—8 *Revocabat* ediderunt Lall. et Schutz. e Ms. ap. Philipp. Rubenium Elect. l. IX.—9 Quidam ap. eundem l. XII. *sibi*, unde ipse conjecit *urbi* legend. Ante *cum parietem* H S inserunt *vidi.*—10 ψ *resp.*—1 C *tum patriam, cum.*—

NOTÆ

[s] *Pro Dii immortales*] Vehementi exclamatione a proposito digressus in Clodiam invehitur, quæ audeat veneni Cœlium insimulare, cum ipsa venerit in suspicionem veneno maritum sustulisse; cujus ipse laudes mire prosequitur.

[u] *Metellus abstraheretur*] Propter Metellum sublatum ab uxore Clodia, ipsa dicta est Clytæmnestra, ut ait Fabius VIII. 6. quod ut illa ferro virum suum Agamemnonem, sic ista Metellum veneno interfecerit.

[x] *Fratri suo patrueli*] Significat Q.

Digitized by Google

qui consul[x] incipientem furere atque conantem, sua se manu interfecturum, audiente senatu, dixerit?[3] Ex hac igitur domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? Nonne ipsam[4] domum metuet, ne quam vocem eliciat? non parietes conscios, non noctem illam[5] funestam ac luctuosam perhorrescet? Sed revertar ad crimen: etenim[6] hæc facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit et mentem dolore[7] impedivit.

XXV. 61. Sed tamen venenum unde fuerit,[y] quemadmodum paratum sit, non dicitur. Datum esse hoc aiunt P. Licinio, pudenti[*][8] adolescenti et bono, Cœlii familiari: constitutum factum[9] esse cum servis,[z] ut venirent ad balneas Senias:[10][a] eodem Licinium esse venturum, atque iis[1] veneni pyxidem[b] traditurum. Hic primum illud requiro; quid attinuerit[2] illud ferri in eum locum [constitutum];

[*] *Verecundo.*

2 Mss. nonnulli et edd. vett. *consulari rest., qui consulem;* unde vir quidam ap. Lamb. suspicabatur legend. *consularis rest., qui consule.*—3 H S χ *dixit.*—4 Orell. e conjectura Garatoni recepit *Non ipsam.* Mox, Mss. pauci cum Schutz. *ejiciat.* Ms. ap. Lamb. *eliciet.* Weiske conjecit legend. *ipsa domo . . . eliciat.*—5 H S χ *aliam.* Tum, T *perhorresceret.*—6 T *Si enim:* omnes alii Mss. et edd. ante Grut. cum Weiske et Orell. *Sed enim.*—7 ψ *fictu debil.* et Ms. ap. Græv. *mentis dol.*

CAP. XXV. 8 T *prudenti.*—9 Hervag. et Lamb. omittunt *factum.* In Erf. deest *cum.*—10 *Senas* H χ: *Xenias* edd. ante Grut. cum Oliv.—1 C *his:* H S χ *eidem.* Tum, χ *pyssidem.*—2 χ *quod att.* In C T, Barb. et Ms. Car. Steph. deest *illud.* Pro *ferri* Mss. plerique et edd. vett. paucæ habent *fieri.* Schutzius de sententia Ernesti delevit *constitutum.* Postea, H S χ omittunt

NOTÆ

Cæcilium Metellum Nepotem consularem; nam is consul cum P. Cornelio Lentulo fuit A. U. C. 697. 'Patrueles fratres vel sorores sunt,' ait Caius, 'qui quæve ex duobus fratribus progenerantur.'

[y] *Unde fuerit*] Unde sit sumtum illud venenum, dici non potest.

[z] *Constitutum cum servis*] Verbum istud 'constitutum' est verbum juris, cum et dies et locus inter quosdam præstitutus est, in quem conveniant.

[a] *Balneas Senias* [*Xenias*] Balneæ Xeniæ solis peregrinis concedebantur. Xeniæ autem quasi hospitales dictæ sunt.

[b] *Pyxidem*] Pyxis vasculum est, in quo unguenta, et res ejusmodi, asservabantur; ἀπὸ τῆς πύξου, hoc est *buxo*, sic dicta, quod primum ex illa arbore pyxides confectæ sint.

Digitized by Google

cur illi servi non ad Cœlium domum venerint.[3] Si manebat[y] tanta illa consuetudo Cœlii cum Clodia, tantaque familiaritas, quid suspicionis esset, si apud Cœlium mulieris servus visus esset? Sin autem jam[4] suberat simultas, exstincta erat consuetudo, discidium extiterat; hinc illæ lacrymæ[c] nimirum, et hæc causa est horum[5] omnium scelerum atque criminum. 62. Immo, inquit, cum servi ad dominam rem istam, et maleficium Cœlii detulissent, mulier ingeniosa præcepit suis, ut[6] omnia Cœlio pollicerentur:[d] sed, ut venenum, cum a Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset, constitui locum[7] jussit, balneas Senias, ut eo mitteret amicos, qui delitescerent; deinde[8] repente, cum venisset Licinius, ut venenum traderet, prosilirent, hominemque comprehenderent. XXVI. Quæ quidem omnia, judices, perfacilem rationem habent reprehendendi.[z] Cur enim balneas publicas potissimum[9] constituerat? in quibus non invenio, quæ latebra togatis hominibus[e] esse possit. Nam si essent in vestibulo[f] balnearum; non la-

[y] *Erat.* [z] *Possunt facile refutari.*

servi: H χ *non* quoque carent.—3 C *venerunt:* χ et Erf. *venirent:* H *non venirent. Si manebant tanta, &c.* Pro *consuetudo Cœlii* χ habet *familiaritas.* In Erf. Rom. Ven. 1483. Naug. Cam. legitur, *Si manebat tanta illa cons. Cœlii, tanta famil. cum Clodia.* Deinde, Erf. *quid suspicio non esset.*—4 C ψ, Erf. Barb. Ven. 1480. Junt. et Orell. *jamjam.*—5 In T deest *horum.*—6 C T χ ψ carent *ut* ante *omnia.* Tum, in T *pollicerent.* Porro, H et Erf. *sed venenum:* Car. Steph. et Lamb. *et ut ven.* Paulo post, H S χ *ut manifesto.*—7 Schutzius de suspicione Ernesti delevit *locum.* 'Cur non potius del. *balneas Senias?*' Garaton.—8 Lamb. e Mss. recepit *dein,* et mox *venenumque.* Sex Oxonn. Mss. et edd. ante Hervag. cum Orell. omittunt *ut* ante *venenum.* Tum, in T legitur *traderent.*

CAP. XXVI. 9 Junt. Lamb. *potiss. baln. publ.* Postea, ψ et Lamb. *posset:* H

NOTÆ

[c] *Hinc illæ lacrymæ*] Causam aperit unde ita exarserit in Cœlium Clodia; ut adduceret eum in suspicionem veneni, quod nempe ab illa recesserat.

[d] *Omnia Cœlio pollicerentur*] Voluit Clodia ut servi pollicerentur Cœlio suam operam, ad dominam suam Clodiam interficiendam.

[e] *Togatis hominibus*] Qui toga vestiuntur.

[f] *In vestibulo*] Vestibulum non erat in ipsis ædibus, nec pars ædium; sed locus ante januam vacuus, areaque, per quam a via publica accessus erat ad ædes. Hic autem locus erat statio salutatorum.

Digitized by Google

terent: sin se in intimum conjicere vellent; [*p.* 51.] nec satis commode, calceati et vestiti id facere possent; et fortasse non reciperentur: [10] nisi forte mulier potens quadrantaria[g] illa permutatione[1] familiaris facta erat balneatori. 63. Atque equidem vehementer expectabam, quinam[2] isti viri boni,[h] testes hujus manifesto deprehensi veneni dicerentur: nulli enim sunt adhuc nominati: sed non dubito, quin sint pergraves,[i] qui primum sint talis fœminæ[3] familiares; deinde eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur:[a][4] quod illa, nisi a viris honestissimis[k] ac plenissimis dignitatis, quam velit, sit potens,[b] nunquam impetravisset. Sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? virtutem eorum diligentiamque cognoscite. In balneis delituerunt. Testes egregios! deinde[5] temere prosiluerunt. Homines gravitati deditos! sic enim fingunt, cum Licinius venisset,[6] pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tum[7] repente evolasse[l] istos præclaros testes sine nomine: Licinium[8] autem, cum jam

[a] *Conjicerentur.*
[b] *Quantamcunque habeat potestatem.*

S T χ *latebræ* ... *possent.* Pro *Nam* C habet *Non.*—10 C *reciperetur.*—1 C *permustatione:* T *permisticatione:* Pantag. correxit *pensitatione*, quod postea mutavit in *permulsatione.* Tum, T *facta erit baln.* et Erf. *Atque quidem vehementer.*—2 C H ψ *quidnam*, et paulo post C *dicerent.*—3 C T *tali feminæ.*—4 Ms. Lamb. *conducerentur.* Mox 'Erf. *quam velint, potens.* Forte, *quamvis potens.*' Græv.—5 Lamb. e Mss. *Dein.* Tum, χ *persiluerunt:* al. *prosilierunt.* Pro *gravitati deditos* Ms. Vict. et Car. Steph. habent *temperantes;* unde Lamb. conjecit *intemperantes.*—6 C *Licinium*, et H *veniret.*—7 In C T ψ deest *tum.*—8 Post *Licinium* H χ addunt *hunc.* Mox, χ et Erf. *ad trahendam pyx.* Manut. *ad transdendum pyx.* Lall.

NOTÆ

[g] *Quadrantaria*] Teste Plutarcho in Cicerone, Clodia Quadrantaria appellata fuit, a quadrante, exiguo numismate, quod adolescens quidam, qui eam deperibat, pro aureis nummis in loculos ejus conjecerat. Quadrans autem quartam partem assis valebat; quod monetæ pretium ab ingredientibus balneum balneatori seu balnearum magistro persolvebatur. Quadrantariam autem hic Clodiam appellavit per contemtum, ut turpe familiaritatis ejus cum balneatore commercium ostenderet.

[h] *Isti viri boni*] Ironia.

[i] *Sint pergraves*] Ironia.

[k] *Honestissimis*] Perseverat in ironia.

[l] *Evolasse*] Id est, ex insidiis apparuisse.

Digitized by Google

manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse, atque illo repentino hominum[9] impetu se in fugam conjecisse. O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facile se per se ipsa[10] defendat! XXVII. 64. Verum[1] hæc tota fabella[m] veteris et plurimarum fabularum poëtriæ,[n] quam est sine argumento! quam nullum invenire exitum potest! Quid enim isti tot viri?[2] (nam necesse est[3] fuisse non paucos, ut et comprehendi Licinius facile posset, et res multorum oculis esset testatior) cur Licinium de manibus amiserunt?[4] qui minus enim Licinius comprehendi potuit, cum se retraxit, ne pyxidem traderet,[5] quam si non retraxisset?[6] erant enim illi positi, ut comprehenderent Licinium; ut manifesto Licinius teneretur,[7] aut cum retineret venenum, aut cum tradidisset. Hoc fuit totum consilium mulieris, hæc istorum provincia, qui rogati sunt:[o] quos quidem tu quamobrem temere prosiluisse dicas, atque ante tempus, non reperio.[8] Fuerant hoc rogati: fuerant ad hanc rem collocati, ut venenum, ut insidiæ, facinus denique ipsum ut manifesto[9] comprehenderetur. 65. Potueruntne meliori[c] tempore prosilire, quam cum Licinius venisset?

[c] *Commodiori.*

et al. *ad tradendam pyx.*—9 C H S T χ, Junt. *omnium.*—10 Edd. pleræque *per se ipsam.* Weiske dedit *facile per se ipsam defendat verum! Hæc, &c.*

CAP. XXVII. 1 Pro *Verum* C S T *Velut;* χ *Ut:* in H deest. Mox, C H T ψ *poëtria.*—2 Lamb. Garaton. Schutz. et Orell. sic distinguunt, *Quid enim? isti tot viri.*—3 In χ non legitur *est.*—4 *Cur Lic. amiserunt* Erf. *cur Lic. manibus emis.* Franc. *cur Lic. manibus amiserunt* ed. pr. Mox, pro *enim*, quod in T deest, H S habent *hic;* χ *hæc.*—5 ψ *traheret.*—6 Erf. Franc. Ms. Paris. cum Græv. Lall. et Orell. *quam si tradidisset.* H S χ quoque omittunt negativam particulam. Pro *quam si non* C habet *quasi*, et pro *retraxisset* χ *tradidisset;* H S χ et ed. Med. *extraxisset.* Ceteri ut Ern.—7 ψ *traderetur.*—8 C T ψ, Barb. Rom. Ven. 1480. 1488. Junt. Ald. *invenio.* Pro *Fuerant* Mss. nonnulli *Fuerunt.* Ante *hoc* nonnulli addunt *ad.* Pro *hoc* S χ habent *enim.* Tum, C H S T *fuerunt.*—9 T *manifeste.* Mox, H χ *Potuerunt*, et C T ψ

NOTÆ

[m] *Verum hæc tota fabella*] Aggreditur jam ostendere quam inique superior illa narratio conficta sit.

[n] *Poëtriæ*] Clodiam poëtriam appellat, quæ sæpe in mendaciis fingendis versata est.

[o] *Qui rogati sunt*] A Clodia videlicet rogati sunt.

cum in manu teneret veneni pyxidem? quæ si cum[10] jam erat tradita servis, evasissent subito ex balneis mulieris amici, Liciniumque comprehendissent; imploraret hominum[1] fidem, atque a se illam pyxidem traditam pernegaret. Quem quomodo illi reprehenderent?[2] [p] vidisse se dicerent? primum ad se revocarent maximi facinoris crimen:[d] deinde id se vidisse[3] dicerent, quod, quo loco collocati fuerant,[e] non potuissent videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt,[4] cum[f] Licinius venisset, pyxidem expediret, manum porrigeret, venenum traderet.[5] Mimi[q] ergo est jam exitus, non fabulæ:[g] in quo cum clausula non invenitur,[6] [r] fugit aliquis e manibus: deinde scabilla[7] concrepant,[s] aulæum tollitur.[t] XXVIII. 66. Quæro enim, cur Licinium titubantem, hæsitantem,[8] cedentem, fugere conantem, mulieraria manus[u] ista de manibus emiserit: cur non comprehende-

[d] *Facerent se reos illius maximi facinoris.* [e] *Ex loco quo positi fuissent.* [f] *Quo.* [g] *Comœdiæ.*

meliori magis tempore.—10 C H S T ψ non habent *cum*. Mox, in C deest *evasissent*. Schützius e conjectura Ernesti dedit *qui si cum jam . . . ex balneis, Liciniumque*, deletis vocibus *mulieris amici*.—1 C H S T χ, Erf. Franc. ed. pr. *omnium*.—2 H χ et Erf. *comprehenderent*.—3 H S χ ψ *deinde ipsi vidisse;* sic etiam Erf. qui post *vidisse* addit *se*.—4 C H S ψ *ostenderent*.—5 Pro *traderet* H χ *daret*. Tum, H *Mimmi:* T *Nummi*. Pro *jam* in C ψ legitur *etiam*.—6 C ψ *inveniretur*.—7 Al. *scabella concr.* T *scabella non concr.* Deinde, H S χ *aulæa tolluntur*.

NOTÆ

[p] *Quomodo illi reprehenderent*] Id est, quomodo eum dedisse hanc pyxidem veneno plenam arguerent?

[q] *Mimi*] Sumitur 'mimus' pro actione histrionica, turpissimorum facinorum imitatrice. Unde Ovidius, 'Scribere si fas est imitantes turpia mimos.' Horum autem nulla erat clausula, ut in comœdiis, sed abrumpi strepitu et tumultu aliquo solebant.

[r] *Clausula non invenitur*] Clausula finis est et conclusio alicujus materiæ. Ita Cicero in Philipp. XIII. 'Veniamus aliquando ad clausulam.'

[s] *Scabilla concrepant*] Id est, scabilla, in quibus sedent spectatores, pulsantur. Putant alii cum Salmasio scabillum fuisse ligneum instrumentum scabilli instar, quod ab histrionibus ad numerum pede pulsabatur, cum solea lignea vel ferrea, ut major crepitus ederetur.

[t] *Aulæum tollitur*] Aulæa tapetia erant, quibus scenæ ornabantur.

[u] *Mulieraria manus*] Designat istam mollem et effœminatam amicorum Clodiæ catervam.

Digitized by Google

rint:[9] cur non ipsius confessione, multorum oculis, facinoris denique voce, tanti sceleris crimen expresserint?[h] an timebant, ne[10] tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?

Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa, nullus exitus criminis reperitur.[1] Itaque hæc causa, ab argumentis, a conjectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est. Quos quidem ego testes,[2] judices, non modo sine ullo timore, sed etiam cum aliqua spe delectationis[3] expecto. 67. Prægestit animus[x] jam videre, primum lautos[i] juvenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares: deinde fortes[y] viros, ab imperatrice[z] in insidiis atque in præsidio balnearum locatos:[4] [p. 52.] ex quibus requiram, quonam modo latuerint, aut ubi; alveusne ille,[a] an equus Trojanus[b] fuerit, qui tot invictos viros, muliebre bellum[c] gerentes, tulerit ac texerit. Illud vero respondere cogam, cur tot viri ac tales, hunc et unum, et tam imbecillum, quam videtis,[5] non aut stantem comprehenderint, aut fugientem consecuti sint: qui se[6] nunquam

[h] *Extorserint.* [i] *Elegantes.*

CAP. XXVIII. 8 ψ *exitantem.* Mox, H S χ ψ *muliebria.*—9 Erf. *prehenderint.* Lamb. *comprehenderit . . . expresserit.* Deinde, *confessionem* C H S T χ, Ven. 1483. Hervag.—10 H χ carent *ne.*—1 Ern. e conjectura, cum Schutz. *reperitur:* ceteri *reperietur.*—2 H χ *deducta est*; et ψ *Quos quidem ego vidi testis.*—3 ψ *delectionis.*—4 H S χ *collocatos.* Mox, Taur. *quemadmodum latuerint.*—5 C T ψ *quem vid.*—6 H S χ carent *se.* Mox, Taur. Junt. Lamb. *in*

NOTÆ

[x] *Prægestit animus*] 'Gestire' est gestus edere, qui animi affectum indicent.

[y] *Fortes*] Ironia.

[z] *Imperatrice*] Clodiam imperatricem vocat, quia ubique servos disposuerat.

[a] *Alveusne ille*] Alveus locus est concavus, per quem rivi et flumina profluunt. Hic tamen videtur intelligi labrum balnearum.

[b] *Equus Trojanus*] Cum Græci urbem Trojam capere non possent, Epeus equum ligneum ingenti magnitudine confecit, qui fraude Sinonis in urbem invectus est; unde eo inclusi Græci erumpentes, urbem ceperunt. Vide Æneid. l. II. Ridet hic Cicero consilium adversariorum, qui ita se abdiderunt, ut Licinium comprehenderent.

[c] *Muliebre bellum*] Respicit iterum ad Græcos, qui propter raptam Helenam, bellum Trojanis intulere.

Digitized by Google

profecto, si istum in locum processerint, explicabunt; quam volent in conviviis[7] faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti, sint. Alia fori[8] vis est, alia triclinii;[d] alia subselliorum[e] ratio, alia lectorum; non idem judicum comessatorumque conspectus:[9] lux denique longe alia est solis,[f] et[10] lychnorum. Quamobrem excutiemus[h] omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. Sed, si me audiant,[1] navent aliam operam,[g] aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent: vigeant[2] apud istam mulierem venustate:[l] dominentur sumtibus:[h] hæreant, jaceant,[i] deserviant:[3] capiti vero innocentis et fortunis parcant.

XXIX. 68. At sunt servi[4][k] illi, de cognatorum sententia, nobilissimorum et clarissimorum hominum, manumissi.[1] Tandem aliquid invenimus,[5] quod ista mulier, de

[h] *Scrutabimur.* [l] *Gratiosi sint isti mulieri.*

istum locum.—7 Erf. *quam in conv.* Taur. *quamvis in conv.*—8 C *foris*, et mox *triclivii.*—9 Junt. *consessus.*—10 Pro *et*, Taur. Lamb. Orell. habent *ac;* H χ *alia.*—1 *Sed me aud.* C T ψ: *Sed aud.* H χ: *Si me aud.* Erf.—2 Pro *vigeant* χ *audeant;* et pro *venustate* H S χ *venuste.*—3 Lamb. *adjaceant*, et H S χ ac edd. vett. *serviant.* Mox, Taur. et Ms. Car. Steph. *fortunisque.*

NOTÆ

[d] *Triclinii*] Triclinium cœnaculum est, a tribus lectis, qui sternebantur, nuncupatum. Veteres enim illi, qui jacendo cœnabant, tres mensas seu lectos adhibebant.

[e] *Subselliorum*] Subsellia hic pro judiciis ponuntur, quia judices in aliis, in aliis rei, in aliis patroni et oratores sedebant.

[f] *Lux alia solis*] Judicia exercebantur sub dio in rostris. Contra vero convivia in cœnaculis ad faces celebrabantur.

[g] *Navent aliam operam*] Alterius sibi quam Clodiæ gratiam mercari debent; aut in rebus aliis amicitiam sibi Clodiæ conciliare.

[h] *Dominentur sumtibus*] Id est, ejus gratiam sumtibus et muneribus aucupentur.

[i] *Hæreant, jaceant*] Eam semper comitentur, eique assideant ubique.

[k] *At sunt servi, &c.*] Occurrit objectioni Cicero, nempe auctoritate et consilio cognatorum Clodiæ, in fidei suæ mercedem, a domina manumissos fuisse.

[l] *Manumissi*] Non licebat mulieribus servos manumittere apud Romanos sine cognatorum sententia. Manumissi autem fuerant, ne de iis quæstio haberetur, quia liberi apud Romanos non torquebantur, ut ex Cicerone patet in Partitionibus.

Digitized by Google

suorum propinquorum, fortissimorum virorum, sententia atque auctoritate, fecisse dicatur.[6] Sed scire cupio, quid habeat argumenti[m] ista manumissio; in qua aut crimen est Cœlio quæsitum,[n] aut quæstio sublevata,[7] [m] aut multarum rerum consciis servis cum causa[o] præmium persolutum. At propinquis placuit.[8] Cur non placeret, cum rem tute[9] [p] ad eos, non ab aliis tibi allatam, sed a te ipsa compertam,[10] deferre diceres? 69. Hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem obscœnissima sit fabula[n] consecuta? nihil est, quod in ejusmodi mulierem non cadere[1] videatur. Audita et percelebrata sermonibus res est. Percipitis animis, judices, jamdudum, quid velim, vel potius, quid[2] nolim dicere: quod etiamsi est factum, certe a Cœlio[3] non est factum. Quid enim attinebat? Est enim ab aliquo[4] fortasse adolescente, non tam insulso,[q] quam non verecundo. Sin autem est fictum; non illud quidem molestum, sed tamen est non inficetum mendacium: quod profecto nunquam hominum sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur.

[m] *Quid probet.* [n] *Conflatum.* [o] *Ratione.* [p] *Tu ipsa.* [q] *Stolido.*

Cap. xxix. 4 C *Assunt servi.*—5 T et edd. ante Grut. *inveniemus.*—6 Pro *dicatur* in H S T χ ψ, Grut. Græv. Oliv. est *videatur.*—7 Taur. et Ms. Paris. cum Lamb. Lall. Schutz. et Orell. *sublata.*—8 Taur. *At prop.*, *inquit*, *plac.*—9 Pro *rem tute* C T et Taur. habent *tu rem te;* ψ *tu rem quæ tu.* Deinde, H S *ab aliis non ad eos.* Pro *aliis* in χ *illis.* Postea, H *illatam.*—10 H *ipso*, et χ *comperatam.* Mox, pro *si illam* Erf. *Sullam.*—1 Erf. *mul. cadere*, sine negativa particula. Post *Audita* C S ψ et edd. ante Grut. inserunt voces *et pervulgata.* In T desunt verba *Nihil est, quod . . . sermonibus res est.*—2 H *quod.* In T non leguntur verba *vel potius quid nolim.*—3 χ *certe quidem a Cœlio.* T non habet *certe.* Postea, *factum* abest a C T ψ et Barb. —4 Schutzius e conjectura Ernesti dedit *Sed ab aliquo.* Garaton. *enim* deleri voluit. Mox, C χ *quam verecundo.* Pro verbis *Sin autem est fictum* H S χ ψ *Sed hoc si non est factum.* Tum, S *sed illud quidem;* et C H S T ψ ac edd. ante Grut. cum Oliv. et Orell. *modestum.* Paulo post, C H S, Erf. et

NOTÆ

[m] *Aut quæstio sublevata*] Tormenta servis ademta sunt, quæ ipsis in quæstione infligebantur.

[n] *Obscœnissima fabula*] Ex illa pyxide rumores sparsi sunt, de turpissima vita illius mulieris.

Digitized by Google

70. Dicta[r] est a me causa, judices, et perorata. Jam intelligitis,[5] quantum judicium sustineatis, quanta res sit commissa vobis. De vi quæritis: quæ lex ad imperium, ad majestatem, ad statum patriæ, ad salutem omnium pertinet: quam legem[o] Q. Catulus armata dissensione[6] civium, reipublicæ pæne extremis temporibus tulit:[7] quæque lex, sedata illa flamma consulatus mei,[p] fumantis reliquias conjurationis exstinxit. Hac enim[8] lege Cœlii adolescentia non ad reipublicæ pœnas,[q] sed ad mulieris libidines et delicias[9] deposcitur. XXX. 71. Atque hoc etiam loco M. Camurti[10] et C. Eserni damnatio[r] prædicatur. O stultitiamne dicam,[1] an impudentiam singularem! Audetisne, cum ab ea muliere veniatis, facere istorum hominum mentionem? audetisne excitare tanti flagitii memoriam, non exstinctam illam quidem, sed repressam vetustate?[2] Quo enim illi crimine peccatoque perierunt? nempe, quod ejusdem mulieris dolorem et injuriam Vettiano nefario sunt[3] stupro persecuti.[s] [p. 53.] Ergo, ut audiretur Vettii nomen in causa, ut illa vetus Afrania[4] fabula refricaretur,[t] idcirco Camurti et

[r] *Defensa.* [s] *Ulti sunt violata pudicitia Vettii.*

edd. ante Grut. *infacetum.*—5 Erf. *intelligetis.* Verba *De vi quæritis* usque ad finem orationis non leguntur in C T.—6 Ms. Vict. *discessione.*—7 *Retulit* recepit Schutzius e conjectura Pighii Annal. t. III. p. 228.—8 χ ψ et edd. ante Naug. cum Orell. omittunt *enim.*—9 In Ms. Lambini *ad mulieris libidinosas delicias.*

CAP. XXX. 10 Schutz. et Orell. *Camurtii:* Garaton. conjecit *Camurii* legend. Tum, *Cerseni* H S χ ψ: *Ceserni* Erf. et edd. vett. *C. Æsernii* Schutz. *C. Cæsernii* edidit Orell. quia infra Ms. Ambrosian. exhibet *Cæserni.*—1 χ et edd. vett. *O stultitiam! stultitiamne dicam.*—2 χ *vetustatem.* Deinde, pro *perierunt* ψ *interierunt.*—3 Lamb. *sunt nefario.*—4 *Afraria* H S χ, Erf. Gembl.

NOTÆ

[o] *Quam legem*] De ista lege dictum est initio hujus orationis, § 1. not.

[p] *Sedata flamma consulatus mei*] Catilina, Cicerone consule, statuerat urbem ferro flammaque delere.

[q] *Non ad reipublicæ pœnas*] Cœlius lege Plautia reus non est; sed reus est, quia effrænatæ mulieris libidini satisfacere noluit.

[r] *Camurti et C. Eserni damnatio* [*Ceserni damnatio*] Videntur hi damnati, quod ex iis fuerint, qui legatos Alexandrinos interfecere, ut placet Hotomanno. Sed aliis videtur fuisse damnatos, quod Vettio cuidam adolescenti vim intulissent, ut Clodiæ facerent

Digitized by Google

Eserni causa est renovata? qui quanquam lege de vi certe non tenebantur,[t] eo maleficio tamen erant implicati,[s] ut ex nullius legis laqueis emittendi viderentur. 72. M. vero Cœlius cur in hoc judicium vocatur?[6] cui neque proprium quæstionis crimen objicitur, nec vero aliquid ejusmodi, quod sit a lege sejunctum,[t] et cum vestra severitate conjunctum: cujus prima ætas dedita disciplinis fuit, iisque artibus, quibus instruimur ad hunc usum forensem, ad capessendam[u] rempublicam, ad honorem, gloriam, dignitatem: iis[7] autem fuit amicitiis majorum natu,[v] quorum imitari industriam[8] continentiamque maxime vellet, iis æqualium studiis, ut eundem, quem optimi ac nobilissimi,[u] petere[9] cursum laudis videretur. 73. Cum autem paulum jam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est, Q. Pompeio proconsuli[x] contubernalis,[10 y] castissimo viro

[t] *Quod non licet per legem.* [u] *Gubernandam.*
[v] *Habuit aut amicitias cum senioribus.*

Pall. Rom. Ven. 1480. 1483. *ceraria* Ms. Vict. *Afraniana* Lamb. Pro *refricaretur* H S χ ψ et Ms. Vict. *referretur*: Erf. Gembl. et Pall. *reficeretur*. Mox, *est causa renov.* Ambrosian. Erf. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Hervag. Lamb. et Orell.—5 Erf. *et malef. erant impl.* Tum, pro *emittendi* Ambrosian. *eximendi*.—6 H S χ ψ *cur in hoc loco in jud. voc.* Orell. e Ms. Ambrosian. recepit *cui neque proprium quidem crimen quæst.* Tum, Lamb. *neque vero aliquid.* Porro, 'Leodegarius a Quercu conjicit *quod non sit a lege sejunctum*.' Gruter. Denique, Schutzius e conjectura Ernesti dedit *at cum vestra sev.* Orell. auctoritate Ms. Ambrosian. delevit copulam *et*.—7 Ambrosian. *his.* Deinde, Schutz. et Orell. deleverunt *fuit* de sententia Ernesti.—8 χ *industria.* Deinde, Ern. e conjectura cum Schutz. *vellet*: ceteri *velit*. Postea, Ambrosian. *studiis æqualium*.—9 Erf. *patere*.—10 H *proconsule contubernali*:

NOTÆ

satis, a qua ejus pudicitia non potuit oppugnari.

[s] *Ut illa vetus Afrania fabula refricaretur*] Videtur hoc facinore renovari memoria flagitii similis illis flagitiis, de quibus Afranius poëta, qui togatas turpissime scripsit: nisi fortasse designet Caiam Afraniam, impudentissimam fœminam, poëtriam, et multarum fabularum inventricem; de qua loquitur Val. Max. VIII. 3.

[t] *Lege de vi non tenebantur*] Tenebantur de vi quidem, non quod armis rempublicam turbassent, sed quia vim intulerant juvenis sanctissimi pudicitiæ, quod quidem ad vim publicam pertinere videbatur.

[u] *Nobilissimi*] Eundem vitæ cursum tenuit Cœlius, quem nobilissimi quique semper tenuerunt.

[x] *Proconsuli*] Proconsules dicti sunt, quod pro consulibus ad administrandas provincias mitterentur.

[y] *Contubernalis*] Contubernales mi-

atque omnis officii diligentissimo: in qua provincia cum res[y] erant et possessiones paternæ, tum etiam usus quidam provincialis,[z] non sine causa a majoribus huic ætati tributus. Discessit[1] illinc Pompeii judicio probatissimus, ut ipsius testimonio cognoscetis. Voluit vetere instituto,[a] eorum adolescentium exemplo, qui post in civitate summi viri et clarissimi cives[2] extiterunt, industriam suam a populo Romano ex aliqua illustri accusatione[b] cognosci. XXXI. 74. Vellem alio potius eum cupiditas gloriæ detulisset; sed abiit[3] hujus tempus querelæ. Accusavit C. Antonium, collegam meum; cui misero præclari in rempublicam[4] beneficii memoria[c] nihil profuit, nocuit opinio maleficii[5][d] cogitati. Postea[e] nemini concessit æqualium, plus ut in foro, plus ut in negotiis versaretur, causisque amicorum, plus ut valeret[6] inter suos gratia: quæ nisi vigilantes[z] homines, nisi sobrii, nisi industrii, consequi non possunt, omnia labore et diligentia est consecutus. 75. In

[y] *Facultates.* [z] *Studiosi.*

ψ *proconsuli contubernali.* Tum, Ambrosian. *castiss. homini.* Paulo post, loco *provincia* H S χ ψ habent *domo.* Denique, Ambrosian. *res erat.*—1 χ *Discepsit:* Ambrosian. *Decessit.*—2 In ψ deest *cives.*

Cap. xxxi. 3 Pro *abiit* H S χ ψ, Erf. et edd. vett. *habuit.* Tum, *hoc tempus* Erf. et edd. ante Naug.—4 H S ψ *præclara in rep.* χ *præclara est in rep.*—5 ψ *malefieri.* Post *nemini* Orell. auctoritate Ms. Ambrosian. inseruit

NOTÆ

lites dicebantur, qui decem sub uno papilione degebant.

[z] *Usus quidam provincialis*] Romani solebant adolescentes ad provincias cum præsidibus mittere, ut paratiores ad rempublicam administrandam accederent: unde hic usus pro experientia ponitur.

[a] *Vetere instituto*] Apud veteres concessum adolescentibus fuit, in accusationibus eorum, qui gesserant magistratum, præbere ingenii sui specimen.

[b] *Illustri accusatione*] Cœlius Antonium consularem ambitus accusavit, Cicerone defendente.

[c] *Beneficii memoria*] Bene meritus de patria fuerat, cum Catilinæ delevit exercitum.

[d] *Opinio maleficii*] Primo fuerat Antonius in conjuratione Catilinæ; sed ab ea, Cicerone suadente, revocatus est.

[e] *Postea*] Cœlius, post accusationem Antonii, ita superavit æquales, ut nemo plus valeret in foro, &c.

Digitized by Google

hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas[f] notitia nova mulieris, et[7] infelici vicinitate, et insolentia[a] voluptatum: quæ cum inclusæ diutius, et prima ætate compressæ et constrictæ fuerunt, subito se nonnunquam profundunt atque ejiciunt[8] universæ. Qua ex vita, vel dicam, quo ex sermone, (nequaquam enim tantum erat, quantum homines loquebantur) verum ex eo, quicquid erat, emersit, totumque se ejecit atque extulit: tantumque abest ab illius familiaritatis infamia, ut ejusdem[9] nunc ab sese inimicitias odiumque propulset. 76. Atque ut iste interpositus sermo deliciarum desidiæque moreretur,[b] [10] (fecit, me mehercule invito, et multum repugnante, sed tamen fecit) nomen amici mei[g] de ambitu detulit: quem absolutum insequitur,[h] revocat: nemini nostrum obtemperat:[i] est violentior, quam vellem. Sed ego non[1] loquor de sapientia, quæ non cadit in hanc ætatem: de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore

[a] *Novitate.* [b] *Auferretur.*

unquam.—6 H *aleret:* ψ *aliene.*—7 Ambrosian. non agnoscit copulam ante *infelici.*—8 H S χ *ejiciuntur.*—9 χ *aut ejusdem,* et mox *odiumque pertulisset:* ψ *odiumque protulisset.*—10 H *morerentur:* ψ *mereretur.* Tum, in H et χ deest

NOTÆ

[f] *Paulum hæsit ad metas*] Respicit ad curulia certamina, in quibus metas circumagi oportebat, priusquam vinceretur; idque erat periculosum, ne quis impingeret. Ait igitur Cicero, quod cum Cœlius cursum adolescentiæ confecisset, in voluptatis licentiam delapsus est, et aliquantisper immoratus: perinde ac solent qui in meta non flectentes cursum insistunt, nec finem præmiumque laboris assequuntur.

[g] *Nomen amici mei*] Cœlius Polam Servium, Atratini patrem, ambitus accusavit. Vocat autem eum amicum, ne causæ noceat: nam lib. II. ad Q. Fratrem, Polam illum tetrum et ferum hominem vocat.

[h] *Absolutum insequitur*] Absolutus fuerat Pola, sed secunda eum actione ad judicium Cœlius revocavit.

[i] *Nemini nostrum obtemperat*] Patri videlicet Crasso, et Ciceroni, quibus erat assiduus, non in ea re obtemperat, quia ipsis dissuadentibus, iterum Polam agit in judicium.

Digitized by Google

mentis ad gloriam; quæ studia in his jam ætatibus[2] nostris contractiora[c] esse debent; in adolescentia vero, tanquam in herbis,[k] significant, quæ virtutis maturitas, et quantæ fruges industriæ sint futuræ. Etenim semper magno ingenio adolescentes refrænandi potius a gloria, quam incitandi fuerunt: amputanda plura sunt illi ætati, siquidem[3] efflorescit ingenii laudibus, quam inserenda.[d] 77. Quare, si cui nimium effervisse[e 4] videtur hujus, vel in suscipiendis, vel in gerendis inimicitiis, vis, ferocitas,[5] pertinacia; si quem etiam minorum horum aliquid offendit; si purpuræ genus,[f] si amicorum catervæ, si splendor, si nitor; jam ista deferverint,[6 l] jam ætas omnia, jam ista dies mitigarit.

XXXII. Conservate igitur reipublicæ, judices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum.[7] [*p.* 54.] Promitto hoc vobis, et reipublicæ spondeo, si modo nos ipsi reipublicæ satisfecimus, nunquam hunc a nostris rationibus sejunctum fore: quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum quod durissimis se ipse legibus jam obligarit.[8] 78. Neque enim potest, qui hominem consularem,[m] quod ab eo rempublicam violatam[9] diceret,[n] in

[c] *Minus ardentia.* [d] *Concedenda.* [e] *Flagrasse.*
[f] *Elegantia ornatus.*

me; sed S χ exhibent *me hercule.*—1 Erf. caret *non.*—2 Edd. ante Naug. *jam in his ætatibus.* Erf. non habet *jam.* Mox, H χ *debeant.*—3 ψ omittit *siquidem.* In Erf. legitur *florescit.*—4 H S χ ψ, Junt. al. *efferbuisse.*—5 S χ ψ *ferocitatis;* sed in H S χ deest *pertinacia.* Mox, *minimorum horum* edd. vett. paucæ, cum Græv. Oliv. et Orell.—6 H S χ ψ *deserit:* Ms. Lamb. *deseruerint.* Denique, *jam ætas omnia, jam dies mit.* Car. Steph. et Schutz. *jam ætas, jam dies ista omnia mit.* Lamb. *jam ætas omnia, jam res, jam dies mit.* Mss. pauci et edd. ante Naug. cum Orell.

CAP. XXXII. 7 Weiske conjecit *bonorum morum.*—8 Hervag. Lamb. Schutz. et Orell. *obligavit.*—9 Lamb. *violatam esse.* Orell. conjecit *duceret.* Verba

NOTÆ

[k] *Tanquam in herbis*] Proverbium et metaphora sumta a segetibus teneris, teste Erasmo; de quibus nihil certi sibi potest sperare agricola, donec ad maturitatem pervenerint.

[l] *Jam ista deferverint*] Jam ista ornamenta deserere debuit aut potuit.

[m] *Hominem consularem*] Antonium consularem vocavit in judicium, ut

Digitized by Google

judicium vocarit, ipse esse in republica civis turbulentus: non potest, qui ambitu ne absolutum[o] quidem patitur[10] esse absolutum, ipse impune unquam esse largitor. Habet a M. Cœlio respublica, judices, duas accusationes, vel obsides periculi,[p] vel pignora voluntatis. Quare oro, obtestorque vos,[1] judices, ut qua in civitate paucis his diebus Sex. Clodius[q] absolutus sit, quem vos per biennium[r] aut ministrum seditionis, aut ducem vidistis, qui ædes sacras,[s] qui censum populi Romani,[t] qui memoriam publicam suis manibus incendit, hominem sine re,[g] sine fide, sine spe, sine sede,[2] sine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum; qui Catuli monumentum[u] afflixit, meam domum diruit,[x] mei fratris incendit; qui in Palatio atque in urbis

g *Bonis.*

in judicium non sunt in H S χ ψ et Erf. Mox, H *in reip. curis turb.* Post *civis* S addit *esse.*—10 Pro *patitur* H S χ ψ habent *dat*, et paulo post pro *unquam* iidem exhibent *quidem.*—1 In χ deest *vos.* Mox, Erf. *paucis diebus his Sex. Clodius.* Paulo post, H S χ non habent *vos.*—2 χ omittit voces *sine sede.* Lamb. conjecit *homo sine re . . . inquinatus:* Garaton. legi maluit *quem vos . . . ducem vidistis, hominem sine re . . . inquinatum: qui ædes sacras, &c.*

NOTÆ

jam sæpius dixit.

n *Violatam diceret*] Quia Antonius visus est studuisse Catilinæ, propterea dicit ab eo violatam esse rempublicam.

o *Absolutum*] De Pola loquitur, de quo jam sæpe.

p *Obsides periculi*] Ostendit, nihil esse periculi metuendum a Cœlio, quia duas illa accusationes, tanquam fidei suæ obsides, erga rempublicam dedit.

q *Sex. Clodius*] Sextus Clodius fuit Pub. Clodii familiarissimus et scriba, cui quidem ejus omnia flagitia tribuit Cicero, quia in iis patrandis eo usus est adjutore. Hunc Sextum Clodium mire describit in orat. pro Domo. Locum consule.

r *Per biennium*] Ab eo tempore quo transiit ad plebem, ad reditum usque Ciceronis, biennium fuit, quo toto tempore Clodius seditiones in republica excitavit.

s *Ædes sacras*] Ædes ait elate, nam solum Nympharum templum incendit. Cum urbs variis incendiis obnoxia esset, crediderunt ope tantum illarum iis ignibus posse subvenire, utpote quæ aquis præessent; quare iis ædem consecrarunt.

t *Censum populi Romani*] In æde Nympharum publicæ tabulæ, in quibus tum nomina Romanorum, tum uniuscujusque census describebatur, asservabantur.

u *Catuli monumentum*] Catuli monumentum porticus fuit in Palatio.

x *Meam domum diruit*] Clodius, dum Cicero exularet, domum ejus

Digitized by Google

oculis[3] servitia ad cædem, et inflammandam urbem incitavit; in ea civitate[4] ne patiamini illum absolutum muliebri gratia,[y] M. Cœlium libidini muliebri[5] condonatum; ne eadem mulier, cum suo conjuge[z] et fratre, turpissimum latronem[a] eripuisse, et honestissimum adolescentem oppressisse videatur. 79. Quod cum hujus vobis adolescentiam proposueritis, constituitote[6] vobis ante oculos etiam hujus miseri[b] senectutem, qui hoc unico filio[7] nititur, in hujus spe requiescit, hujus unius casum[8] pertimescit: quem vos supplicem vestræ misericordiæ, servum potestatatis, abjectum non tam ad pedes, quam ad mores sensusque vestros,[9] vel recordatione parentum vestrorum, vel liberorum jucunditate sustentate; ut in alterius[10] dolore, vel pietati, vel indulgentiæ vestræ serviatis. Nolite, judices, aut hunc jam[1] natura ipsa occidentem,[h] velle maturius exstingui vulnere vestro, quam suo fato; aut hunc nunc primum florescentem, firmata jam stirpe[c] virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate, pervertere. 80. Conservate parenti filium, parentem filio; ne aut senectutem jam[2] prope desperatam[i] contemsisse, aut adolescentiam

[h] *Morientem.* [i] *Mortuam.*

—3 H S *in Pal. aut in orbis oc.* χ ψ quoque exhibent *orbis.*—4 Erf. *in hac civ.*—5 H S χ ψ et edd. ante Hervag. *mulieri.*—6 χ *constitutote.* In Erf. non legitur *vos.* Paulo post, ψ *hujus ministri sen.*—7 Ern. suspicabatur *uno filio* legend.—8 H S χ ψ *casus.* Tum, H *quem nos suppl.*—9 Erf. *non tam ad pedes quam ad sensus vestros,* probante Schutz.—10 Abramius conjecit *alter-*

NOTÆ

Libertati consecravit.

[y] *Muliebri gratia*] Si Clodiæ causa Sextus Clodius absolutus est, non debet propter eam Cœlius ad damnationem et supplicium tradi.

[z] *Mulier cum suo conjuge*] Pungit Clodium, qui infamis fuerat incestu cum illa sua sorore Clodia.

[a] *Turpissimum latronem*] Sextum Clodium latronem vocat, qui, Clodiæ beneficio, judicio liberatus est.

[b] *Hujus miseri*] Hæc verba pronuntiando Cœlii patrem demonstrabat, qui atratus et sordidatus judicio aderat, movendæ judicum misericordiæ causa.

[c] *Jam stirpe*] Comparatio a ventis et tempestate; et metaphora ducta a teneris arboribus.

Digitized by Google

plenam spei maximæ, non modo non aluisse vos,[3] sed etiam perculisse[k] atque afflixisse videamini. Quem si vobis,[4] si suis, si reipublicæ conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis; omniumque hujus nervorum[l] ac laborum vos potissimum, judices, fructus uberes diuturnosque capietis.

[k] *Evertisse.* [l] *Virium.*

utrius.—1 χ ψ non habent *jam.*—2 Iidem *jam* omittunt.—3 In H S χ ψ *abjecisse vos.* Deinde, ψ *pertulisse.*—4 Erf. *nobis.* Pro *conservatis* Ern. legi maluit *conservaritis.* Marcianus Capella Rhet. Capper. p. 423. sic habet, *Cœlii in omni vita servitium obstrictum vobis ac liberis habebitis;* unde Garaton. suspicabatur legend. *addictum, deditum, obstrictum in omni vita vobis ac liberis vestris habebitis.* In H S χ ψ deest *ac* ante *laborum.*

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE PROVINCIIS CONSULARIBUS

ORATIO XXXV.

ARGUMENTUM.

Cum in formam provinciæ redacta esset bello victa regio, mittebatur in eam consul, aut prætor, deposito magistratu urbano, qui eam administraret, h. e. aut jurisdictionem solam exerceret, aut simul etiam, si quando opus esset, bellum administraret. Quam consul administrabat, consularis, quam autem prætor, prætoria appellabatur. In hac ergo Oratione hoc disputatur, in quas provincias consules, proxime futuris comitiis creandi, mitti placeret. Eam habuit Cicero in senatu, cum de ea re rogatus esset a consule sententiam e lege Sempronia, qua cautum erat, ut ante comitia consularia senatus decerneret, in quas provincias consules designati post consulatum mitterentur, eique SCto ne intercedi posset. Eo autem spectat sententia Ciceronis, ut Piso et Gabinius ex provinciis, quas nullo senatusconsulto, sed lege Clodia, obtinebant, et omnibus modis vexabant et spoliabant, revocentur; eisque succedatur sic, ut proximo anno sint prætoriæ et a duobus præsentis anni prætoribus obtineantur; eo autem exacto, consulares fiant. Et quoniam qui ante ipsum dixerant sententias, præter Servilium, censuerant, ut alterutra Gallia Cæsari detraheretur, et consularis fieret, unusque ex iis mirari se ostenderat, quare Cicero ita ornaret Cæsarem, cui eodem jure inimicus esse, quo Gabinio, posset, quod Clodium in vexando Cicerone juvisset; graviter et multis verbis docet, quare Cæsari nulla provinciæ pars detrahenda sit; injurias autem si quas a Cæsare acceperit, eas se omnes reipublicæ condonasse, neque se in sententia dicenda odio obedire, sed utilitatem reipublicæ sequi.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 69.] Si quis vestrum, patres conscripti,[a] expectat, quas sim provincias decreturus, con-

NOTÆ

[a] *Patres conscripti*] Ordinum varietatem intulit Romulus in suam civi-

Digitized by Google

sideret ipse secum, qui mihi homines ex provinciis potissimum detrahendi[a] [1] sint: non dubitabit, quid me sentire conveniat, cum, quid mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac, si princeps eam sententiam dicerem, laudaretis[2] profecto; si solus, certe ignosceretis: etiamsi paulo minus utilis vobis sententia videretur, veniam tamen aliquam dolori meo[b] tribueretis. Nunc vero, patres conscripti, non parva afficior voluptate, vel quod hoc[3] maxime reipublicæ conducit, Syriam, Macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil a communi utilitate dissentiat; vel quod habeo auctorem[c] P. Servilium,[d] qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum, et cum in universam rempublicam,[4] tum etiam erga meam salutem,[e] fide ac benevolentia singulari. 2. Quodsi ille[f] et paulo ante, et quotiescumque ei locus di-

[a] *Revocandi.*

CAP. I. 1 Lamb. in marg. ed. 1584. *retrahendi.* Actutum, *sat, non dubitavit* C. *me* deest in χ. Quinque verba, *conveniat, c. q. m. sentire* desunt in eodem.—2 C *laudaretur.* Mox, *et si* C.—3 T omittit *hoc;* C exhibet *hæc.*—

NOTÆ

tatem. Idem enim senatum, idem equites instituit; sed qui neque senatores, neque equites essent, eos in tertio plebis ordine reliquit. Senatores autem nominavit, quos ad consultationes de repub. advocavit; quod senes fere, et majores natu acciverit, ad quos de summa repub. referret, atque ex eorum auctoritate omnia ageret, quæ publice sibi suscipienda existimaret. Eosdem etiam patres appellavit, nempe a curæ similitudine, ut scripsit in Catilinæ conjuratione Sallustius. Unde procedentibus temporibus patres conscripti nominati sunt, qui in novum senatum erant lecti: quamvis postremo usus obtinuerit, ut omnes senatores uno patrum conscriptorum nomine vocarentur.

[b] *Dolori meo*] Justus autem ille dolor erat in Cicerone, qui non tantum derelictum a Pisone et Gabinio consulibus, a quibus defendi debebat, sed Pub. Clodio inimico suo mercede provinciarum venditum se viderat, ut ait sæpe in Orat. pro Sextio.

[c] *Auctorem*] Auctor dicitur, cujus sententiam, propter auctoritatem, gravitatem, et sapientiam, in rebus gerendis sequimur.

[d] *P. Servilium*] Servilius ille vir fuit consularis, et tunc temporis consularium omnium antiquissimus, ideoque sententiam prior Cicerone dixit. Censorius, et triumphalis, et Isauricus appellatus est, quia Isauros domuerat.

[e] *Erga meam salutem*] Cum Cicero exularet, sua auctoritate effecit ille Servilius ut in patriam revocaretur, et eum absentem cum Metello Nepote consule in gratiam reduxit.

[f] *Quodsi ille*] Argumentatur a mi-

Digitized by Google

cendi,[g] ac potestas fuit, Gabinium et Pisonem, duo reipublicæ portenta, ac pæne funera,[h] (cum[5] propter alias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum, et importunam in me crudelitatem) non solum sententia sua,[6] sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit; quonam me animo in eos esse oportet, cujus illi salutem pro pignore[i] tradiderunt[7] ad expiandas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec[8] iracundiæ serviam: quo animo unusquisque vestrum debet esse in illos, hoc ero: præcipuum illum, et proprium sensum doloris mei, quem tamen vos communem semper vobis mecum esse duxistis, a sententia dicenda amovebo; ad ulciscendi tempora[k] reservabo.

II. 3. Quatuor sunt provinciæ,[l] patres conscripti, de quibus adhuc intelligo sententias esse[1] dictas: Galliæ duæ,[m] quas hoc tempore uno imperio videmus esse con-

4 Idem cod. *universa rep.* Mox, *fide, benevolentia* H S χ.—5 Erf. *tum.*—6 Codex unus Oxon. *ac sua.* Mox, de Ernestii sententia τὸ *esse* ante *notandos* delet Schutz. probante Garat. Deinde, *animo esse oportet in eos* Erf.—7 Cod. χ *tradiderint.* Mox, pro *expiandas*, quod servant septem Pall. Franc. Erf. Jens. ed. 1480. Junt. Grut. seqq. *explendas* ed. Wald. Medic. Rom. Ven. 1480. Ald. Hervag. Naug. Victor. Manut. Lamb. *expiendas* ψ: *expediendas* Pal. 8. cum gloss. *purgandas.*—8 Ita edd. omnes præter Naug. et Orell. qui cum codd. Lambini et uno cod. Oxon. legunt *non*; Barb. habet *tunc.* Mox, *in illo* ψ: *in isto* C H S T. Deinde, *illum* deest in C H S χ ψ. *quem tam vos* habet C. *mecum* deest in χ. *esse* deest in C H. Denique, *dixistis* χ ψ; et sic Ernesti errore typogr.

NOTÆ

neri: nam si licuit Isaurico agere contra Gabinium et Pisonem, multo magis mihi, qui ab eis gravissime læsus sum.

g *Ei locus dicendi*] Ex Gellio Noct. Att. IV. 10. jus fuit senatori, ut posset sententiam dicere de re qualibet, etiam non rogatus.

h *Portenta ac pæne funera*] His vocibus vel usus est Servilius contra Gabinium et Pisonem, vel iis utitur de industria Cicero, ut ostendat ab illis consulibus eversam fuisse rempub. cum ipsi consulere debuissent.

i *Pro pignore*] Gabinius et Piso Clodio polliciti fuerant, ut, si sibi provincias daret, vicissim illi salutem Ciceronis proderent, et quasi pignus in manus darent pro provinciis, quas ab illo expectabant.

k *Ad ulciscendi tempora*] Declarat se aliquando eos in judicium vocaturum.

l *Quatuor sunt provinciæ*] Partitio orationis.

m *Galliæ duæ*] Citerior et ulterior,

Digitized by Google

junctas; et Syria [n] et Macedonia,[o] quas, vobis invitis et oppressis, pestiferi illi consules [p] pro eversæ reipublicæ [2] præmiis occupaverunt. Decernendæ nobis sunt lege Sempronia [a] duæ: quid est, quod possimus de Syria Macedoniaque dubitare? Mitto, quod [b] eas ita partas [3] habent ii, qui nunc obtinent, ut non ante attigerint, quam hunc ordinem condemnarint; [c] quam auctoritatem vestram e civitate exterminarint; quam fidem publicam,[d] quam perpetuam populi Romani salutem,[4] [e] quam me, ac meos omnes fœdis-

CAP. II. 1 Verbum *esse* deest in Schutz. errore typogr.—2 Erf. et Franc. *consules perversæ reip.* Mox, *occuparunt* Lamb.—3 Erf. *eas ita partes.* Paulo post, *condemnarit* χ. *auctoritatem vestram et civitatem* Erf.—4 'Post v. *salutem* verbum excidisse rati sunt; v. c. *prodiderint, sustulerint* Garat. *violarint,*

NOTÆ

sive Cisalpina, et Transalpina, quas Cæsar uno imperio contentas obtinebat. Has ille, ut Sextus scribit, cum decem legionibus, quæ quaterna millia militum Italorum habuerunt, per annos octo, ab Alpibus ad Rhenum usque subegit, et anno decimo cum Britannia tributarias fecit; et, ut ait Suetonius, in provinciæ formam redegit, eique in singulos annos stipendii nomen imposuit anno urbis 703. L. Paulo et C. Marcello coss. 'Redigere porro in provinciam,' nihil aliud est, quam et incolis leges suas, et juris dicendi potestatem adimere, magistratus in eas cum imperio mittere, et in singulos annos vectigal imponere.

[n] *Syria*] Devicto Mithridate, Pompeius Syriam recepit, ab eoque populi Romani stipendiaria facta est anno urbis 690. M. Cicerone et Antonio coss.

[o] *Macedonia*] A Q. Metello Macedonia in provinciæ formam redacta est anno urbis conditæ 607. Cn. Cornelio et L. Mummio coss.

[p] *Pestiferi consules*] Piso et Gabinius.

[a] *Lege Sempronia*] De hac dictum est pro Balbo § 61.

[b] *Mitto, quod*] Per præteritionem rationes affert quare revocandi sunt Gabinius et Piso.

[c] *Hunc ordinem condemnarint*] Senatorium ordinem condemnarunt Piso et Gabinius, cum videlicet permiserunt ejici Ciceronem in exilium, accusatum a Clodio, quod cives indemnatos, socios nempe conjurationis Catilinariæ, necavisset in carcere: qui cum tantum ab eo necari jussi sint post Catonis sententiam, quam senatus secutus est; non potuit condemnari ab iis consulibus Cicero, quin condemnata ab iisdem sit senatus auctoritas.

[d] *Fidem publicam*] Fidem publicam servavit Cicero cum in illos nefarios conjuratores animadvertit, quos senatus universus, cum bonis omnibus, dignos pœna judicavit.

[e] *Perpetuam populi Rom. salutem*] Perpetua non fuisset populi Rom. salus nec certa, nisi exterminati fuissent illi, qui rempub. perdere, et ferro flammaque vastare civitatem decreverant, ut dictum est in Cati-

Digitized by Google

sime crudelissimeque vexarint.[f] 4. Omnia domestica[g] illa[5] atque urbana mitto; quæ tanta sunt, ut nunquam Hannibal huic urbi tantum mali optarit, quantum illi effecerint. Ad ipsas venio[6] provincias:[h] quarum Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed tropæis,[i] quæ multis victoriis erat jamdiu, triumphisque pacata;[k] sic a barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta,[l] vexatur, ut Thessalonicenses,[m] positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum, et arcem munire cogantur;[7] ut via[n] illa nostra, quæ per Macedoniam est usque ad Hellespontum[o] militaris, non solum excursionibus bar-

afflixerint Schutz.' *Orell.*—5 Ita Grut. tacite cum seqq. *illa* omittit cod. Stephani; *illa domestica* habent codd. et edd. ante Grut. *urbana obmitto* T, ed. 1480. Junt. *quæ tantas* C.—6 *Ad i. veniam* S. *ante munita* C. *antea mutata*

NOTÆ

linariis.

[f] *Meos omnes . . . vexarint*] Quintus, Ciceronis frater, in foro, tanquam occisus a Clodianis, jacuit inter cadavera: uxor ejus vexata est, liberi quæsiti ad mortem.

[g] *Omnia domestica illa, &c.*] Alia ratio per præteritionem; quia majores clades Macedoniæ importarunt, quam Hannibal Italiæ. Hannibal autem per annos quindecim vexavit Italiam.

[h] *Ad ipsas venio provincias*] Primam affert rationem quare revocandus sit e Macedonia Piso, quia eam permisit a barbaris expilari.

[i] *Tropæis*] Tropæa fuerunt bellicæ laudis et victoriæ monumenta, quæ primis temporibus e truncis arborum, vel rudibus saxis excitabantur, quibus direpta ab hostibus arma affigebantur, sed quorum postea longe clarior extitit magnificentia; nam in tropæa arcus triumphales excitati sunt, pyramides, columnæ.

[k] *Triumphisque pacata*] Multi imperatores Rom. de Macedonia triumpharunt, ac præcipue Q. Cæcilius Metellus, qui Macedonicus dictus est; T. Quintius, Lucius Paulus, Dolabella, Curio, et M. Lucullus.

[l] *Pax erepta*] Illi provinciarum administratores tanta triumphandi cupiditate flagrabant, ut sæpe vel levissima belli occasione pacem eriperent.

[m] *Thessalonicenses*] Thessalonica urbs est Macedoniæ ad sinum Thermaicum, nunc dicta *Salonichi*. Hæc urbs a Thracibus infestata fuit.

[n] *Via*] Viæ militares dictæ sunt, quæ exitum ad mare, aut ad urbes habent, quas quidam etiam prætorias aut consulares appellant; seu quod labore militum paratæ essent, seu quod per eas exercitus irent.

[o] *Hellespontum*] Hellespontus fretum est angustum inter Propontidem et mare Ægæum, dividens Asiam ab Europa, septem stadiorum intervallo. Hellespontus vero dictus est ab Helle filia Athamantis, sorore

Digitized by Google

barorum sit infesta,[a] sed etiam castris[p] Thraciis[8 q] distincta, ac notata. Ita gentes esse, quæ, ut pace uterentur, vim argenti[9] dederant præclaro nostro imperatori;[r] ut exhaustas domos replere possent, pro emta pace bellum nobis prope justum intulerunt. 5. [*p.* 70.] Jam vero exercitus[s] ille noster, superbissimo delectu[t] et durissima conquisitione collectus, omnis interiit. Magno hoc dico[10] cum dolore. III. Miserandum in modum milites populi Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt; incuria, fame, morbo, vastitate consumti: ut, quod est indignissimum, scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitum esse videatur.[1] Atque hanc[a] Macedoniam,[u] domitis jam gentibus finitimis,[x] barbariaque[y] compressa, pacatam ipsam per se et quie-

[a] *Infestetur.*

χ.—7 Erf. et Pal. 9. *munire cogitarint.*—8 Codd. Lambini habent vel *Threciis,* vel *Thueciis;* Rom. *Thraiciis;* codd. Gruteri *Threciis;* C H S ψ *Traiciis;* T *Torrentiis.*—9 H S T χ ψ, et edd. ante Hervag. *vim argenteam;* (non *argentorum,* ut ait Schutz.) unde Ernesti conj. *vim argenti maximam,* probante Garat. Mox, *imperatori nostro* edd. ante Grut. *nostro imperatori* cod. in marg. ed. 1584.—10 H χ ψ *hæc dico.*

CAP. III. 1 Ita codd. Victorii, Gembl. Erf. Pal. 9. Grut. Græv. et recentt. *is imperator . . . expetitus esse vid.* S T χ ψ. *imperatoris . . . expetitus esse vid.* C H. Rom. Wald. *indignissimum scelus, is imp. expetitus esse vid.* Franc. et edd. vett. *expetiisse videatur,* de Gulielmii conjectura, Schutz. et Orell. prob.

NOTÆ

Phryxi, quæ ibi demersa dicitur.

[p] *Castris*] Intelligit fossas et aggeres quibus Thraces sua castra muniebant.

[q] *Thraciis*] Thraces ab Ortu et Septemtrione Macedoniæ vicini sunt, qui caput imperii sui Byzantium habebant, quæ modo Constantinopolis dicitur.

[r] *Præclaro nostro imperatori*] Pisoni, per ironiam.

[s] *Jam vero exercitus*] Secunda ratio cur revocandus sit Piso, quia negligentia ejus consumtus est exercitus.

[t] *Superbissimo delectu*] Cum cui belli imperium commissum erat, is tum per Italiam homines mittebat, qui juventutem ad arma convocarent. Dies autem constituebatur, quo quisque in Capitolium conveniret, ubi delectus a tribunis militaribus habebatur: quo habito, delecti milites, sedente consule, sacramento militiæ adigebantur, propositis gravissimis pœnis qui militiam detrectabant.

[u] *Atque hanc Macedoniam*] Tertia ratio quare revocandus est Piso, quia Macedoniam tenere non potuit, quam prius legati tenui ac exiguo præsidio tenuerunt.

[x] *Gentibus finitimis*] Finitimos populos, Triballos, Thraces, et Pannonios, habebat tunc Macedonia.

[y] *Barbaria*] Græci omnes externos populos barbaros vocabant, et eos potissimum, de quibus supra.

Digitized by Google

tam, tenui præsidio, atque exigua manu, etiam sine imperio,[a] per legatos, nomine ipso populi Romani tuebamur: quæ nunc consulari imperio atque exercitu[a] ita vexata est, vix ut se possit diuturna pace recreare:[3] cum interea,[b] quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat, Achæos[c] ingentem pecuniam pendere[6] L. Pisoni quotannis? vectigal ac portorium[d] Dyrrachinorum[e] totum in hujus unius quæstum esse conversum? urbem Byzantiorum,[f] vobis[4] atque huic imperio fidelissimam, hostilem in modum esse vexatam? quo ille, posteaquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi a miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna[g] misit: his præposuit, quos putavit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. 6. Omitto[h] jurisdictionem in libera civitate[i] contra leges[k]

[6] *Solvere.*

J. Fr. Gronovio Lectt. Plaut. p. 16. et Garat.—2 *At hanc* H.—3 Erf. et Pal. 9. *vix ut possit d. p. recreari;* Junt. *ut vix se, &c.* Mox, *quis* ante *ignorat* deest in χ.—4 C T *nobis.* Mox, *postquam nihil* Lamb. Paulo post, *cohortis*

NOTÆ

[a] *Sine imperio*] Ex illo loco colligitur, legatos habuisse potestatem; non autem imperium, licet aliquando ipsis lictores honoris causa permitterentur, ut patet ex Verr. III. § 60. Legati porro provinciarum gubernatoribus concedebantur, ut iis essent adjumento.

[a] *Atque exercitu*] Duæ dabantur legiones Romanæ, cum equitibus, proconsulibus in provinciis.

[b] *Cum interea*] Quarta ratio cur revocandus sit Piso, quia provinciam suam vexavit.

[c] *Achæos*] Achæi populi sunt ab Achæa civitate dicti, in Sarmatia Asiatica ad Pontum Euxinum.

[d] *Portorium*] Portorium erat pecunia quæ portitoribus pendebatur, id est, iis qui mercedes ex mercibus in portum devehendis exigebant: unde circumvectionis quoque portorium celebratum est.

[e] *Dyrrachinorum*] Dyrrachium urbs est in ea Macedoniæ parte, quæ mari Adriatico proxima est: antea Epidamnus dicebatur.

[f] *Byzantiorum*] Byzantium Thraciæ oppidum, quod primum a Pausania Spartanorum duce conditum est, ut vult Justinus lib. IV. Postea a Constantino Magno Constantinopolis, antea Nova Roma, nunc a Turcis *Stamboli* dicta.

[g] *In hyberna*] Hyberna dicebantur, cum milites per hyemem, aut sub tabernaculis pellibus contectis, aut sub tectis ædificiorum habitabant.

[h] *Omitto*] Quinta ratio cur Piso revocandus sit, quia libidinem, crudelitatem, et avaritiam in Byzantinos expromsit: huncque locum per præteritionem tractat.

[i] *In libera civitate*] Præter illas provincias quæ populi Rom. imperio parebant, et ad quas administrandas

senatusque consulta: cædes relinquo, libidines prætereo; quarum acerbissimum extat indicium, et ad insignem memoriam turpitudinis, et pæne ad justum imperii nostri odium,[5] quod constat, nobilissimas virgines se in puteos abjecisse, et morte voluntaria necessariam turpitudinem depulisse. Nec hæc idcirco omitto, quod non gravissima sint, sed quia nunc sine teste dico. IV. Ipsam vero urbem Byzantiorum fuisse refertissimam atque ornatissimam signis,[1] quis ignorat? quæ illi exhausti[1] sumtibus bellisque maximis, cum Mithridaticos[m] impetus, totumque Pontum armatum, effervescentem[n] in Asiam atque erumpentem, ægre repulsum, et cervicibus interclusum suis, sustinerent; tum, inquam, Byzantii, et postea, signa illa, et reliqua urbis ornamenta, sanctissime[2] custodita, tenuerunt: 7. te imperatore infelicissimo et teterrimo, Cæsonine Calventi,[o] civi-

χ. *in hibernia* ψ. *iis proposuit* C.—5 Voc. *odium* deest in χ. Actutum, *notam: quod constat* H. Deinde, pro *necessariam*, quod servant omnes codd. et edd. antiq. *nefariam* edidit Aldus, eumque secuti sunt Lamb. Grut. seqq.

CAP. IV. 1 H S χ ψ *exhaustis*. Mox, *bellorum maximis* T, Manut. Steph. Lamb. *cum M. impeditus* χ. *armatum* deest in H T. Deinde, *erumpentem ore repulsum* quatuor Pall. et T, *erumpentem ægre ore repulsum* Gembl. *erumpente more repulsum* Erf. *erumpentem* rore pulsum* Franc. *erumpentem ære pulsum* H S. *et interclusum cervicibus suis* Schutz.—2 C *sanctissima*. Mox,

NOTÆ

magistratus cum imperio ac potestate mittebantur, qui in iis jus dicerent; aliæ erant, in quibus jus dicere magistratibus populi Romani non licebat, quæ scilicet imperio pop. Rom. non parebant, sed comiter ejus majestatem tuebantur, quæ liberæ dicebantur: unde provinciæ liberari dicebantur, cum statuebatur, ut suo juri, suisque legibus relinquerentur, neque Romani magistratus amplius in illis jus dicerent.

[k] *Contra leges*] Tulit C. Julius Cæsar consul cum Bibulo, anno urbis conditæ 694. ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia liberæ essent, neque in iis magistratibus pop. Rom. jus dicere liceret.

[l] *Refertissimam . . . signis*] Summum studium Græcorum fuit in statuis Deorum suorum fingendis, ut contra Verr. VI. observari potest.

[m] *Mithridaticos*] Mithridates, rex Ponti potentissimus, annos quadraginta bellum cum Romanis gessit.

[n] *Effervescentem*] Ab aquis similitudo cum erumpunt ex alveo.

[o] *Cæsonine Calventi*] Cæsoninum Pisonem vocat, propter patrem; Calventium, propter matrem. Calventius porro homo quidam Insuber fuit; patris Pisonis socer, idem mercator;

Digitized by Google

tas libera, et proximis suis beneficiis a senatu et a populo Romano liberata,[p] sic spoliata atque nudata est, ut, nisi C. Virgilius,[3] legatus, vir fortis et innocens, intervenisset,[e] unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. Quod[q] fanum[r] in Achaia, qui locus, aut lucus[s] in Græcia tota, tam sanctus fuit, in quo[4] ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? Emisti a fœdissimo tribuno plebis,[t] tum in illo naufragio hujus urbis, quam tu idem,[5] qui gubernare debueras,[u] everteras; tum, inquam, emisti grandi pecunia, ut tibi, de pecuniis creditis,[w] jus in liberos populos contra senatusconsultum, et contra legem generi tui,[x] dicere liceret: id emtum ita vendidisti, ut aut jus[6] non diceres,[y] aut bonis cives Romanos everteres. 8.

[e] *Restitisset.*

Cesenius χ. *Cæsoninæ* ψ. *beneficii* χ. *sit spoliata* C.—3 Ita codd. Gruteri, Grævii, ed. Wald. Ald. Græv. Schutz. Orell. *Virginius* al. etiam Junt. et Lamb.—4 Pro *in quo* χ habet *ut*.—5 C H S T χ ψ *cum tu idem*. Mox, *everteris* S χ ψ. *everteres* T, edd. ante Naug. Lamb. 1566. *everteras* C H, Naug. Lamb. 1684. Grut. seqq. *tu inquam* H S ψ.—6 Codex unus Oxon. *ut jus*, omisso *aut*. Mox,

NOTÆ

et præco, qui cum filia Romam venit, quam Cæsonino cuidam, furacissimi hominis filio, collocavit, ut fasti Capitolini docent ad annum urbis 605. Itaque contumeliose Cæsoninus Calventius a Cicerone appellatur.

[p] *Liberata*] Vide notam superiorem.

[q] *Quod*] Sexta ratio quare sit revocandus Piso, quia sacrilegus et injustus fuit.

[r] *Fanum*] Fanum a fando dictum esse vult Asconius, quod inde fata petebantur: sive quia pontifex, dum dedicat, certa verba fatur, ut est apud Festum. Alii a Fauno dicta esse volunt fana; quia Faunus primus fana exstruxit, ut vult Probus.

[s] *Lucus*] Luci sancti habebantur ab illis antiquis, ut ex Æneid. IX. patet, immo et in iis simulacra quædam Deorum fuerunt, quæ summa religione Græci venerabantur, ut testatur ipse Cicero pro Rabirio perd. reo. Vide § 7.

[t] *Tribuno plebis*] Clodio.

[u] *Qui gubernare debueras*] Consul tum erat Piso; quare consulere patriæ, et non eam evertere debuerat.

[w] *De pecuniis creditis*] Olim quicquid credebatur, sub pecuniarum primum jurisconsulti veteres, sed postea sub rerum creditarum nomine comprehenderunt, ut docet Hotom. lib. de Verb. Jur.

[x] *Generi tui*] Julius Cæsar filiam Pisonis uxorem duxerat: et hanc legem tulerat consul, ne apud liberos populos magistratus Romani jus dicerent.

[y] *Jus non diceres*] Nempe de rebus creditis.

Digitized by Google

Quorum ego[a] nihil nunc,[7] patres conscripti, in hominem ipsum; de provincia disputo. Itaque omnia illa, quæ et sæpe audistis,[8] et tenetis animis, etiamsi non audiatis, prætermitto: nihil de hac ejus urbana, quam ille præsens in oculis vestris mentibusque defixit,[d] audacia loquor: nihil de superbia, nihil de contumacia, nihil de crudelitate disputo: lateant libidines ejus illæ tenebricosæ,[e] quas fronte et supercilio, non pudore et temperantia contegebat: de provincia, quod agitur,[f] id disputo. Huic vos non submittetis?[g][9] hunc diutius manere patiemini? cujus, ut provinciam tetigit,[h] [*p.* 71.] sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset, utrum posterior,[i][10] an infelicior esset, judicare. 9. An vero[a] in Syria diutius[11] est Semiramis[b] illa retinenda? cujus iter in provinciam fuit ejus-

[d] *Impressit.* [e] *Tectæ.* [f] *De qua.*
[g] *Non vos revocabitis hunc.* [h] *Attigit.* [i] *Nequior.*

aut bonos C H S T χ ψ.—7 *Quorum ego nihil dico* T χ ψ. *Quorum ego nihil dico nunc* C H S, et edd. ante Grut. Mox, *in h. ipsum dico, de pr.* codd. Victorii et Franc. *P. C. h. ipsum relinquo: de pr.* C H S ψ, et edd. vett. *provinciis disputabo* S. *provincia disputabo* χ ψ.—8 Cod. χ *audisti.* Mox, *etiam etsi . . . oculis nostris . . . de contumelia* C. *de contumelia* etiam H S χ ψ. Deinde, pro *lateant*, χ habet *latent.*—9 *Huic vos submittetis* codd. Victorii et Pall. probante Gulielm. *Huic vos num subm.* Pal. 4. *successorem mittetis* vet. lib. ap. Ursin. et Junt.—10 'Sic codd. optimi, ed. Rom. ed. 1480. Grut. seqq. Defendi potest usus hic v. *posterior* e C. Gracchi Fragm. ap. Gell. Noct. Att. xv. 12. item e Rosc. Amer. § 137. Pison. § 66. ubi tamen Vat. 'proterbius;' Junt. 'præposterius' pro 'posterius' exhibent. Sic hoc quoque loco non male legi posset *præposterior*, ut in Pison. § 92. est 'præposterus imperator;' etsi optime scio, comparativum istum alias vix inveniri.' *Orell.* *deterior* C, Ven. 1483. Junt. Lamb. *pestilentior* H S. *protervior* conj. Lamb. Actutum, *an inferior esset* T. *vel deterior esset* S.—11 Voc. *diutius* deest in C. *in provincia* χ. *Aribarzanes* C. *ad cæde* H. Mox, pro *Thracem*, quod habent edd. vett. et Lamb. *Threcem* præbent codd. etiam T, inscript. ap. Grut.

NOTÆ

[a] *Quorum ego*] Fingit se nihil dicere de omnibus criminibus, quæ in Macedonia a Pisone patrata sunt; sed de ipsa tantum provincia loqui, a qua ille revocandus est.

[a] *An vero*] Jam ostendit Gabinium e Syria revocandum esse. Prima ratio, quia operam suam locavit faciendæ cædi, quod partem exercitus sui perdidit, quod provinciam diruit.

[b] *Semiramis*] Vocatur Semiramis Gabinius propter suas libidines, quibus illi reginæ simillimus fuit. Hæc autem Assyriorum regina fuit.

Digitized by Google

modi, ut rex Ariobarzanes[c] consulem vestrum ad cædem faciendam, tanquam aliquem Thracem,[d] conduceret. Deinde adventus in Syriam primus equitatus habuit interitum: post concisæ[a] sunt optimæ cohortes.[e] Igitur in Syria,[12] imperatore illo, nihil aliud actum est, nisi pactiones[f] pecuniarum cum tyrannis, decisiones,[b] direptiones, latrocinia,[g] cædes; cum palam populi Romani imperator, instructo exercitu, dextram tendens,[h] non ad laudem milites hortaretur,[13] sed omnia sibi et emta et emenda esse clamaret. v. 10. Jam vero[i] publicanos[k] miseros (me etiam miserum,[l] illorum ita de me meritorum miseriis ac dolore!) tradidit in servitutem Judæis et Syris,[1] [m] nationi-

[a] *Dissipatæ.* [b] *Compositiones.*

Græv. Schutz. et Orell. *Tracem* χ. *Trucem* C H S ψ.—12 H S T χ *in Syriam.* Mox, *nihil a. neque actum* H S χ ψ, Rom. et Ven. 1480. *nihil a. nisi neque actum* T. *nihil a. usque actum* Lamb. e codd. ut ait; sed in nullo postea repertum. *nisi pactione* C.—13 C H S T χ ψ *hortetur.* Mox, pro *clamaret*, quod exhibent Barb. T, Junt. et recentt. *clamet* legitur in codd. Grævii, Erf. C H S χ ψ, Rom. Ven. 1483.

Cap. v. 1 *Syriis* C. Mox, *jus publicanis* Steph. Lamb. 1566. ipso Lambino

NOTÆ

[c] *Ariobarzanes*] Ariobarzanes rex Cappadociæ fuit expulsus regno a Mithridate; sed factus populi Rom. amicus, a Sulla victore restitutus est, et, Mithridatico bello confecto, iterum in regnum a Pompeio restitutus est. Vide Orat. pro Lege Manil.

[d] *Thracem*] Id est, gladiatorem: alii enim gladiatores Thraces, alii mirmillones, alii Samnites, provocatores, et retiarii dicti sunt. Vide Lips. de Glad.

[e] *Cohortes*] Cohortes peditum fuerunt.

[f] *Pactiones*] Pactio est duorum pluriumve in idem placitum consensus.

[g] *Direptiones, latrocinia*] Direptiones et latrocinia eodem recidunt, nisi forte direptiones ad provincias expilandas pertineant, latrocinia ad socios.

[h] *Dextram tendens*] Respicit ad consuetudinem illorum qui in auctionibus, si quid liceri vellent, digitum tollebant.

[i] *Jam vero*] Alia ratio cur revocandus sit Gabinius, quia bonis evertit publicanos.

[k] *Publicanos*] Publicani dicebantur, qui præsenti pecunia vectigalia populi Romani a censoribus redimebant, ut postea suis commodis servirent. Hi erant ex equestri ordine.

[l] *Me miserum*] Per exclamationem significat, se miserum fieri miseriis illorum publicanorum, propter eorum in rempublicam merita.

[m] *Judæis et Syris*] Tantum fuit odium Gabinii in publicanos, ut cum illi vectigales pecunias exigerent a Judæis et Syris, prohiberentur a consule, qui ne jus quidem pro publica-

Digitized by Google

bus natis servituti. Statuit ab initio, et in eo perseveravit, jus publicano non dicere: pactiones sine ulla injuria factas rescidit; custodias sustulit;[n] vectigales[o] multos ac stipendiarios liberavit: quo in oppido ipse esset, aut quo veniret, ibi publicanum, aut publicani servum esse vetuit:[2] quid multa? crudelis haberetur, si in hostem animo fuisset eo, quo fuit in cives Romanos, ejus ordinis præsertim, qui est semper dignitate sua, benignitate magistratus sustentatus. 11. Itaque videtis,[p] patres conscripti,[3] non temeritate redemtionis,[q] aut negotii gerendi inscitia, sed avaritia, superbia, crudelitate Gabinii, pæne afflictos jam atque eversos publicanos: quibus quidem vos, in his angustiis ærarii,[r] tamen subveniatis necesse est: etsi jam multis non potestis; qui (propter illum hostem senatus,[s] inimicissimum

postea improbante.—2 Erf. *publicani servum esse nescivit.* Mox, *si in hostis* Naug. *si in hostes* Lamb. e codd. Camer. Steph. Orell. *qui fuit* χ.—3 *Itaque, patres conscripti, videtis* nonnulli codd. Naug. Junt. Camer. Orell. Mox, pro *inscitia,* quod servant plurimi codd. et edd. vett. *inscientia* legunt

NOTÆ

nis dicere contra illos voluit: atque ita viros equestris ordinis, quales erant publicani, Judæorum ac Syrorum servituti mancipavit.

[n] *Custodias sustulit*] Custodiæ nomine carcer tantum publicus intelligitur. Dicit autem custodias sustulisse, quia vetuerat Gabinius, ne quis, propter debitam publicanis pecuniam, in carcerem mitteretur.

[o] *Vectigales*] Vectigales dicuntur, qui tributa pendunt; quorum unum certum, quale illud fuit stipendium dari militibus consuetum; incertum aliud, quod fructibus agrorum, et pascuis, et portoriis penditur, cujus modus certus esse non potest. Vide Verr. v. § 12.

[p] *Itaque videtis*] Calamitatem hic publicanorum amplificat, inflammans odium in Gabinium, qui illius calamitatis causa fuit.

[q] *Non temeritate redemtionis*] Redimere et conducere idem significant: itaque vult indicare publicanos neque carius conducendis vectigalibus, neque suis negligendis negotiis, sed Gabinii superbia fortunis eversos esse.

[r] *Angustiis ærarii*] Tria Romæ æraria fuerunt; unum, in quod omnia tributa et vectigalia inferebantur, quod fuit apertum semper, unde quotidie pecuniæ ad usus reipublicæ sumebantur. Duo alia clausa semper fuerunt, et aperta tantum perturbatis reipublicæ temporibus.

[s] *Hostem senatus*] Gabinius dixerat in concione, nihil posse in republica senatum, et equites Rom. daturos illius diei pœnas, quo cum gladiis, Cicerone consule, in clivo Capitolino fuerant. Vide Orat. pro Sext. § 28.

Digitized by Google

ordinis equestris, honorumque omnium) non solum bona, sed etiam honestatem,[t] miseri deperdiderunt: quos non parsimonia,[4] non continentia, non virtus, non labor, non splendor tueri potuit contra illius helluonis et prædonis audaciam. 12. Quid? qui se etiam nunc subsidiis patrimonii, aut amicorum liberalitate sustentant,[c] hos perire patiemur? An, si qui[5] [u] frui publico[x] non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege censoria;[y] quem is frui non sinit, qui est, etiamsi non appellatur, hostis, huic ferri auxilium non oportet?[d] Retinete igitur[z] in provincia diutius[6] eum, qui de sociis cum hostibus, de civibus cum sociis faciat pactiones; qui hoc etiam se pluris esse, quam collegam,[a] putet, quod ille vos tristitia vultuque deceperit; ipse nunquam se minus, quam erat, nequam[7] esse simularit. Piso autem alio quodam modo gloriatur, se[8] brevi tempore per-

[c] *Sustinent.*
[d] *Nonne oportet dare ei auxilium, quem publico non sinit frui Gabinius, qui hostis est, licet non hostis appelletur?*

Lamb. et Orell. *justitia* C S T. *Gabinii* deest in χ.—4 C *parcimonia.*—5 Ita codd. meliores, Rom. Ven. 1480. Junt. Naug. Grut. seqq. *patiemini* H S, Ven. 1483. Ald. Hervag. Lamb. *An* deest in χ ψ. *si quis* habet H. Mox, *quem* deest in χ ψ.—6 Voc. *diutius* deest in H.—7 C H T χ *neque.* Actutum *esse simulavit* C H S.—8 Pronomen *se* deest in χ. Mox, *ne Gabinius*, omisso prænomine *C*, codd. Grævii, S T ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Steph. Lamb. 1566. Orell. *ne A. Gabinius* Lall. Nostram lect. habent C H χ, Naug. Camer. Grut. Schutz. Denique, *extimaretur* χ.

NOTÆ

[t] *Honestatem*] Honorem, seu dignitatis gradum, quem tenebant in republica et civitate, perdiderunt.

[u] *An, si qui*] Tertia ratio quare sit revocandus Gabinius, quia non possunt frui publico propter illum publicani.

[x] *Frui publico*] Frui publico, nihil est aliud quam vectigalia exigere posse publicanos: prohibebantur autem hostium incursionibus, quas Gabinius non impediebat.

[y] *Hic tegitur lege censoria*] Lex censoria hic accipitur pro pactione seu contractu censorum cum publicanis, qui fiebat quinto quoque anno, cum vectigalia locabantur. Inter pactiones autem illa fuit, ut senatus aliquid eis remitteret, si quæ inopina calamitas, aut hostium incursio eveniret. Itaque prospiciebatur publicanis hac lege, qua tum veluti tegebantur.

[z] *Retinete igitur*] Ironia.

[a] *Collegam*] Pisonem indicat.

Digitized by Google

fecisse, ne C. Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur.

VI. 13. Hos vos[b] de provinciis, si non aliquando deducendi[e] essent, deripiendos[f][1] non putaretis? et has duplices pestes sociorum, militum clades, publicanorum ruinas, provinciarum vastitates, imperii maculas, teneretis?[g] At iidem vos, anno superiore,[c] hos eosdem revocabatis,[2] cum in provincias jam pervenissent: quo tempore si liberum vestrum judicium fuisset, nec toties dilata res, nec ad extremum e manibus erepta esset; restituissetis, id quod cupiebatis, vestram auctoritatem, iis, per quos erat amissa, revocatis, et his ipsis præmiis extortis,[d] quæ erant pro scelere atque eversione patriæ consecuti: 14. qua e pœna[3][e] si tum aliorum opibus, non suis, invitissimis vobis, evolarunt; at aliam multo majorem gravioremque subierunt. Quæ enim[f] homini, in quo aliquis,[4] si non famæ pudor, at

[e] *Revocandi.* [f] *Amovendos.* [g] *Retineretis.*

CAP. VI. 1 C H S ψ *diripiendos.* Mox, *et has publicas pestes* C H S T χ ψ, al. et edd. ante Lamb. *et has duplicis publicis testes* Erf.—2 Cod. χ *revocabitis.* Mox, *jam* deest in Erf. Pro *vestrum judicium* H habet *omnium jud.* Deinde *esset* omittunt codd. optimi, Erf. C H S T χ, Rom. Ven. 1480. 1483. Ald. Hervag.—3 Ita Schutz. et Orell. ex codd. Erf. et Pal. 9. qui habent *quæ pœna;* Lamb. *qua ex pœna ;* codd. plerique, C H S T χ ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Mediol. al. ante Ald. *qua pœna :* Franc. Ald. Naug. Grut. Græv. Oliv. *quam pœnam.* Actutum, *si tamen* T. *ut aliam* χ.—4 C H S χ ψ *aliquid.* Mox, *pudor ac suppl.* S. *literis iis* Hervag. Lamb. Græv. *literis his* Junt. Schutz. 'Hac in re, ubicumque fieri potest, ipsam omnium linguarum indolem ac rationem esse sequendam manifestum est, etsi aliter judicat Zumpt. ad Curtium p. XXII. Codd. in talibus nulla fere est auctoritas.' *Orell.* *quæ*

NOTÆ

[b] *Hos vos*] Jam redit ad Pisonem et Gabinium, quos revocandos esse probat a præjudicio senatus.

[c] *Vos anno superiore*] Anno urbis conditæ 696. profecti sunt in provincias, quas non lege Sempronia, sed Clodia consecuti sunt, quæ lata est contra senatus auctoritatem.

[d] *Præmiis extortis*] Pro præmio Ciceronis ejecti in exilium, Macedoniam Pisoni, Syriam Gabinio Clodius dedit.

[e] *Qua e pœna*] Evitarunt pœnam, qua revocari debebant, nisi intercessisset pro Gabinio Pompeius, et Cæsar pro Pisone, cujus gener erat.

[f] *Quæ enim*] Ostendit pœna gravissima mulctatum fuisse Gabinium, quia ejus literis senatus non credidit.

Digitized by Google

supplicii timor est, gravior pœna accidere potuit, quam non credi literis his, quæ rem bene gestam [g] in bello nuntiarent? [p. 72.] Hoc [5] statuit senatus, cum frequens supplicationem Gabinio denegavit: primum, homini sceleribus, flagitiis contaminatissimo, nihil esse credendum; deinde, a proditore, atque eo, quem præsentem hostem reipublicæ cognosset, bene rem geri non potuisse; postremo, ne Deos quidem immortales velle aperiri sua templa, et sibi supplicari hominis impurissimi et sceleratissimi nomine. Itaque ille alter,[h] aut ipse [6] est homo doctus, et a suis Græcis [i] subtilius eruditus, quibuscum jam in exostra [k] helluatur, (antea post siparium solebat) aut amicos habet prudentiores,[l] quam Gabinius, cujus nullæ literæ perferuntur. VII. 15. Hosce igitur imperatores habebimus?[m] quorum alter

remp. C H S ψ, Erf. al. ap. Græv. Naug. Græv. Lall. Orell.—5 *Hos* C. Mox, *flagitiisque* S, Lamb. Orell. Paulo post, *bene remp. geri* C S ψ, Naug. Lall. Orell.—6 C S *ut ipse*. Mox, iidem codd. *in ex hostra*; H ψ *in exhostra*; T *in exosthorcra*; χ *in exthra*; Junt. *in exedra*; Ald. et al. ante Lamb. *in orchestra*. Lectionem nostram servant codd. Lambini, Grævii, Erf. Franc. C S, al. et edd. post Lamb. *si parium* χ. Deinde, *literæ proferuntur* χ ψ.

NOTÆ

g *Rem bene gestam*] Cum quid laude dignum gesserant in bello, imperatores literas dabant ad senatum, qui tum supplicationes, id est, gratiarum actiones, Diis decernebat, quæ magna pompa in templis habebantur.

h *Ille alter*] Piso scilicet, qui revocari debet, quia tam male regit provinciam, ut ne quidem ad senatum scribere audeat.

i *A suis Græcis*] Piso Græcos eruditos homines secum habebat.

k *Exostra*] Exostra machina quædam est, qua, quæ intus geruntur, rotis circumactis patefiunt spectatoribus. Plurimi codices habent *orchestra*, quæ ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι dicitur, id est, *saltare*; quod in eam scenæ partem tibicines et ludii, sive saltatores, procederent. *Siparium* vero velum est, quod extrema parte scenæ tendebatur. Sit ergo sensus: Qui prius velut cum histrionibus et mimis post velum helluabatur, id jam palam factitat.

l *Amicos habet prudentiores*] Qui literas e provinciis ad senatum mittebant, eas primo ad amicos perferendas curabant, ut eas vel retinerent, vel exhiberent.

m *Imperatores habebimus*] Imperatoris nomen appellatio fuit militaris, qua præsens, re bene gesta, primum militum acclamatione in castris, deinde sententia senatus in urbe ornatus est. Etenim imperatoris vocabulo duobus modis usi sunt; uno pro quocumque exercitus duce, qui suis auspiciis rem gereret, et qui imperium, id est, jus belli gerendi, haberet; al-

non audet nos certiores facere, ne imperator appelletur;[1] alterum, si tabellarii non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere: cujus amici[n] si qui sunt, aut si belluæ tam immani tamque tetræ possunt ulli esse amici, hac consolatione utuntur,[2] etiam T. Albucio[o] supplicationem hunc ordinem denegasse. Quod est primum dissimile: res in Sardinia[p] cum mastrucatis[q] latrunculis a propraetore[3] una cohorte auxiliaria[r] gesta, et bellum cum maximis Syriæ gentibus, tyrannis,[s] consulari exercitu, imperioque confectum: deinde Albucius, quod a senatu petebat, ipse sibi in Sardinia ante decreverat: constabat enim, Græcum hominem ac levem, in ipsa provincia quasi triumphasse.[t] Itaque hanc ejus temeritatem senatus, supplicatione denegata, notavit. 16. Sed fruatur sane hoc solatio; atque hanc insignem ignominiam, quoniam uni,[4] præter se, inusta est, putet esse leviorem; dummodo, cujus exemplo se con-

CAP. VII. 1 '*Anne imperator appelletur*] Sic dedi ex mea conjectura; *ne imperator appelletur* codd. plerique, edd. pleræque, præter Naug. Camer. quæ habent *ut imperator appellatur*; Erf. *facere imperatores appelletur*; Græv. susp. *imperatorne appelletur.*' Orell.—2 Ernesti conj. *utentur*.—3 T χ ψ, al. Rom. Ven. 1480. *a prætore*. Mox, *ac tyrannis* χ ψ, Lamb. Oliv. Orell.—4 C *quod uni*. Mox, *injusta est putetur e. l. non modo* χ. Paulo post, *hac tamen hac una*

NOTÆ

tero, cum quis, hostibus magno prœlio fusis ac profligatis, eo nomine militum acclamatione affectus esset. Scribit Appian. Bell. Civil. lib. II. non nisi decem millibus occisis acclamatum esse; et Dio lib. XL. non nisi semel, de uno bello aliquem appellari imperatorem licuisse.

[n] *Cujus amici*] Excusabant amici Gabinium ab Albucii simili exemplo, cui denegata fuerat supplicatio: sed modo inter utrumque discrimen affert.

[o] *T. Albucio*] Albucius ille Sardiniam provinciam proprætor administravit.

[p] *In Sardinia*] Sardinia insula est in mari Ligustico a Sardo Herculis filio ita appellata, ut ait Martianus Capella lib. VI. aëris pestilentiæ maxime obnoxia.

[q] *Mastrucatis*] Mastruca vilissimum genus vestis est e villis animalium, quo Sardi montani utebantur.

[r] *Cohorte auxiliaria*] In unaquaque Romanorum cohorte erant auxiliares socii milites, teste Polybio.

[s] *Tyrannis*] Dicebantur olim tyranni in Græcia homines potentes et opulenti.

[t] *Quasi triumphasse*] Notatur hic levitas Albucii, qui propria sua auctoritate in provincia triumphavit, cum hic honor Romæ tantum a senatu decerneretur.

Digitized by Google

solatur, ejus exitum expectet;[a] præsertim cum in Albucio nec Pisonis libidines, nec audacia Gabinii fuerit; hac tamen una plaga conciderit, ignominia senatus.

17. Atqui[5] [b] duas Gallias qui decernit consulibus duobus, hos retinet ambo:[c] qui autem alteram Galliam,[d] et aut Syriam, aut Macedoniam; tamen alterum retinet,[e] et in utriusque pari scelere disparem conditionem facit. Faciam, inquit, illas[f] prætorias, ut Pisoni et Gabinio succedatur statim. Si hic sinat:[g] tum enim tribunus[6] intercedere poterit; nunc non potest. Itaque ego[7] idem, qui nunc consulibus iis, qui designati erunt, Syriam Macedoniamque decerno, decernam easdem prætorias, ut et prætores annuas provincias[h] habeant, et eos quam primum videamus, quos animo æquo videre non possumus. VIII. Sed mihi credite,

plaga H, Erf. Barb. Ven. 1480. *hanc tamen hac una plaga* C.—5 *At qui* C χ ψ, edd. ante Naug. item Camer. Manut. Steph. *At* H S, Lamb. *Atqui* Erf. T, Naug. Grut. et seqq. *qui* omittunt C H S, edd. ante Naug. item Camer. Manut. Steph. Mox, *duobus* omittunt Erf. Franc. *ambos* habent C H S T χ ψ, et edd. ante Lamb. *qui autem et alteram* C H S. *retinet in utriusque* C H S T χ.—6 *Si h. sinat tribunus, tum enim* Barb. *enim tribunus* omittit Erf. *tribunus* uncis inclusit Orell. de Garat. sententia. Verba, *tum e. t. i. p. n. n. potest*, desunt in T. Pro *poterit* C legit *potuit*.—7 *Itaque qui ego* χ. Mox, *et* ante *prætores* deest in eodem cod. *provincias habebant* ψ.

NOTÆ

[a] *Ejus exitum expectet*] Albucius ex Sardinia redux, repetundarum damnatus, ejectus est in exilium.

[b] *Atqui*] Affert Cicero diversas sententias, quas primo refellit, ut deinde suam probet. Igitur unus senator censebat duas Gallias duobus proxime consulibus decernendas esse.

[c] *Hos retinet ambo*] Idem volebat ut Piso et Gabinius in Macedonia et Syria retinerentur.

[d] *Qui autem alteram Galliam*] Alter senator judicabat in una e Galliis sic retinendum esse Cæsarem, ut alteri designandorum consulum altera Gallia, alteri vero vel Syria vel Macedonia decerneretur.

[e] *Tamen alterum retinet*] Vel Gabinius, vel Piso, ex illa senatoris sententia, in sua provincia retineretur.

[f] *Faciam i. illas*] Vult ille ut Macedonia et Syria reddantur prætoriæ: quas nempe prætores obtinebant, et non consules. Statim autem atque prætores suo munere in urbe defuncti erant, consules vero non nisi anno post gestum magistratum, in provincias mittebantur.

[g] *Si hic sinat*] Intelligit hic aliquem tribunum plebis, cui fas erat ex lege Sempronia provinciis prætoriis decernendis intercedere, non autem consularibus.

[h] *Annuas provincias*] Tantum per annum regendæ provinciæ consulibus vel prætoribus decernebantur.

Digitized by Google

nunquam succedetur illis,[1] nisi cum ea lege [i] referetur, qua intercedi de provinciis non licebit. Itaque, hoc tempore amisso, annus est integer vobis expectandus; quo interjecto, civium calamitas, sociorum ærumna,[2] sceleratissimorum hominum impunitas propagatur.[*]

18. Quodsi essent illi optimi [k] viri, tamen ego mea sententia C. Cæsari succedendum nondum putarem. Qua de re dicam, patres conscripti, quod sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi,[l] qua paulo ante interrupta est oratio mea, non pertimescam. Negat me vir optimus inimiciorem [3] Gabinio debere esse, quam Cæsari: omnem enim illam tempestatem,[m] cui cesserim, Cæsare impulsore atque adjutore esse excitatam. Cui si primum sic respondeam, me communis utilitatis habere rationem, non doloris mei; possimne probare, cum id me facere dicam, quod exemplo fortissimorum et clarissimorum civium facere possim? An non Ti. Gracchus,[n] (patrem dico,[4]

[*] *Continuatur.*

CAP. VIII. 1 Codd. χ ψ *succeditur illis.* Mox, *ea lege refertur* χ.—2 H *interjecta c. c. s. crimina.*—3 H S T ψ *inimicitiorem.* Mox, *enim* omittunt codd. plerique, C H S T χ ψ, et edd. ante Naug. præter Junt. *cui cesseram* χ.—4 Hæc omnia, *quod exemplo f. et c. c. f. p. An non Ti. G. p. dico* desunt in χ.

NOTÆ

[i] *Ea lege*] Legem Semproniam intelligit, de qua paulo ante.

[k] *Illi optimi*] Piso et Gabinius.

[l] *Mei faimliarissimi*] Non appellat quis ille sit familiaris ejus: cum enim Cæsari decerneret duas Gallias Cicero, admonitus est ab illo suo familiari, quem non nominat, quia facile ab omnibus videri potuit, ut potius duas Gallias consulibus designaret, quia ipsi tam infensus fuerat Cæsar, quam Gabinius et Piso.

[m] *Omnem illam tempestatem*] Cæsar infensus Ciceroni Clodium tribunum plebis contra eum excitavit, cujus furoribus pulsus est in exilium.

[n] *Ti. Gracchus*] L. Scipioni Asiatico, P. Scipionis Africani superioris fratri. C. Minucius Augurinus, tribunus plebis, damnavit mulcta L. Scipionem; quam ob causam ab ipso sponsores petebat. Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribunorum provocabat; petebatque, ut virum consularem et triumphalem a collegæ vi defenderent. Octo tribuni, cognita causa, decreverunt, ut, aut sponsores daret, aut in vincula conjiceretur: cum non daret, in carcerem abripiebatur. Ti. Sempronius Gracchus juravit, palam sibi esse inimicitias cum Africano; decretum statim recitavit, sed alienum sibi videri, &c. quare Scipionem Asiaticum

cujus utinam filii ne degenerassent a gravitate paterna!) tantam laudem est adeptus, quod tribunus plebis solus ex toto illo collegio[o] L. Scipioni auxilio[5] fuit, inimicissimus et ipsius, et fratris ejus, Africani, juravitque in concione, se in gratiam non rediisse; [*p.* 73.] sed alienum sibi videri dignitate imperii, quo duces essent hostium, Scipione triumphante, ducti, eodem ipsum duci, qui triumphasset? 19. Quis plenior[6] inimicorum fuit C. Mario?[p] L. Crassus,[q] M. Scaurus,[r] aliine inimici? omnes Metelli. At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed et, propter rationem Gallici belli,[7] provinciam extra ordinem[s] decernebant. Bellum in Gallia max-

An Ti. Grach. omisso *non*, omnes codd. nunc noti, edd. ante Lamb. item Græv. Garat. Orell. Ceterum hæc, *An Ti. Gracchus . . . qui triumphasset* Lamb. cum codd. duobus ad finem capitis collocavit ante illa, *An vero M. ille, &c.* Mox, *filii non deg.* χ ψ. Pro *paterna*, cod. Stephani, Lamb. Grut. Græv. habent *patria*, non improbante Garat.—5 Cod. χ *auxilia*. Mox, *juravit in contentione* Erf.—6 *Quis planior* C a m. sec. Mox, *omnes inimici Cætelli* C. *aliive inimici o. Met.* Junt. Verba *aliine inimici* uncis inclusit Orell. *L. Cr. M. Sc. inimici; omnes Met.* Schutz. de conj. Ernesti, cui suspectum præterea erat seq. *inimicum.*—7 Lamb. *belli Gallici;* Schutz. *Cimbrici belli.* Mox, *domitæ sunt Cæsare* Erf. *sed nundum l. nundum j. c. nundum . . . ef-*

NOTÆ

a collegæ vi prohibuit. Vide Gell. Noct. Att. VII. 19.

[o] *Ex toto illo collegio*] Cœtus tribunorum plebis collegium dicebatur.

[p] *Quis plenior inimicorum fuit C. Mario*] Marius adversariam habuit Metellorum familiam, tum propter id maxime, quod Metelli Numidici legatus in bello contra Jugurtham, monuit senatum illud a Metello produci; quod si se consulem facere vellent, brevi se bellum illud confecturum. Factus consul, a fide dicessit: quo scelere in se Metellorum omnium odium concitavit.

[q] *L. Crassus*] L. Crassus eloquentia vir clarissimus fuit, ut refert Cicero, in Bruto, inimicus autem Mario, quod pæne ab insequentibus ejus militibus mortem oppetiisset una cum filio, nisi delituisset in spelunca.

[r] *M. Scaurus*] Scaurus summa auctoritate valuit in repub. ac primum amicissimus Mario; sed quia Cæciliani Metelli pontificis filiam uxorem habuit, quæ post mortem Scauri nupsit Sullæ dictatori Mario, infensissimo, hunc Marium inter et Scaurum simultates exortæ sunt.

[s] *Extra ordinem*] Ordinaria provinciarum mandandarum ratio fuit, ut quotannis consulibus et prætoribus a senatu decernerentur, a populo vero lege curiata imperium in iis traderetur. Provinciæ vero extraordinariæ fuerunt, quoties aut magistratibus, aut privatis nominatim una cum im perio tributis comitiis datæ sunt, aut

Digitized by Google

imum gestum est: domitæ sunt a Cæsare maximæ nationes,[t] sed nondum legibus, nondum jure certo, nondum satis firma pace devinctæ: bellum affectum[u] videmus, et, vere ut dicam, pæne confectum; sed ita, ut, si idem extrema persequitur, qui[8] inchoavit, jam omnia perfecta videamus: si succeditur,[x] periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus. Ergo ego[9] senator,[y] inimicus, si ita vultis, homini, amicus esse, sicut semper fui, reipublicæ debeo. 20. Quid, si ipsas inimicitias depono reipublicæ causa? quis me tandem jure reprehendat?[10] præsertim cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda. IX. An vero non M. ille Lepidus,[z] qui bis consul,[1] et pontifex maximus[a] fuit, non solum memoriæ testimonio, sed etiam annalium literis et summi poëtæ[b] voce laudatus est, quod cum M. Fulvio

fectum C.—8 Idem cod. *persequetur, quæ.*—9 *Ergo hoc* C H S.—10 C H *reprehendet.*

CAP. IX. 1 Ita codd. et edd. ante Ald. item Grut. Græv. et recentt. *Annon M. ille Lepidus* Ald. Lamb. Schutz. *An vero non M. ille Lepidus* solus Ernesti. Prænomen *M.* deest in C. *quibus consul* ψ. Mox, *memoria et test.*

NOTÆ

in iisdem in plures annos prorogatum imperium est.

[t] *Maximæ nationes*] De domitis a Cæsare nationibus fuse in Orat. pro M. Marcello dicetur.

[u] *Bellum affectum*] Bellum affectum dicitur, cum prope ad exitum perductum est; confectum vero, cum nulli sunt prorsus hostes debellandi.

[x] *Si succeditur*] Id est, si revocetur Cæsar e Gallia, et alius in ejus provinciam imperator mittatur, vel proconsul.

[y] *Ergo ego senator*] Cum Cicero senator sit, debet privatas inimicitias reipub. causa deponere, eique consulere.

[z] *M. ille Lepidus*] M. ille Æmilius Lepidus, bis consul et pontifex, diutinas et vehementes inimicitias cum Fulvio Flacco gessit, quas, ut simul censores renuntiati sunt, in Campo deposuit; existimans non oportere eos privatis odiis dissidere, qui publica potestate vincti essent. Plura infra de iis.

[a] *Pontifex max.*] Pontifices tunc erant octo majores, minores septem. Unus olim fuit a Numa Pompilio creatus maximus, quod maximarum rerum, quæ ad sacra et religionem pertinebant, judex esset, et vindex privatorum et magistratuum, qui religionum leges non observabant.

[b] *Summi poëtæ*] Summus ille poëta Ennius est, qui cum illo Fulvio ad bellum profectus est.

Digitized by Google

collega, quo die censor est factus,[c] homine inimicissimo, in Campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censuræ communi animo ac voluntate defenderent? 21. Atque, ut vetera, quæ sunt innumerabilia, mittam; tuus pater,[2] Philippe,[d] nonne uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit? quibus eum omnibus[3] eadem respublica reconciliavit, quæ alienarat. 22. Multa prætereo, quod intueor coram hæc lumina atque ornamenta reipublicæ,[4] P. Servilium[e] et M. Lucullum: (utinam etiam L. Lucullus ille viveret![5 f]) Quæ fuerunt inimicitiæ graviores in civitate, quam Lucullorum atque Serviliorum?[g] quas in viris fortissimis non solum exstinxit reipublicæ dignitas, et ip-

Franc. C S T χ ψ, et edd. ante Steph. *laudatus non est* Barb et χ.—2 Cod. χ *cujus pater*. Mox, *non uno tempore* C H S χ ψ, Venet. 1483. Hervag.—3 Ita margo ed. 1584. Grut. et recent. *quibuscum omnibus* C H S T χ ψ, et edd. ante Grut. Mox, *conciliavit* H.—4 Voc. *reipublicæ* deest in Erf.—5 T *ut etiam L. Lentulus vel Lucullus ille desineret;* Erf. *utinam etiam Lucullus ille desiderat*. 'Scripti nostri præferunt *ille desiveret;* hi *desineret*, nisi quod Pal. 9. et S. Victor. *desiderat;* ex his facile quis finxerit *utinam etiam L. Lucullus ille se sineret*. Ahalæ liber præfert *veniret*.' Grut. *hic sederat* conj. Lamb. Mox, *extinxit respublica dignitatis ipsum* Græv. in Var. Lectt. *extinxit reip. dignitas sed etiam quæque ipsorum ad, &c.* Franc. *extinxit r. p. dignitasque ipsorum* Erf. Paris. Græv. Lall. Schutz. Orell. *extinxit reip. dignitasque et ipso-*

NOTÆ

[c] *Quo die censor est factus*] Æmilius Lepidus, et Fulvius Flaccus, nobili genere, amplissimisque honoribus, et summo loco in civitate præditi, odio inter sese gravi, et simultate diutina, conflictati sunt. Postea populus eos simul censores fecit; atque illi ubi voce præconis renuntiati sunt, ibidem statim in Campo Martio, nondum dimissa concione, ultro uterque, et pari voluntate, conjuncti, complexique sunt; exque eo die, et in ipsa censura, et postea, jugi concordia, fidissime, amiceque vixerunt. Causa porro simultatum fuit, quod Æmilius Lepidus bis se a consulatu obtinendo dejectum fuisse a M. Fulvio conquereretur, et vicissim Fulvius semper se a Lepido lacessitum.

[d] *Philippe*] Hic Philippus L. Marcius socer fuit Catonis Uticensis, qui, quo tempore hæc habebatur oratio, consul erat: filius autem fuit L. Philippi, qui Lucius, dum consulatum gereret, summos habuit inimicos L. Crassum, et M. Drusum, quod senatus auctoritatem oppugnasset.

[e] *P. Servilium*] Pub. Servilius, Cilicia a prædonibus liberata, Isauri urbe capta, Isaurici nomen obtinuit, et triumphum.

[f] *Lucullus ille viveret*] Imperator ille Lucullus Mithridatem et Tigranem superavit. De quibus sæpius in Orat. pro Lege Manil.

[g] *Lucullorum atque Serviliorum*] Amplissima fuit Romæ utraque illa familia, ex quibus extitere multi viri

Digitized by Google

sorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit.[a] Quid? Q. Metellus Nepos,[h] nonne consul in templo Jovis Optimi Maximi, permotus cum auctoritate vestra, tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens mecum, summo suo beneficio,[6] rediit in gratiam? An ego possum huic esse inimicus, cujus literis, fama, nuntiis celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus gentium, nationum, locorum? 23. Ardeo, mihi credite, patres conscripti,[7] (id quod vosmet de me existimatis, et facitis[a] ipsi) incredibili quodam amore patriæ; qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis[i] maximis cum dimicatione capitis, et rursum, cum omnia tela[k] undique esse intenta in patriam viderem, subire coëgit, atque excipere unum pro universis: hic me meus in rempublicam[8] animus pristinus ac perennis, cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. 24. Quod[9] volent[l] denique, homines existiment; nemini ego possum esse bene de republica merenti non amicus. X. Etenim si iis,[1] qui hæc omnia flamma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum

[b] *Revocavit.* [a] *Ardetis.*

rum Junt. *quæ et ipsorum* ψ.—6 Erf. *summo beneficio.* ‘Mihi totum hoc non satis placet.’ *Ernesti.* *redit in gratiam* χ.—7 Erf. *mihi credite P. C.* Mox, *vosmet et de me* Lamb.—8 C S χ *republica.*—9 *Quid* Erf. ψ. Mox, *bene merenti idem R. p. non amicus* Erf. *bene merenti de rep. non a.* Naug. Lamb. 1566. *esse homini bene merenti de rep. non a.* Venet. 1480. Junt. *ego esse possum bene de rep. merenti n. a.* Rom. Venet. 1483. Steph.

Cap. x. 1 *Etenim si is* χ. Mox, *illorum familiaritates* C. *capitis* deest in

NOTÆ

factorum gloria, et consulatibus illustres, ac triumphis.

[h] *Q. Metellus Nepos*] Hic cum consul esset, exulem Ciceronem, licet inimicum, revocavit. Vide Orat. pro Sextio, § 130.

[i] *Impendentibus periculis*] Revocat eos in memoriam conjurationis Catilinæ, quam periculo sui capitis detexit, et exstinxit.

[k] *Omnia tela*] Designat Clodianos motus, qui contra se, adjuvantibus coss. Gabinio et Pisone, excitati sunt, quibus cedere maluit abeundo in exilium, quam remanendo, bello intestino patriam exponere.

[l] *Quod volent*] Postquam ostendit rediisse in gratiam cum Cæsare exemplo clarorum hominum, nunc probat, non ideo esse arguendum levitatis.

Digitized by Google

indixi atque intuli, cum partim mihi illorum[b] familiares, partim etiam, me defendente, capitis judiciis essent liberati;[m] cur eadem respublica, quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non possit? Quod[2] mihi odium cum P. Clodio fuit, nisi quod perniciosum patriæ civem fore putabam, qui turpissima libidine incensus, duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam,[n] uno scelere violasset? [*p.* 74.] Num est igitur[3] dubium ex iis rebus, quas is egit, agitque quotidie, quin ego, in illo oppugnando, reipublicæ plus, quam otio meo; nonnulli, in eodem defendendo, suo plus otio, quam communi, prospexerint? 25. Ego me a Cæsare[o] in republica dissensisse fateor, et sensisse vobiscum: sed nunc iisdem vobis assentior, cum quibus antea sentiebam. Vos enim (ad quos literas L. Piso de suis rebus non audet mittere; qui Gabinii literas insigni quadam nota atque ignominia nova condemnastis) C. Cæsari supplicationes[4] decrevistis, numero,[p] ut nemini uno ex bello; honore, ut omnino nemini.[q] Cur igitur[5] ex-

[b] *Illi.*

Erf.—2 *Quid* C.—3 *Non ergo* C S. *Num est ergo* H. *dubium* deest in C. *ex his rebus* Lamb. *agitque cottidie* Erf. *agitque* deest in C. Mox, *plus* prius deest in eodem cod. *otii* χ. *prospexerunt* T.—4 Erf. *supplicationem.* Mox, *ut nemini ullo* T, et edd. vett. *ut omnino nemini uno* ψ. *et nomini ullo* χ. *honorem* in eodem cod.—5 *Cur ergo* C. Mox, *reducit ordo* S. *et* ante *ordo* deest in H

NOTÆ

[m] *Essent liberati*] Cornelius Lentulus Sura creditur defensus a Cicerone in judicio capitis.

[n] *Religionem et pudicitiam*] Religionem violavit cum ingressus est Clodius in operta Bonæ Deæ; qua de re dictum est jam sæpe; pudicitiam vero, cum conatus est adulterio violare Pompeiam uxorem Cæsaris.

[o] *Ego me a Cæsare*] Probat dissensisse a Cæsare, et cum eo rediisse in gratiam exemplo senatus universi.

[p] *Decrevistis, numero*] Quindecim dierum supplicationes Cæsari decretæ sunt propter bellum unicum feliciter a se gestum: unde ipse lib. II. 'Ob easque res ex literis Cæsaris dies quindecim supplicatio decreta est, quod ante id tempus acciderat nulli.' Decernebantur autem supplicationes ad pulvinaria Deorum, feriis indictis, magna totius populi celebratione et lætitia.

[q] *Honore, ut o. nemini*] Decernebantur autem verbis honorificentissimis illæ supplicationes, ut sic indicaret senatus quanti faceret imperatorem, in cujus gratiam supplicabatur.

Digitized by Google

pectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus,[r] et ordo is, qui est et publici consilii, et meorum omnium consiliorum auctor et princeps. Vos sequor, patres conscripti; vobis obtempero, vobis assentior; qui, quamdiu C. Cæsaris consilia in republica non maxime diligebatis, me quoque cum illo minus conjunctum videbatis: posteaquam rebus gestis mentes vestras voluntatesque[6] mutastis, me non solum comitem esse sententiæ vestræ, sed etiam laudatorem vidistis.

XI. 26. Sed quid est,[s] quod in hac causa maxime homines admirentur[1] et reprehendant meum consilium, cum ego idem antea multa decrerim, quæ magis ad hominis dignitatem, quam ad reipublicæ necessitatem pertinerent? Supplicationem quindecim dierum decrevi sententia mea. Reipublicæ satis erat tot dierum, quot C. Mario:[t] Diis immortalibus non erat[2] exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis.[e] Ergo ille cumulus[u] dierum hominis est dignitati tributus. 27. In quo[x] ego (quo[3] consule refe-

[e] *Eadem gratulatio placuisset Diis immortalibus, quæ solet fieri post bella maxima.*

8.—6 Ita codd. aliquot, etiam C H S T, Venet. 1480. Junt. Lamb. seqq. *voluntatemque* χ ψ, Rom. Venet. 1480. Ald. Hervag. Actutum, *mutuastis* ψ. *esse* omittit C, probante Garat.

Cap. xi. 1 Lamb. *demirentur*. Mox, *decreverim* optimi codd. etiam Erf. et edd. ante Lamb. Deinde, *pertineret* C.—2 Cod. χ omittit *non erat*; ψ

NOTÆ

[r] *Ordo amplissimus*] Senatus et amplitudine, et auctoritate sua ceteros ordines superabat.

[s] *Sed quid est*] Probat a comparatis, debuisse redire in gratiam cum Cæsare, quia jam ante ipsi multa decrevit sine reprehensione cujusquam.

[t] *Quot C. Mario*] Mario quinque supplicationum dies post devictos Cimbros decreti sunt.

[u] *Ergo ille cumulus*] Id est, illi dies supplicationum additi supra numerum aliorum, qui vulgo decerni solent, non tam pertinuerunt ad habendas Diis immortalibus gratias, quam ad dignitatem Cæsaris ornandam. Placet quibusdam, propter hanc vocem *cumulus*, delendum esse *quindecim*, et *decem* reponendum, quia dixit consuetum numerum duplicatum fuisse. Quidni incertum pro certo numero reponit Cicero?

[x] *In quo*] Duplex tempus suppli-

Digitized by Google

rente, primum decem dierum supplicatio decreta Cn. Pompeio, Mithridate interfecto, confectoque Mithridatico bello; cujus[d] sententia[4] primum duplicata est supplicatio consularis;[y] mihi enim estis assensi, cum, ejusdem Pompeii literis recitatis, confectis omnibus maritimis terrestribusque bellis, supplicationem dierum duodecim[5] decrevistis) sum Cn. Pompeii virtutem et animi magnitudinem admiratus, quod, cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus,[e] ampliorem honorem alteri tribuebat, quam ipse erat consecutus. Ergo in illa supplicatione, quam ego decrevi, res ipsa tributa est Diis immortalibus, et majorum institutis, et utilitati reipublicæ:[6] sed dignitas verborum, honos, et novitas, et numerus dierum, Cæsaris ipsius laudi gloriæque concessus est. 28. Relatum est ad nos[z] nuper de stipendio exercitus: non decrevi solum, sed etiam, ut vos decerneretis, laboravi: multa dissentientibus respondi: scribendo affui:[a] tum quoque homini plus tribui, quam nescio cui necessitati:[f][7] illum enim arbitrabar, etiam sine

[d] *Et mea.* [e] *Antepositus.* [f] *Necessitas postulabat.*

omittit *erat.*—3 Erf. non habet *quo.* Mox, *est supplicatio* H S T χ ψ.—4 C H S χ ψ *et cujus sententia;* Erf. *et cui sententia;* T *ex cujus sententia.*—5 Erf. *supplicationes d. XV.* Lall. et Schutz. de Manutii sententia, *supplicationem d. decem*, probante Grævio.—6 C *utilitate reipublicæ.* Erf. omittit *reipublicæ.* Mox, *concessa est* C. *laudi et gloriæ concessus est* pleræque edd. ante Naug. *et l. et gloriæ concessus est* Junt.—7 Erf. *nescio tuæ necessitati.*

NOTÆ

cationis decretæ significatur, quæ proinde duplex extitit, ut bene et ingeniose notat Abrahamus. Altera decem dierum fuit Cicerone consule, confecto bello Mithridatico: altera duodecim post Ciceronis consulatum, cum tantum consularis sententiam diceret, confectis omnibus tam terrestribus bellis, quam maritimis.

[y] *Supplicatio consularis*] Id est, quæ decernebatur pro consule.

[z] *Relatum est ad nos*] Id est, actum nuper est in senatu de pecunia danda Cæsari ex ærario pro stipendio ejus exercitus. Pertinuit autem ad senatum, sine populi suffragiis, stipendium, legatos, et supplicationes imperatoribus decernere.

[a] *Scribendo affui*] Dicit affuisse cum scriptum est senatus decretum. Hæc enim senatusconsulta ab amicissimis ejus, cujus de honore agebatur, scribebantur, ut ipse ait Cic. ad Fam. xv. 6.

Digitized by Google

hoc subsidio pecuniæ, retinere exercitum præda ante parta,[b] et bellum conficere posse: sed decus illud et ornamentum triumphi[c] minuendum nostra parsimonia non putavi. Actum est de decem legatis,[d] quos alii omnino non dabant, alii exempla quærebant, alii tempus differebant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant: in ea quoque re sic sum locutus, ut omnes intelligerent, me id, quod reipublicæ causa sentirem, facere uberius propter ipsius Cæsaris dignitatem.

XII. 29. At ego idem nunc in[1] provinciis decernendis, qui illas omnes res egi silentio, interpellor; cum superioribus causis hominis ornamenta[g] fuerint, in hac me nihil aliud, nisi ratio belli, nisi summa utilitas reipublicæ moveat. Nam ipse Cæsar, quid est, cur in provincia[2] commorari velit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reipublicæ tradantur? [*p.* 75.] Amœnitas eum,[3] credo, locorum, urbium pulchritudo, hominum nationumque illarum humanitas et lepos, victoriæ cupiditas, finium imperii nostri propagatio[4] retinet. Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius?[5] quid porro

[g] *Respexerim dignitatem Cæsaris.*

CAP. XII. 1 *Adeo idem in* Erf. *Ut ego, &c.* χ. Mox, *cum in superioribus* Lamb. et Orell. probante Garat. *hominis* deest in Erf. Deinde, *moveent* χ. —2 Gell. XV. 5. Non. p. 160. Merc. *in ea provincia;* unde Garat. conj. *in ea pr. . . . nisi ut quæ.* Mox, *per eum effecta* C χ. *perfecta republica* T. *patefacta reip.* Erf. et Græv. in Var. Lectt. Pro *tradantur*, quod servant codd. aliquot, χ, Hervag. Grut. seqq. *tradatur* Erf. *tradat* omnes codd. Lambini, C H S T ψ, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. Lamb. Orell. item Gell. et Non. l. l.—3 *Amœnitas enim* C H S T χ ψ.—4 Erf. *propagator.*—5 Idem cod. *inmanius.*

NOTÆ

[b] *Præda ante parta*] Præda ab hostibus parta non raro quæstori committebatur, ut eam Romam ad ærarium referret, et ad quæstores ærarii: ea tamen aliquando, cum rem videlicet bene gesserant milites, ab imperatoribus, militibus pro præmio victoriæ concedebatur.

[c] *Ornamentum triumphi*] Nobilissimum fuit ornamentum triumphi, multam pecuniam in ærarium inferre.

[d] *De decem legatis*] Mittebantur legati post victoriam, ut de pacis conditionibus agerent, ac res componerent. Decem porro a senatu ad Cæsarem decreti sunt, licet totum bellum non confecisset, ut Dio auctor est.

Digitized by Google

tot victoriis præstabilius? quid Oceano longius inveniri potest? An reditus in patriam habet aliquam offensionem? utrum apud populum,[h] a quo missus,[6] an apud senatum, a quo ornatus est? an dies[i] auget ejus desiderium, an magis oblivionem? ac laurea illa,[e] magnis periculis parta, amittit longo intervallo viriditatem? Quare, si qui hominem non diligunt, nihil est, quod eum[7] de provincia devocent: ad gloriam devocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem senatus, equestris ordinis gratiam, populi caritatem.[k] 30. Sed, si ille hac tam eximia fortuna, propter utilitatem reipublicæ, frui non properat, ut omnia illa conficiat; quid ego senator facere debeo, quem, etiamsi[8] ille aliud vellet, reipublicæ consulere oporteret? Ego vero sic intelligo,[a] patres conscripti, nos[9] hoc tempore in provinciis decernendis, perpetuæ pacis habere oportere rationem: nam quis hoc[10] non sentit, omnia alia esse nobis vacua[b] ab omni periculo, atque etiam ab omni suspicione belli? 31. Jamdiu[11] mare videmus illud immensum,[f] cujus fervore[c] non solum maritimi cursus,[g]

[h] *Offendit aliquam? an populum.* [i] *Absentia.* [k] *Amorem.*
[a] *Ita sentio.* [b] *Nos liberos esse undique.* [c] *Agitatione.*

Verba, *quid inc. o. q. n. immanius*, desunt in C H S T χ ψ.—6 Ita C H, Naug. Grut. seqq. *missus est* ceteri, etiam Junt. Lamb.—7 Cod. ψ, *quod enim.* Mox, *revocent: ad gl. revocant* Arntzen. ad Plin. Paneg. p. 51. *ad summum hominem* H. *ordinis gloriam* C.—8 Idem cod. *etsi.*—9 C H *vos.*—10 Ita codd. meliores, Venet. 1480. Junt. Lamb. seqq. *hoc tempore* S, Rom. Venet. 1483. Hervag. Steph. Mox, *ab* deest in Lamb. *ab omni* desunt in Erf. Barb. H T χ ψ. —11 *Nam diu* T. *suspicione belli jam diu? Mare, &c.* Erf. et al. ap. Græv.

NOTÆ

[e] *Laurea illa*] Per lauream exprimit gloriam, quam suis victoriis Cæsar sibi peperit. Nota autem quod dux belli justa victoria potitus, laureatas literas ad senatum per tabularios victoriæ nuntios mittebat. In castris vero lictorum fasces laurea exornabat. Ipse etiam laurea donabatur a militibus, quam semper gerebat in capite.

[f] *Mare illud immensum*] Indicat Mediterraneum mare, quod inter Oceanum Gaditanum ad pontum Euxinum per varios sinus extenditur.

[g] *Maritimi cursus*] Ita mare piratis infestabatur, ut etiam ad terram appellerent, ubi multas urbes sibi subjiciebant: de his vide Orat. pro Lege Manil.

Digitized by Google

sed urbes etiam, et viæ militares jam tenebantur, virtute Cn. Pompeii sic a populo Romano, ab Oceano usque ad ultimum Pontum, tanquam unum aliquem portum, tutum et clausum teneri: nationes eas, quæ numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas, ut Asia, quæ imperium antea nostrum [12] terminabat, nunc tribus novis provinciis [h] ipsa cingatur. Possum de omni regione, de omni hostium genere dicere: nulla gens est, quæ [13] non aut ita sublata sit, ut vix extet; [i] aut ita domita, ut quiescat; aut ita pacata, ut victoria nostra imperioque lætetur. XIII. 32. Bellum Gallicum,[k] patres conscripti, C. Cæsare imperatore, gestum est; antea tantummodo repulsum: semper illas nationes nostri imperatores refutandas [d] potius bello, quam lacessendas putaverunt. Ipse ille C. Marius, cujus divina atque eximia virtus magnis populi Romani luctibus funeribusque subvenit, influentes [1] in Italiam [l] Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eorum urbes sedesque penetravit. Modo ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius, C. Pomtinus,[2] [m] fortissimus vir,

[d] *Repellendas.*

Mox, *etiam vitæ* χ.—12 C *vestrum.*—13 Cod. ψ *quæve.* Mox, pro *sublata*, quod servant Erf. Pal. 9. Gembl. C H S χ ψ, optimique codd. *subacta* habent edd. vett. Deinde, *ita pacata aut* T.

CAP. XIII. 1 Cod. χ *influentis.*—2 *Pontinus* S χ ψ, al. ap. Græv. *Pontinius* Græv. *Pomptinus* cod: Steph. Lallemand. ut in Catilinam, III. 2.

NOTÆ

[h] *Tribus novis provinciis*] Asia cingitur Bithynia, Ponto, Syria, quas Pompeius, victo Mithridate, adjecit imperio Romano.

[i] *Ut vix extet*] Id est, ut ejus aliquod restet vestigium.

[k] *Bellum Gallicum*] Ante Cæsarem nemo imperator Gallos fuerat aggressus, sed repellere tantum potuerat.

[l] *Influentes in Italiam*] Effundebant se in Italiam Galli, quos Cimbros et Teutonas Cæsar lib. I. appellat: verum a Mario repulsi sunt et debellati. Porro illi Germaniæ populi communi Gallorum nomine appellantur, aut quia ab extremis Galliarum finibus venerant, ut ait Florus III. 3. aut quia a Gallis in Italiæ fauces conducti sunt.

[m] *C. Pomtinus*] Prætor fuit Pomtinus, quo tempore exarsit Catilinæ conjuratio Cicerone consule, cui optimam in ea exstinguenda operam

ortum repente bellum Allobrogum,[n] atque hac scelerata conjuratione excitatum, prœliis fregit, eosque domuit, qui lacessierant; et ea victoria contentus, republica metu[3] liberata, quievit. C. Cæsaris[4] longe aliam video fuisse rationem: non enim sibi solum cum iis, quos jam armatos contra populum Romanum videbat, bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam. 33. Itaque cum acerrimis nationibus et maximis, Germanorum et Helvetiorum,[o] prœliis felicissime decertavit: ceteras contrivit, domuit, [compulit,][5] imperio populi Romani parere assuefecit, et, quas regiones, quasque gentes nullæ nobis antea literæ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator, nosterque exercitus, et populi Romani arma peragrarunt. Semitam[6] tantum Galliæ[p] tenebamus antea, patres conscripti: ceteræ partes a gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus, et barbaris, et bellicosis tenebantur; quas nationes nemo unquam fuit qui non[7] frangi domarique cuperet: [*p.* 76.] nemo sapienter de republica nostra cogitavit

3 Voc. *metu* deest in C.—4 *C. Cæsari* Schutz. errore typogr. Mox, *contra remp. videbat* H. *esse dixit* χ. *in vestram dit.* C.—5 Codd. optimi, et Orell. *conterruit, compulit, domuit*, probante Garat. *contrivit, compulit, domuit* Franc. et edd. ante Grut. præter Lamb. *conteruit, domuit, compulit* Pal. 9. et T. *compulit* delevit Schutz. *contrivit, contudit, domuit* Lamb. e conjectura in ed. 1566. *contrivit, domuit, contudit* Lamb. 1584. Mox, *nullæ vobis* χ.—6 *Semita* χ ψ. *ceteras partes* C.—7 Pro *qui non*, C H, Naug. Lamb. Orell. habent *quin*.

NOTÆ

navavit. Ex prætura in ulteriorem Galliam missus est, ubi fuit biennium, et Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domuit, de quibus, auctore Dione, triumphavit.

[n] *Allobrogum*] Allobroges populi erant citra Rhodanum fluvium, et Lemani lacus ripas, extra Belgas, Celtas, et Aquitanos, Genevam oppidum, locaque finitima incolentes: qui etiam fuere finitimi Vocontiis populis, propinqui Centronibus, nunc Tarantasiis, ac trans Rhodanum vicos et possessiones habebant circa regionem, quæ nunc Bressa dicitur. Cis Rhodanum inter illos populos fuit Delphinatus, et qui nunc *Sabaudi* appellantur.

[o] *Helvetiorum*] Helvetii inter Celtas populi erant, nunc in 13. conventus juridicos divisi.

[p] *Semitam tantum Galliæ*] Galliam Narbonensem significat, quæ jam in potestatem Romanorum venerat, et quasi viam ad ceteras Galliæ nationes aperiebat.

Digitized by Google

jam inde a principio hujus imperii, quin Galliam maxime timendam[q] huic imperio putaret:[8] sed propter vim ac multitudinem gentium illarum, nunquam est antea cum omnibus dimicatum. Restitimus semper lacessiti: nunc denique est perfectum, ut imperii nostri terrarumque illarum idem esset extremum.[e] XIV. 34. Alpibus[r] Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine:[1] nam, si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, nunquam hæc urbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset: quæ jam licet considant: nihil est enim ultra illam altitudinem montium,[2] usque ad Oceanum, quod sit Italiæ pertimescendum. Sed tamen una atque altera[3] æstas, vel metu, vel spe, vel pœna, vel præmiis, vel armis, vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere: impolitæ vero res, et acerbæ,[f] si erunt relictæ; quanquam sunt accisæ,[4] tamen efferent se aliquando, et ad renovandum bellum revirescent. 35. Quare sit in ejus tutela Gallia, cujus virtuti, fidei,[5] felicitati commendata est. Etenim si[6] fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius ejus Deæ[s] periculum facere nollet;[g] si in patriam, si ad Deos

[e] *Ut fines illarum nationum, iidem sint imperii nostri.*
[f] *Inchoatæ et imperfectæ.* [g] *Nollet exponi periculis.*

—8 Erf. aliique codd. *deputaret.*
Cap. XIV. 1 Ed. Wald. Junt. *numine divino.* Ernesti conj. *munere;* refutat Garat. Actutum *nam* deest in S χ. *ille* deest in T. Paulo post, *quæ licet considant* H S. *quæ licet concidant* C. *quæ jam licet consideunt* Erf.—2 H χ *munitum.*—3 Manut. et Steph. *una aut altera*, probante Garat. Actutum, *ætas* ψ.—4 Ita Erf. Pal. 9. Turing. Grut. Græv. Schutz. Orell. *quanquam sunt abscisæ* codd. Grævii, C T χ ψ, et edd. pleræque; *q. sunt obscissæ* Lamb. *q. s. ascisæ* S. *quanquam abscissæ* cod. in Var. Lectt. Grævii. Mox, *reviridescent* codd. Grævii, H S χ ψ.—5 Codd. Lambini et Erf. *fidei, virtuti.*—6 Ita Junt.

NOTÆ

q *Galliam maxime timendam*] Ita formidabiles Galli Romanis fuerunt, ut sacerdotibus et senibus, quibus vacatio militiæ concessa erat, eundum esset ad bellum, cum Gallicum bellum exoriebatur. Appian. Bell. Civil. lib. II.

r *Alpibus*] Alpes montes sunt excelsi, quibus Italia a Gallia et Germania dividitur; per quos olim Cæsar, initio Gallici belli, ex Italia in Galliam quinque legiones traduxit.

s *Ejus Deæ*] Fortunæ templa dedicata sunt a veteribus.

Digitized by Google

penates,[t] si ad eam dignitatem, quam in civitate sibi propositam videt, si ad jucundissimos liberos, si ad clarissimum generum [u] redire properaret; si in Capitolium [x] invehi victor cum illa insigni laurea [7] gestiret; si denique timeret casum aliquem, qui illi tantum addere jam non potest, quantum auferre; vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle. Cum vero ille suæ gloriæ [8] jampridem, reipublicæ nondum satisfecerit; et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus pervenire, quam non explere susceptum reipublicæ munus; nec imperatorem, incensum ad rempublicam bene gerendam, revocare, nec totam Gallici belli rationem, prope jam explicatam,[A] perturbare atque impedire debemus.[9]

XV. 36. Nam[a] illæ sententiæ virorum clarissimorum minime probandæ sunt, quorum alter [1] ulteriorem [a] Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem.[b] Qui ulteriorem, omnia illa, de quibus disserui paulo ante, perturbat; simul ostendit, eam se sciscere [b] [2] legem,[c] quam esse legem neget;

[A] *Confectam.* [a] *Ceterum.* [b] *Decernere.*

Hervag. Grut. seqq. *Et si* C H S T χ ψ, et edd. antiquiss. *Quia si* Erf. *Qui si* Lamb. Mox, *ejusdem Dea* Barb. ed. Wald. Venet. 1480. unde Ernesti conj. *ejusdem periculum;* recepit Schutz. refutavit Garat. *facere vellet* χ. *si in patria* χ ψ.—7 Codd. Grævii, C H S T ψ, Rom. Venet. 1483. *laude;* Junt. *laude laurea.* Actutum, *gestaret* χ. Paulo post, *nos tamen* codd. Grævii, H χ.—8 Erf. *ille gloriæ*, omisso *suæ.* Mox, *respublica* H S.—9 Erf. *debeamus.*
CAP. XV. 1 Erf. *atque alter;* S *quo alter.*—2 C H S T χ ψ *eam se scire.*—

NOTÆ

[t] *Ad Deos penates*] De iis dictum in Orat. pro Sext. § 30.

[u] *Generum*] Pompeius Juliæ, Cæsaris filiæ, nupserat.

[x] *In Capitolium*] Triumphantes curru aurato, quadrigis albis, corona laurea in capite, lauro in manu dextra, ore minio obliti, vehebantur in Capitolium, ubi, cæsis victimis, [gratias Diis agebant. Vide Zonaram.

[a] *Ulteriorem*] Transalpina Gallia, Rheno, Oceano, Pyrenæis, et Alpibus, terminatur.

[b] *Citeriorem*] Cisalpina Rubiconem fluvium et Alpes limites habet.

[c] *Legem*] Tulit legem P. Vatinius tribunus plebis, Cæsare et Bibulo coss. ut C. Cæsari Gallia Cisalpina cum Illyrico in quinquennium, sine senatus decreto, et extra sortem, mandaretur: ut ii, quos in lege nominabat, legati, sine senatus auctoritate, cum Cæsare proficiscerentur: ut eidem pecunia ex ærario ad exerci-

Digitized by Google

et, quæ pars provinciæ sit, cui non possit intercedi,[d] hanc se avellere; quæ defensorem habeat,[e] non tangere: simul et illud facit, ut, quod illi a populo datum sit, id non violet; quod senatus dederit, id [3] senator properet auferre. 37. Alter[f] belli Gallici rationem habet: fungitur officio boni senatoris: legem, quam non putat,[g] eam quoque servat; præfinit enim[4] successori diem:[h] qui mihi nihil videtur minus a dignitate disciplinaque majorum dissidere, quam ut, qui[i] consul Kalendis Jan.[k] habere provinciam

3 C H S omittunt *id.*—4 Schutz. conj. *non servat. At præfinit enim.* Mox, *Atqui mihi nihil videtur magis* Orell. e conjectura Lambini, probante Garat. *Qui mihi nihil videtur magis* Schutz. de Manutii conjectura; *Atque mihi* margo ed. 1584. *Quæ m. n. v. minus* Erf. Pal. 9. T. *disciplinaque majorum dissidere* omittunt codd. optimi, Erf. Pal. 9. *atqui m. n. v. minus e dig. dis. majorum, quam ut* conj. Garat. *quam qui* Lamb. Orell. Paulo post, *is eam* Junt.—

NOTÆ

tum tribueretur: ut idem coloniam Novumcomum deduceret. Hanc legem multi contra auspicia latam fuisse contendebant; quia Bibulus consul de cœlo servabat, cum Vatinius tribunus plebis leges suas ferebat.

[d] *Cui non possit intercedi*] Intelligit Transalpinam Galliam, cui nemo tribunus intercedere poterat, quia decreta erat Cæsari auctoritate senatus.

[e] *Quæ defensorem habeat*] Jam intelligit Cisalpinam Galliam, quam populus Cæsari decrevit, et cui intercedere quilibet tribunus poterat, et impedire quominus ea Cæsar potiretur: quia decreta a populo consularis non erat. Pertinebat enimvero tantum ad senatum consulares provincias decernere, contra quas intercedere tribunis plebis fas non fuit.

[f] *Alter*] Id est, ille senator, qui Galliam Narbonensem, seu Transalpinam relinquit Cæsari, eum ab alia Gallia Cisalpina revocat, hacque ratione boni senatoris partes sustinet, quia tum pacis perpetuæ stabiliendæ in Gallia, tum pacis servandæ populum inter et senatum in Italia rationem habet: nam et cum senatu censet, quia in Gallia sua retinendum esse Cæsarem judicat; et cum populo, quia legi Vatiniæ paret, quæ senatus auctoritatem lædit.

[g] *Legem, quam non putat*] Vult ille senator, ut lex Vatinia servetur, quæ tamen ab eo lex haberi non debet, quia contra auspicia lata est.

[h] *Præfinit enim successori diem*] Probat autem ille senator legem Gabiniam tanquam veram et legitimam a se haberi, dum secundum illam decernit, ne successor Cæsaris ante Kal. Martias citeriorem Galliam ineat, et ante quinquennium completum, quod ei lege Vatinia concessum est.

[i] *Qui*] Id est, qui senator. Placet Lambino *Atqui.*

[k] *Kalendis Januariis*] Consules et prætores Kalendis Januariis inibant magistratum, et iis provinciæ a senatu decernebantur.

Digitized by Google

debet, is ut eam desponsam,[l] non decretam habere videatur. Fuerit toto in consulatu sine provincia,[5] cui fuerit, antequam designatus esset, provincia decreta? Sortietur,[m] an non? nam et non sortiri absurdum est, et quod sortitus sis, non habere. Proficiscetur[6] paludatus?[n] quo? quo pervenire ante certam diem non licebit. Januario, Februario, provinciam non habebit.[7] Kalendis ei denique Martiis,[8] nascetur repente provincia. 38. Attamen[9] his sententiis Piso in provincia[o] permanebit. Quæ cum gravia sunt,[10] tum nihil gravius illo, quod mulctari imperatorem diminutione provinciæ,[p] contumeliosum est; neque solum summo in viro, sed etiam mediocri in homine ne accidat, providendum.

XVI. Ego vos intelligo, patres conscripti, multos decrevisse honores eximios[1] C. Cæsari, et prope singulares:

5 *Fuerit toto consulatu in ea provincia* Erf. Mox, *designatus, et decreta provincia sortietur* C. *decreta: sortietur, &c.* Orell.—6 *Proficiscitur* C H S T χ ψ. Pro *quo? quo* H S T χ ψ habent *quoque.*—7 Cod. χ *non habebat.*—8 Ita Erf. *Martii* ψ.—9 *Et tamen* T. *Ac tamen* C H S ψ.—10 H a m. sec. *sint.* Mox, *quod militari* T. *diminutione* ψ. *mediocri homine* T. *in mediocri homine* edd. ante Grut.

CAP. XVI. 1 Lamb. *eximios honores.* Mox, *prope* deest in C. *singularis* C

NOTÆ

[l] *Desponsam*] Alludit ad sponsalia quæ nuptias in diem differunt, et eas reddunt incertas, quia quandoque levibus de causis repudiantur.

[m] *Sortietur*] Kalendis Januariis provincias consules sortiebantur, aut sponte de iis inter se conveniebant.

[n] *Paludatus*] Ubi provinciam consules obtinuerant, tum sponte sua, aut senatusconsulto paludati exibant. Verum antequam id facerent, in Capitolium venientes, ibi solennia pro republica vota nuncupabant, atque inde paludamento, lictoribus insignibusque imperii ceteris assumtis, recta ad portam urbis ibant, ad quam veteri instituto salutati, inde aut continuo, amicis officii causa aliquanto viæ spatio prosequentibus, ac bene ominantibus, in provinciam iter ingrediebantur; aut si quid negotii in urbe haberent, ad urbem per aliquot dies aut menses manebant, quia in urbe cum imperio esse non poterant. Paludamentum autem, quo consules aut prætores, in provinciam exeuntes, amicti fuere, pallium fuit imperatorium, cocco, purpura, et auro distinctum, ita dictum, quod eo indutus palam faceret imperator, se ad bellum exire.

[o] *In provincia*] Macedonia, a qua non revocatur.

[p] *Diminutione provinciæ*] Diminuere provinciam, nihil aliud est, quam decreto senatus vel partem provinciæ suæ, vel exercitus perdere.

Digitized by Google

[*p.* 77.] si quod ita meritus erat, grati; sin etiam, ut quam conjunctissimus huic ordini esset, sapientes, ac divini fuistis.[q] Neminem unquam est hic ordo complexus honoribus et beneficiis suis, qui ullam dignitatem præstabiliorem ea,[2] quam per vos esset adeptus, putarit: nemo unquam hic potuit esse princeps,[r] qui maluerit esse popularis.[s] Sed homines, aut propter dignitatem[3] suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab hujus ordinis conjunctione depulsi, sæpe ex hoc portu[t] se in illos fluctus prope necessario contulerunt: qui si ex illa jactatione cursuque populari, bene gesta republica, referunt aspectum in curiam, atque huic amplissimæ dignitati commendati esse volunt; non modo non repellendi sunt, verum etiam expetendi. 39. Monemur[4] a fortissimo viro, atque optimo post hominum memoriam consule,[u] ut provideamus, ne citerior Gallia nobis invitis[x] alicui decernatur, post eos consules,

H S ψ. Tum, *si et ita* T. *quod ita* Manut. et al. vett. *gratis etiam* C H S T χ, Manut. et edd. vett. ‘*Si etiam, ut quam*] Sic locus videbatur constituendus e codd. lectt. et conj. VV. DD. qua in lectione conjecturæ jam nihil debetur nisi literula *i* e corrupto *gratisetiam*. Primum membrum, et meritum esse Cæsarem, et gratos fuisse senatores, certissima res est, neque patitur particulam *si: ἐξ ὑποθέσεως* alterum duntaxat est membrum. *singulares; quod ita meritus erat gratis etiam ut quam conj.* varie distinguentes, codd. plerique, Venet. 1483. Junt. Hervag. Lamb. *singulares; quod ita meritus erat, gratis; sin etiam, ut quam, &c.* e Gulielmii conj. Grut. Græv. *singulares; si quod ita meritus erat, grati: sin etiam, ut quam* e Gruteri maxime conj. (nam *grati* firmatur codd. ed. Wald. Rom.) Ernesti et Schutz. *singulares. Quod ita meritus erat, grati: etiam ut quam* codex unus Oxon. unde nostram desumsimus emend.’ *Orell.*—2 C *eam.* Idem mox, *maluerit compopularis.*—3 Orell. e Schutzii conj. *indignitatem;* margo ed. Lamb. *dignitatem vestram.*—4 *Movemur* C. Mox, *nobis multis alicui* in eodem cod. *qui vicerunt designati* Erf.—

NOTÆ

[q] *Sapientes, ac divini fuistis*] Laudat sapientiam et divinum plane senatus consilium, cum tot honoribus Cæsarem cumularunt.

[r] *Esse princeps*] Id est, primus hujus ordinis senatorii.

[s] *Popularis*] Dicebatur ille popularis qui populo favebat.

[t] *Sæpe ex hoc portu*] Metaphora. Intelligit eos, qui impulsi obtrectationibus pessimorum civium, a senatu, sive ab optimatibus, ad populum convertuntur, eique student unice.

[u] *Consule*] Cn. Cornelio Lentulo Marcellino.

[x] *Nobis invitis*] Timebat videlicet ille consul, ne invito senatu, alicui populari Gallia decerneretur a populo: quare, ut refert Suetonius in Cæsare, statim atque per legem Va-

Digitized by Google

qui nunc erunt designati; perpetuoque posthac ab iis, qui hunc ordinem oppugnent, populari ac turbulenta ratione teneatur. Quam ego plagam[5] etsi non contemno, patres conscripti, præsertim monitus a sapientissimo consule, et diligentissimo custode pacis et otii, tamen vehementius arbitror pertimescendum,[6] si hominum clarissimorum ac potentissimorum aut honorem minuero, aut studium erga hunc ordinem repudiaro: nam ut C. Julius, omnibus a senatu eximiis ac novis[7] rebus ornatus, per manus hanc provinciam tradat ei, cui minime vos velitis;[y] per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei[8] ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicandum nullo modo possum. Postremo, quo quisque animo futurus sit, nescio: quid sperem, video: præstare hoc senator debeo, quantum possum, ne quis vir clarus, aut potens,[9] huic ordini jure irasci posse videatur. 40. Atque hoc,[10] si inimicissimus essem C. Cæsari, sentirem tamen reipublicæ causa.

XVII. Sed non alienum esse arbitror, quo minus sæpe aut interpeller a nonnullis, aut tacitorum existimatione[1] reprehendar, explicare breviter, quæ mihi sit ratio, et causa cum Cæsare. Ac primum illud tempus familiaritatis et consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni,[a] consobrino nostro, ab omnium nostrum adoles-

5 *Quam ego palam* Erf. et duo alii codd. Grævil. *etsi non continuo* Franc. *etsi non contempto* Erf.—6 Barb. χ, Rom. Venet. 1483. Junt. Naug. Hervag. Camer. Steph. *pertimescendam*; ψ *studium pertimescendum.* Mox, *si hom. præclarissimorum* Rom. Venet. 1483. ed. 1584. *aut potent.* C. *atque potent.* T.—7 Ita H S T χ ψ, et edd. antiquiss. *aut novis* Grut. e codd. Victorii et Pal. 9. *honoribus ornatus* Lamb.—8 Pro *ei* C T ψ habent *sit*; H S χ *sic*, Erf. *si*. Mox, *adduci ad supplicandum* C H. *adduci ad suspicationem* Erf.—9 Garat. conj. *ac potens.*—10 *Atque hæc* C. *Atque ego hæc* T.

CAP. XVII. 1 Ita codd. meliores, Junt. Grut. seqq. *tacitorum æstimatione* cod. Steph. Rom. Venett. 1480. 1483. *tacita existimatione* Ald. Hervag. Naug. Camer. Lamb. *tacita æstimatione* Manut. Steph. *tacitorum extima-*

NOTÆ

tiniam, Galliam Transalpinam Cæsar accepit, mox senatus Cisalpinam ei decrevit.

y *Cui minime vos velitis*] Nempe tradi.

a *C. Varroni*] C. Visellius Varro consobrinus Ciceronis fuit, ut ipse testatur de Clar. Orat. et quo ne-

Digitized by Google

centia fuit, prætermitto. Posteaquam sum penitus[2] in rempublicam ingressus, ita dissensi ab illo, ut, in disjunctione sententiæ,[a b] conjuncti tamen amicitia maneremus. 41. Consul ille egit[c] eas res, quarum me participem esse[3] voluit: quibus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debebat. Me ille, ut quinqueviratum[d] acciperem, rogavit: me in tribus sibi conjunctissimis consularibus[e] esse voluit: mihi legationem,[f] quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit: quæ ego omnia[4] non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ[g] repudiavi: quam sapienter,[h] non disputo: multis enim non probabo: constanter quidem[i] et fortiter certe: qui cum me firmissi-

[a] *Disjuncti opinione.*

tione χ. Cf. pro Balb. § 2.—2 Lamb. 1584. omittit *penitus*. Actutum, *in republica* ψ. *conjuncta tamen amicitia maneret* C. *conjuncti t. amicitiam amaremus* quidam codd. ap. Græv. *in amicitia* conj. Lamb.—3 Ita e codd. Lamb. in ed. 1584. Grut. seqq. *participem me esse* edd. ante Lamb. Mox, *ut vigintiviratum*, de conjecturà Manutii, Schutz. probantibus Mazoch. Ernesti, Garat. ' Neque ego respuo. Unum tamen dubium cum Abramio restat, quod video in Epist. ad Att. II. 7. eadem in re memorari etiam *quinqueviratum;* munus sane honorificentius etiam, quam xx.viratum. De quinqueviratu jam loqui quosdam ibi dicit. Quid? si ea de re, nunquam perfecta, cum nostro verba fecerit Cæsar?' *Orell.*—4 Pro *omnia* C habet *jam*. Paulo post, *et popularis*

NOTÆ

mo cito verbis aptior fuit, neque sententiis crebrior: sed, Valerio teste, VIII. 2. libidinibus suis infamis.

[b] *Disjunctione sententiæ*] Cum Cato suasisset in senatu, ut Catilinariæ conjurationis socii morte mulctarentur, dissuasit Cæsar. Cicero consul sententiam Catonis secutus est. Conjuncti tamen amicitia Cicero et Cæsar remanserunt.

[c] *Consul ille egit*] Tulit legem de agro Campano dividendo, qui vectigalis relictus erat ad subsidia reipublicæ; qua non mediocriter offensus est senatus, quia nimis favere sic populo videbatur.

[d] *Quinqueviratum*] Ut fieret agri Campani divisio, viginti viros constituit ad hanc curationem: quindecim ad æstimandum comparati sunt, quinque ad dividendum: sed hanc provinciam, ut minus gratam optimatibus, Cicero repudiavit.

[e] *Me in tribus sibi conjunctissimis consularibus*] Pompeio, Pisone, et Cicerone.

[f] *Mihi legationem*] De illa legatione dictum est in Orat. pro Balbo.

[g] *Obstinatione q. sententiæ*] Omnia hæc oblata a Cæsare munera rejecit Cicero, ne optimatibus displiceret.

[h] *Quam sapienter*] Nempe 'fecisse' subauditur.

[i] *Constanter quidem*] Ait saltem se constanter et fortiter hæc munera repudiasse.

Digitized by Google

mis opibus contra scelus inimicorum[k] munire, et populares impetus populari præsidio[l] propulsare possem,[5] quamvis excipere fortunam, subire vim atque injuriam malui, quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. Sed non is solum gratus debet esse, qui accepit beneficium, verum etiam is, cui potestas accipiendi fuit. Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, et convenire iis rebus quas gesseram, non putabam. [*p.* 78.] Illum quidem amico animo me habere eodem loco, quo principem civem,[6] suum generum,[b m] sentiebam. 42. Traduxit ad plebem inimicum[n] meum; sive iratus mihi, quod me secum ne beneficiis[7] quidem videbat posse conjungi; sive exoratus.[o] Ne hæc[8] quidem fuit injuria:[p] nam postea me, ut sibi essem legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit. Ne id quidem accepi; non quo[9] alienum mea dignitate arbitrarer, sed quod tantum reipublicæ sceleris impendere a consulibus proximis[q] non suspicabar.

[b] *Sentiebam me eundem locum habere in animo Cæsaris quam generum.*

χ.—5 Edd. ante Lamb. *possem propulsare.* Mox, *quamvis subire* Lamb. in ed. 1566.—6 Optimi codd. Erf. H T χ ψ, Rom. Venet. 1480. 1483. Ald. Hervag. Græv. Orell. *civium;* Junt. Naug. Lamb. Grut. Schutz. *civem.*—7 C H S T *ne in beneficiis.*—8 Ita Erf. T, Rom. Lamb. Græv. Schutz. Orell. *Ne hoc* plerique codd. C H S χ ψ, Junt. Hervag. Naug. Grut.—9 Lamb. *non quod.* Mox, *sed quo* H a m. sec.

NOTÆ

[k] *Contra scelus inimicorum*] Clodianorum videlicet.

[l] *Populari præsidio*] Qui aberant legationis, aut alicujus publici muneris causa, vocari non poterant in judicium. Hanc si Cicero acceptasset, se contra Clodium per totum ejus tribunatus tempus munivisset. Porro vocat populare præsidium, quia qui illud dabat Cæsar, gratiosus erat populo, a quo lege Vatinia Galliam citeriorem obtinebat.

[m] *Generum*] Pompeium.

[n] *Traduxit ad plebem inimicum*] Clodius, ut ultionem sumeret de Cicerone, qui contra eum testimonium dixerat, cum accusatus est BonæDeæ sacra violasse, beneficio Cæsaris, ad plebem e patricio ordine traduci se voluit, ut fieret tribunus plebis, quo tutius Ciceronem accusaret.

[o] *Sive exoratus*] Id est, sive rogatus a Clodianis. Vide Orat. pro Sext. § 16.

[p] *Ne hæc quidem fuit injuria*] Traducendo Clodium ad populum, non Ciceroni fecit injuriam, quia legationem ei obtulit.

[q] *A consulibus proximis*] A Gabinio et Pisone, quibus adjuvantibus vexa-

Digitized by Google

XVIII. Ergo adhuc magis est mihi verendum, ne mea superbia in illius liberalitate, quam ne illius injuria [1] in nostra amicitia reprehendatur 43. Ecce illa tempestas,[2] caligo bonorum, et subita atque improvisa formido, tenebræ reipublicæ, ruina atque incendium civitatis, terror injectus Cæsari [r] de ejus actis, metus cædis bonis omnibus, consulum scelus, cupiditas, egestas, audacia. Si non sum adjutus,[s] non debuit;[3] si desertus, sibi fortasse providit; si etiam oppugnatus, (ut quidam [t] aut putant aut volunt) violata amicitia est, accepi injuriam, inimicus esse debui; non nego:[4] sed, si idem ille tum me salvum esse voluit, cum vos me, ut carissimum filium, desiderabatis; et si vos iidem [5] pertinere ad causam illam putabatis, voluntatem C. Cæsaris a salute mea non abhorrere; et, si illius voluntatis generum ejus habeo testem, qui idem Italiam in municipiis, populum Romanum in concione,[6] vos, mei semper cupidissimos, in Capitolio,[u] ad meam salutem incitavit; si denique Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris, et sponsor est illi de mea; nonne vobis videor, et ultimi temporis recordatione, et proximi memoria, medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possum [7] evellere, ex animo quidem certe excidere?[c] 44.

[c] *Eradere.*

CAP. XVIII. 1 Erf. *quam ejus injuria.*—2 *Ecce illa, illa temp.* H S, Manut: Steph. *Ecce illa temp. illa* Lamb.—3 Ita Erf. aliique codd. Junt. Naug. Lamb. 1566. Græv. Schutz. *non debui* ψ, edd. antiquiss. Hervag. Lamb. 1584. Grut. Mox, *fortasse* omittunt C H S T χ, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt.—4 Erf. *non negabo*, probante Garat. Mox, *ille tunc* in eodem cod.—5 Erf. C H S T, *si vos idem.*—6 C H S T χ *populum Romanum concione.*—7 Ita cod. Steph. T

NOTÆ

tus a Clodio est, et abire coactus est in exilium Cicero.

[r] *Terror injectus Cæsari*] Timuit Cæsar, ne quæ anno superiori gesserat, ac leges omnes quas tulerat, quas latas contra auspicia Bibulus, Domitius, et Marcellus criminabantur, a prætoribus infirmarentur: qua de causa P. Clodium, audacem et perditum hominem, tribunum plebis sua factum opera, sibi adjunxit, quo facilius prætoribus obsisteret.

[s] *Non sum adjutus*] A Cæsare.

[t] *Ut quidam*] Bibulus videlicet, Marcellus, Domitius, inimici Cæsaris.

[u] *In Capitolio*] Ubi senatus habebatur.

Digitized by Google

Ego vero, si mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem, atque inimicitias meas reipublicæ concessisse, quod magni [8] cujusdam hominis et persapientis videtur; utar hoc, quod non tam ad laudem adipiscendam, quam ad vitandam vituperationem valet, hominem me esse gratum, et non modo tantis beneficiis, sed etiam mediocri hominum benevolentia commoveri. XIX. A viris fortissimis,[x] et de me optime meritis quibusdam peto, ut si ego illos meorum laborum et incommodorum participes esse nolui,[1] ne illi me suarum inimicitiarum socium velint esse; præsertim cum mihi iidem illi concesserint, ut etiam acta illa Cæsaris, quæ neque oppugnavi antea, neque defendi, meo jam jure possim defendere. 45. Nam summi civitatis viri,[y] quorum ego consilio rempublicam conservavi, et quorum auctoritate illam conjunctionem Cæsaris [2] defugi, Julias leges,[z] et ceteras, illo consule, rogatas, jure latas negabant:[3] iidem illam proscriptionem [a] capitis mei, contra salutem reipublicæ, sed salvis auspiciis, rogatam esse dicebant. Itaque vir summa auctoritate,[b] summa eloquentia, dixit graviter,

χ ψ, Venet. 1480. Lamb. in marg. ed. 1584. Schutz. *possim* C, Lamb. 1566. *possem* H S, et reliquæ edd.—8 T et cod. Stephani *si hoc magni*; C H *hoc magis*.

CAP. XIX. 1 Cod. χ *esse volui*. Mox, *volunt esse* H. *cum mihi idem illi* Erf. *mihi* deest in C H S T χ. Deinde, pro *meo jam jure*, Erf. habet *me omnia jure*.—2 H S *conjurationem Catilinæ*; χ *conjurationem Cæsari*. Actutum, *diffugi* C.—3 Ita emend. Ernesti, eumque secutus est Schutz. *negant* exhibent codd. aliæque edd. omnes. Mox, hæc omnia, *salvis ausp. r. e. d. I. v. s.*

NOTÆ

[x] *A viris fortissimis*] Cæsaris inimicis, quales fuere Bibulus, Marcellus, &c.

[y] *Summi civitatis viri*] Videtur inter ceteros Catonem indicare, qui summo ipsi adjumento fuit in opprimenda conjuratione Catilinæ.

[z] *Julias leges*] Contendebat Cato cum aliis, leges latas a Cæsare non valere, quod contra auspicia latæ essent, quia tunc Bibulus, ejus collega, de cœlo servabat.

[a] *Illam proscriptionem*] Volebant illi summa auctoritate viri, legem quam Clodius tribunus plebis contra Ciceronem tulerat, haud esse legitimam, non quod contra auspicia, sed quod a Clodio lata esset; qui cum ipse contra auspicia traductus esset e patriciis ad plebem, tribunus plebis non erat habendus; quia tribunatum gerere tantum plebeiis fas fuit.

[b] *Vir summa auctoritate*] Marcellus prætor intercessit contra acta Cæsa-

Digitized by Google

casum illum meum, funus esse reipublicæ, sed funus justum et indictum:[4][c] mihi ipsi omnino perhonorificum, discessum meum funus dici reipublicæ. Reliqua non reprehendo; sed mihi ad id, quod sentio, assumo:[d] nam, si illud[5] jure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cœlo servarat; oblitine erant, tum, cum ille, qui id egerat, plebeius est lege curiata[d] factus, dici de cœlo esse servatum?[e] qui si plebeius omnino esse non potuit, qui tribunus plebis potuit esse? et, cujus[6] tribunatus si ratus[f] est, nihil est, quod irritum ex actis Cæsaris possit esse; ejus non solum tribunatus ratus,[7] sed etiam perniciosissimæ res, auspiciorum religione conservata, jure latæ videbuntur? 46. [p. 79.] Quare aut vobis statuendum est, legem Æliam[e] manere, legem Fufiam[f] non esse abrogatam, non omnibus fastis[g]

[d] *Sed assumo quod est mihi utile.*

[e] *Oblitine erant tunc dictum fuisse, auguria fuisse servata, cum Clodius, qui tulerat hanc legem, factus est plebeius?*

[f] *Probatus.*

a. s. e. d. g. c. i. m. f. esse reipublicæ, desunt in χ. *summa auctoritate* desunt in C H S T.—4 T *interdictum.* Actutum, *Est mihi ipsi* Lamb. et Orell. *et mihi ipsi* Hervag. Manut. Steph. *omnino* deest in H S χ.—5 Junt. *nam, si id.* Mox, hæc omnia, *de cœlo s. o. e. t. c. i. q. i. e. p. e. l. c. f. dici* desunt in C H S T χ.—6 Ernesti conj. *et ejus;* refutant Garat. et Schutz. *et* omittit Junt. Mox, *quod non irritum* conj. Lamb. in ed. 1566.—7 Ita Ernesti de conjec-

NOTÆ

ris, eaque rescindere conatus est.

[c] *Funus justum et indictum*] Respicit ad morem funerum, quæ justa putabantur, cum a familia indicta atque promulgata erant. Vide Orat. pro Domo, § 42.

[d] *Lege curiata*] Quid sit lex illa dictum est in Orat. Agraria II. § 26. Nota tantum, quod adoptiones ad jus pontificum pertinerent, propter sacrorum mutationem: nam qui in familiam alienam transibant, illius familiæ sacra assumebant.

[e] *Legem Æliam*] Hanc legem tulit Q. Ælius consul cum M. Junio, anno urbis conditæ 596. ut quoties cum populo ageretur, augures de cælo servarent; magistratus et obnuntiandi, id est, denuntiandi agi per Jovem non licere, et legislationi intercedendi, potestatem haberent: nam cum lex ferretur, augures de cœlo servabant: magistratus, si quid observatum erat, quo impediri comitia possent, denuntiabant.

[f] *Legem Fufiam*] P. Furius, sive Fufius, consul cum Sexto Attilio, anno urbis 617. tulit, ut certis diebus, qui tamen fasti essent, agi cum populo non liceret.

[g] *Non omnibus fastis*] Tulit Clodius legem, ne quis per eos dies, quibus

Digitized by Google

legem ferri licere; cum lex feratur, de cœlo servari,[8] obnuntiari, intercedi licere; censorium judicium[h] ac notionem, et illud morum severissimum magisterium, non esse nefariis legibus de civitate sublatum; si patricius tribunus plebis fuerit, contra leges sacratas;[i] si plebeius, contra auspicia[k] fuisse:[9] aut mihi concedant homines oportet, in rebus bonis[l] non exquirere jura ea, quæ ipsi in perditis non exquirunt; præsertim cum ab illis aliquoties conditio C. Cæsari lata sit, ut easdem res[10] alio modo ferret; qua conditione auspicia requirebant, leges comprobabant: in Clodio auspiciorum ratio sit eadem,[m] leges omnes sint eversæ ac perditæ civitatis.

XX. 47. Extremum illud est: ego,[1] si essent inimicitiæ

---

tura; et sic quoque Schutz. *ratus* non agnoscunt codd. et edd. ante Ernesti. Mox *perniciosissimæ leges* Lamb. e conj. *religione conservatæ* χ ψ. *jure laudatæ* ψ.—8 C H S *observari*. Mox, *judicium* deest in χ. *et illum morem* S T χ, et edd. antiquiss. *et illud merum* C. *severissimum magistratum* C H S T, edd. ante Naug. et Junt.—9 Verbum *fuisse* deest in H. Mox, *aut in rebus* χ ψ, et edd. vett. *in rebus* Erf. C H S T, Hervag. Lamb. Schutz. Orell. *ut in rebus b. non exquiram* conj. Garat. *ea jura* Lamb. Deinde, *perditis non exquirunt* Erf.—10 Voc. *res* deest in H S T χ. Mox, *leges comprobabantur* C. *leges comprobantur* H. *leges comprobant* χ. *aut in Clodio* de Manutii conjectura Aldus nepos; *at in Clodio* conj. Garat.

CAP. XX. 1 Ita Junt. et seqq. *cum ego* cod. Steph. Erf. C H S T χ, et

NOTÆ

cum populo agi liceret, de cœlo servaret; ut omnibus fastis legem ferri liceret: qua de causa legem Æliam, et Fufiam, a Clodio sublatam esse Cicero conqueritur. De fastis vide Orat. pro Sextio, § 34.

[h] *Censorium judicium*] Tulit Clodius, ne quem censores in legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi, qui apud eos accusatus, et utriusque censoris sententia damnatus esset. Censorum autem fuit notare mores eorum qui minus honeste viverent, et eos omni ordine ac tribu movere.

[i] *Contra leges sacratas*] Tulit de tribunis plebis L. Junius Brutus, primus creatus, Cassio, Cominio coss. anno urbis 259. ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset; neve cui patrum, eum magistratum capere liceret.

[k] *Contra auspicia*] Cum legem ferebat Cæsar in populi comitiis, ut P. Clodio transire ad populum liceret, eo die Lentulus de cœlo servabat.

[l] *In rebus bonis*] Significat per res bonas, acta Cæsaris, hoc sensu: 'Si negligunt legum severitatem in actis Clodii, debemus etiam negligere in actis Cæsaris.'

[m] *Auspiciorum ratio sit eadem*] In auspiciis negligendis par Clodii et Cæsaris fuit ratio, in legibus autem dissimilis: nam illius leges sunt eversæ et perditæ civitatis; hujus vero etiam ab inimicis comprobatæ sunt.

Digitized by Google

mihi cum C. Cæsare, tamen hoc tempore reipublicæ consulere, inimicitias in aliud tempus reservare deberem: possem etiam, summorum virorum exemplo,[n] inimicitias reipublicæ causa deponere: sed,[2] cum inimicitiæ fuerint nunquam, opinio injuriæ beneficio sit exstincta;[o] sententia mea, patres conscripti, si dignitas[p] agitur C. Cæsaris, homini tribuam; si honos[q] quidam, senatus concordiæ consulam; si auctoritas decretorum vestrorum, constantiam ordinis in eodem ornando imperatore servabo; si perpetua ratio Gallici belli, reipublicæ providebo; si aliquod meum privatum officium, me non ingratum esse[3] præstabo. Atque hoc velim probare[4] omnibus, patres conscripti: sed levissime feram, si forte aut iis minus probaro, qui meum inimicum, repugnante vestra[5] auctoritate, texerunt,[r] aut iis, si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam vituperabunt, cum ipsi et cum meo et cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

edd. antiquiss. non improbante Garat. 'Est tamen ab interpolatore.' *Orell.* Mox, *reip. consulerem* H ψ. *in aliud* omittit χ.—2 Pro *sed* C H S T χ, et edd. ante Junt. habent *et*. Mox, *agitur Cæsaris*, omisso prænomine, T. *agitur C. Cæsari* C. *si honos quidem* C T.—3 Verbum *esse* omittunt Lamb. Schutz. improbante Orell.—4 Ernesti conj. *probari*.—5 Cod. χ *mea*. Mox, *iis, si* omittit Erf. *si* omittit Græv.

NOTÆ

[n] *Summorum virorum exemplo*] De his dictum § 21. et sequentibus.

[o] *Beneficio sit exstincta*] Quod nempe a Cæsare accepit.

[p] *Si dignitas*] Si in dubium vocetur Cæsar, utrum dignus an indignus sit, qui Galliam utramque regat, non sinam illius dignitatem imminui.

[q] *Si honos*] Si quæratur, an novis honoribus decorandus sit, efficiam ut hic senatorius ordo ipsi sit benevolus.

[r] *Texerunt*] Cum Milo vocare vellet in judicium Clodium, a multis senatoribus prohibitus est.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

PRO L. CORNELIO BALBO

ORATIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

L. Cornelius Balbus Gaditanus fuit. Is, propter operam in re militari præstitam Romanis, a Pompeio donatus est civitate Romana ex lege Gellia Cornelia, qua Pompeio potestas permissa erat, singillatim homines, de consilii sententia, civitate donandi, quos vellet. Eo præmio cum esset aliquamdiu usus, controversia ei mota est de civitate a Gaditano quodam. Is duobus argumentis erat usus, primo, quod populus Gaditanus non esset fundus factus legis Gelliæ Corneliæ, h. e. eam non ascivisset et approbasset: secundo, quod fœdus esset cum populo Gaditano sacrosanctum; quod autem sacrosanctum esset, ejus nulla pars violari aut auferri posset, neque adeo liceret civem Gaditanis auferre. Defensores nactus est Balbus Crassum, Pompeium ipsum, et Ciceronem, a quo causa est perorata. Oratio ejus in his duobus argumentis dissolvendis inprimis versatur. Nam primo ostendit, fundum fieri posse populum fœderatum aut liberum quemcunque, permittente populo Romano, legum tantum civilium, non autem earum, quæ ad imperium populi Romani, bella, victorias pertineant, qualis Gellia Cornelia sit. Deinde non modo in rogatione Gellia Cornelia nihil, quod sacrosanctum esset, exceptum esse docet, sed etiam fœdus illud non esse sacrosanctum, quod non a populo aut plebe esset sancitum, neque obtestatione legis aut consecratione capitis sacratum. Itaque et summos imperatores hominibus et fœderatis populis civitatem impertiisse, eamque rem sæpe senatus auctoritate ac judicum sententiis, populi denique suffragiis, esse comprobatam. Exordium magnificas Pompeii laudes continet, et conclusio invidiam familiaritatis deprecatur, quæ Balbo cum Cæsare intercedebat.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 55.] Si auctoritates patronorum in

Digitized by Google

judiciis valent,[1] ab amplissimis viris L. Cornelii causa defensa est; si usus, a peritissimis; si ingenia, ab eloquentissimis; si studia, ab amicissimis, et cum beneficiis cum L. Cornelio, tum maxima familiaritate conjunctis.[2] Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ,[a] quantam vos in me esse voluistis, usus mediocris, ingenii minime voluntati paris:[a] nam[b] ceteris, a quibus est defensus,[b] hunc debere plurimum video: ego, quantum ei debeam, alio loco.[3] 2. Principio orationis[4] hoc oppono,[c] me omnibus, qui amici fuerint saluti et dignitati meæ,[c] si minus referenda gratia satisfacere potuerim, at prædicanda et habenda certe satis esse facturum. Quæ fuerit hesterno die[d] Cn. Pompeii gravitas[e] in dicendo, judices, quæ facultas, quæ copia, non opinione[5] tacita vestrorum animorum, sed perspicua admi-

[a] *Respondentis.* [b] *Præterea.* [c] *Propono.*

CAP. I. 1 Ita conj. Ernesti, receperunt Schutz. et Orell. probante Garat. *valerent* edd. vett. Mox, *viris* omittunt codd. Lambini, probante Garat. Paulo post, *et tum benef.* χ.—2 Idem codex *conjunctus*; et mox, *auctoritates tantæ quantas.* Deinde, *voluntati parens* H S T χ.—3 Ita optimi codd. Gruteri, Rom. Venet. 1483. Grut. Græv. Orell. probante Garat. *alio loco ostendam* ed. Wald. Venet. 1480. Junt. Lamb. Schutz. *ostendam alio loco* ex uno cod. Lall. *ostendam* in margine habet Barb.—4 *Principio rationis* ψ. Actutum, *hoc pono* Lamb. Schutz. Orell. de conjectura Augustini; *orationis hujus propono* Guelf. a m. sec. Mox, *ad ferendam gratiam* T. *ad ferendum gratiam* H χ. *ad prædicandam et habendam* H S ψ. *ad prædicandum et habendum* T. *saluti meæ et dignitati, si minus ad referendam gratiam satisf. potuerim ad prædicandum et habendam* edd. ante Hervag. et Naug. *potuerimus* Barb. Venet. 1480. et Junt. —5 Cod. χ *opinione.* Mox, *nostrorum* H. *declarare videbantur* idem cod.

NOTÆ

[a] *Auctoritatis tantæ*] Fatetur se nullam aliam auctoritatem habere quam eam, quam sibi populus Rom. concessit; factus enim fuerat ab eo quæstor, ædilis, prætor, et consul.

[b] *A quibus est defensus*] A Crasso et Pompeio jam defensus Balbus fuerat.

[c] *Amici fuerint saluti et d. meæ*] Designat tempus, quo a Clodianis cedere in exilium coactus est, et ab amicis revocatus est in patriam.

[d] *Hesterno die*] Dixit Pompeius pridie hujus diei, quo Cicero hanc orationem egit. Hinc intelligitur, non uno et eodem die solitos fuisse oratores pro eodem dicere.

[e] *Pompeii gravitas, &c.*] Breviter excurrit in laudes Pompeii, quem tantum oratorem, quantum imperatorem fuisse ostendit. Tanta autem fuit eloquentiæ dignitas apud Romanos, ut vel maximi imperatores eam affectarent. Quod non de Pompeio solum, sed et de Cæsare refert Cicero.

Digitized by Google

ratione declarari videbatur: nihil enim unquam audivi, quod mihi de jure subtilius dici videretur, nihil de more [f] majorum, de exemplis [6] acutius, nihil peritius de fœderibus,[g] nihil illustriore auctoritate de bellis, nihil de republica gravius, nihil de ipso modestius, nihil de causa et crimine [e] ornatius; 3. ut mihi jam verum videatur illud esse, quod nonnulli,[h] literis ac studiis doctrinæ [7] dediti, quasi quiddam incredibile dicere putabantur, eum, qui omnes animo virtutes penitus comprehendisset, omnia quam facillime tractare. Quæ enim in L. Crasso [8] [i] potuit, homine nato ad dicendi singularem quandam facultatem, si hanc causam ageret, major esse ubertas, varietas, copia, quam fuit in eo, qui tantum potuit impertire huic studio [f] temporis, quantum ipse, a pueritia [k] usque ad hanc ætatem, a con-

[e] *Criminatione.* [f] *Eloquentiæ.*

declarari videbantur S.—6 Ita C H S χ ψ, Lamb. in ed. 1566. et Schutz. *nihil memoria majore de exemplis* Garat. ex variis codd. corruptelis; recepit Orell. *nihil de memoria, de more, de exemplis* edd. ante Lamb. item Grut. et Græv. *nihil de more, de exemplis* conj. Manut. probante Garat. *nihil de more majorum exemplis* T. *nihil de memoria, de majore, de exemplis* Erf. aliique codd. ap. Græv. *nihil de memoria majore exemplis* Pal. 9. *acutius* deest in Erf. et Orell. Mox, *de illustriore* H S T χ. *auctore* χ. *de bello* H. *nihil de se ipso* conj. Garat. *molestius* ψ.—7 Ita codd. Stephani, C H T ψ, Lamb. Grut. seqq. *literati ac st. doctrinæque* S, et edd. ante Steph. Mox, *ei, qui* H S χ ψ. *omnis* χ. *comprehendissent* χ. Tum, *omnia, quæ facere vellet, facillime tractare* edd. vett. et Orell. *omnia quæ faceret tractare* Erf. *omnia quæ faceret, facillime tractare* Græv. *vellet facere* Barb. *tractaret* S T χ.—8 *L. Catulo* χ. Mox,

NOTÆ

[f] *More*] Mos est quod sine lege, vim tamen legis obtinet, et, ut ait Cicero in Topicis, pars est juris.

[g] *De fœderibus*] Illa fœdera intelligit, quæ cum variis orbis nationibus a Romanis facta sunt.

[h] *Nonnulli*] Non est dubium quin de Stoicis philosophis loquatur, qui de paradoxis locuti sunt, id est, de rebus quæ incredibiles videntur, quas hic non affert, quia non valent in foro; v.g. qui haberet unam virtutem, omnes alias habere.

[i] *In L. Crasso*] Extollit eloquentiam Pompeii, eum cum L. Crasso conferendo, cujus tanta fuit dicendi facultas, ut nemo par ei fuerit ingenio, et eloquentiæ copia, ut de eo ait Cic. de Orat. lib. II.

[k] *Quantum ipse, a pueritia*] Pompeius ab extremo pueritiæ tempore maximorum bellorum imperium habuit, ut in Orat. pro lege Manilia dictum est: quare vix potuit se tradere eloquentiæ, ad quam non minus natus, quam Crassus, videbatur, et quem facile superasset.

Digitized by Google

tinuis bellis et victoriis conquievit? 4. Quo mihi difficilior est hic extremus[9] perorandi locus.[l] Etenim ei succedo orationi, quæ non[10] prætervecta sit[g] aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit;[h] ut plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quam non modo ex mea, sed cujusquam oratione capere possitis. II. Sed mos est gerendus non modo Cornelio, cujus ego voluntati in ejus periculis nullo modo deesse possum, sed etiam Cn. Pompeio, qui sui facti,[m] sui judicii, sui beneficii, voluit me esse (ut apud eosdem vos, judices, nuper in alia causa[n] fuerim)[1] et prædicatorem et auctorem.[2]

5. Ac mihi quidem hoc dignum rei[3] videtur, hoc deberi hujus excellentis viri præstantissimæ gloriæ, hoc proprium esse vestri officii, hoc satis esse causæ, ut, quod fecisse Cn. Pompeium constet, id omnes et licuisse concedant. Nam verius nihil est, quam quod hesterno die dixit ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare,[a] ut nullius in delicti crimen vocaretur. Non enim furatus esse civitatem,[b] non genus [suum][4] ementitus,[c] non in aliquo impu-

[g] *Præterierit.* [h] *Inhæserit.*

major esset χ. Tum *potuit* deest in χ ψ.—9 Cod. χ *exercitatus.*—10 Idem cod. *orationi aut non.* Mox, *orationis* suspectum Orellio. Tum *modo in mea* Erf. et χ. *sed ex cujusquam* edd. ante Grut. *sed quam ex cujusquam* cod. Steph. *quam cujusquam* Erf.

Cap. II. 1 Erf. *fuerit.*—2 Ita codd. aliquot, edd. ante Lamb. Græv. Schutz. Orell. *actorem* Erf. Lamb. Grut.—3 Ita Erf. Barb. C ψ, Rom. Venet. 1480. 1483. Schutz. Orell. *dignum reo* H S T χ, Naug. Lamb. Grut. Græv. *dignum eo* Ald. Junt. Hervag. *dignum republica* conj. Garat. 'Si deleas *rei*, *dignum* hic, ut aliquoties, absolute positum erit.' *Orell.* Mox, *quod defecisse* χ. Deinde, *ei licuisse* Erf. Steph. Lamb. Orell.—4 Schutz. delevit *suum*;

NOTÆ

[l] *Extremus perorandi locus*] Solebat dari locus ultimus dicendi Ciceroni, quia ad permovendos judices videbatur omnium aptissimus.

[m] *Sui facti*] Pompeius donaverat Balbum civitate.

[n] *In alia causa*] Nihil de illa causa reperitur.

[a] *De fortunis omnibus dimicare*] Dimicare de fortunis, perinde est ac vocari in judicium: quia qui damnati erant, bona et civitatem amittebant.

[b] *Furatus esse civitatem*] Is dicitur furari civitatem, qui cum non sit civis, tanquam civis se gerit, et privilegiis utitur quibus gaudent cives; quod fieri non licet.

Digitized by Google

denti mendacio delituisse,[d] non irrepsisse in censum[e] dicitur: unum objicitur, natum esse Gadibus;[f] quod negat nemo. Ceterum[5] accusator fatetur, hunc in Hispania, durissimo bello,[g] cum Q. Metello,[h] cum C. Memmio,[i] et in classe et in exercitu fuisse, et, ut Pompeius in Hispaniam venerit, Memmiumque habere quæstorem cœperit, nunquam a Memmio discessisse; Carthaginem[k] possessum isse;[6] acerrimis illis prœliis et maximis, Sucronensi[l] et

[illegible] *non aliquo* H S ψ. Mox, *irrepsisse incensum* χ. *ubi objicitur* [illegible] *Cetera* Erf. Pal. 9. cod. Victor. Hervag. Græv. Orell. Mox, *diutissimo bello* Hervag. *a durissimo bellorum Qu. Metello* Erf. *et exercitu* T. *fuisse Pompeii* Erf.—6 Ita e Guelf. Ernesti, Schutz. Orell. *isse possessurum* cod. Steph. *esse profectum* edd. omnes ante Ernesti. Mox, *Turiensi* est ex emend. Grævii, et extat in C: receperunt Schutz. et Orell. *Duriensi* ceteræ edd.

NOTÆ

[c] *Genus suum ementitus*] Ementiri genus suum, est in alienæ familiæ nomen irrepere, ut de Equitio dictum est in orat. pro Sext. § 101.

[d] *Delituisse*] Id de iis dicitur, qui cum abjectissimo loco sint, nobilissimis familiis se inserunt; ac interrogati, ubi tamdiu delituerint, fingunt mendacia.

[e] *Non irrepsisse in censum*] Irrepunt qui dolo et fraude in censorum tabulas suum nomen inferunt. Censebantur olim cives Rom. cum suis omnibus facultatibus; et si quis servus, consentiente, vel jubente domino, nomen suum deferebat in censum, civis Rom. habebatur.

[f] *Gadibus*] Objiciebatur id unum Balbo, quod natus esset Gadibus: ideo autem objiciebat accusator, quod fœdus illud Romanos inter et Gaditanos factum fuerat, ut Gaditani a civibus Rom. non acciperentur, nec Romani a Gaditanis. Gades autem est insula Bæticæ Hispaniæ, quæ vulgo a nobis *Cadiz* dicitur.

[g] *Durissimo bello*] Bellum illud durissimum fuit, quod inter Sertorium et populum Romanum exarsit. De quo vide Plut. in Sertorio, et Pompeio, et Livium passim. Illud autem Sertorius, civis Rom. profugus a partibus Marianis, concitavit.

[h] *Cum Q. Metello*] Q. Metellus Pius, vir consularis, missus est jam senex in Hispaniam contra Sertorium. Verum cum non sufficeret, missus est Cn. Pompeius, adhuc eques Romanus, cum imperio proconsulari.

[i] *Memmio*] Memmius fuit quæstor Pompeii, qui antea L. Luculli fratrem, et ipsum Lucullum postea accusaverat. Is interfectus est in eo prælio, quod commissum est in agro Saguntino Sertorium inter et Metellum, ac Pompeium, ut scribitur a Plut. Dicitur autem eorum fuisse præstantissimus, qui cum Pompeio fuerunt.

[k] *Carthaginem*] Duplex fuit Carthago: una in Libya, vetus et nobilis; altera in Hispania, prope Tarraconem.

[l] *Sucronensi*] Sucro fluvius est Hispaniæ citerioris, ubi quondam oppidum fuisse ait Plin. III. 3. Hic castra Sertorii capta sunt ab Afranio, Pompeii legato; sed ipse postea, cum

Digitized by Google

Turiensi,[m] interfuisse; cum Pompeio ad extremum belli tempus fuisse. 6. Hæc sunt prœlia[7] Cornelii: talis in rempublicam nostram labor, assiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore,[n] spes pro periculis præmiorum:[a] præmia quidem ipsa non sunt in ejus facto,[b] qui adeptus est, sed in ejus, qui dedit. III. Donatus igitur est[1] ob eas causas a Cn. Pompeio civitate. [*p.* 56.] Id accusator non negat: sed reprehendit; ut in Cornelio causa ipsius[o] probetur, pœna quæratur;[p] in Pompeio causa lædatur, pœna sit nulla.[q] Sic famam,[r] sic[2] innocentissimi hominis fortunas,[s] præstantissimi imperatoris factum condemnari volunt. Ergo in judicium, caput Cornelii,[t] factum Pompeii vocatur: hunc enim in ea civitate, in qua sit natus, honestissimo loco[c] natum esse concedis, et ab ineunte ætate, relictis rebus suis omnibus, in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatum; nullius laboris, nullius obsessionis,[3] nullius prælii expertem fuisse: hæc sunt

[a] *Spes præmiorum pro periculis.* [b] *Opus ejus.* [c] *Genere.*

Durensi H S T χ ψ. Deinde, *tempus* deest in χ.—7 *Hæc sunt pericula* conj. Schutz. Mox, *spes periculis* edd. ante Junt.

CAP. III. 1 *Donatus est ergo* codd. Lambini; unde Orell. conj. *Donatus est igitur*.—2 *Si tamen fame si* H. *Si tamen famæ si* S. *Sic famæ innoc.* ψ. Mox, *hominis fortunam* conj. Ernesti.—3 T, Gronov. 1692. Oliv. Lall. *obsidionis;*

NOTÆ

magna suorum clade, a Sertorio repulsus est. Et Pompeius propemodum occisus, et vulneratus, præter spem evasit. Ita Plutarchus.

[m] *Turiensi* [*Duriensi*] Durias Hispaniæ citerioris est fluvius non longe a Sagunto, ubi Metellus hasta vulneratus est, et Memmius interfectus.

[n] *Virtus digna summo imperatore*] Fortitudo Cornelii digna fuit summo imperatore, qualis est Cn. Pompeius.

[o] *Causa ipsius*] Id est, meritum Pompeii, qui civitate Cornelium Balbum donavit.

[p] *Pœna quæratur*] Vult accusator, ut Balbus jure civitatis privetur, qui beneficium a Pompeio accepit.

[q] *Causa lædatur, pœna sit nulla*] Vult accusator, quod non jure Pompeius donarit civitate Cornelium; neque tamen ut ob id factum damnetur; sed ut tota damnatio in Cornelium Balbum recidat.

[r] *Sic famam*] Summa fuit infamia e civitate pelli. Et hac pœna tantum sceleratissimi quique cives plectebantur.

[s] *Fortunas*] Qui pellebantur civitate, fortunas omnes amittebant.

[t] *Caput Cornelii*] Dicit quod caput Cornelii vocatur in judicium, non Cornelius, quia qui civitate privabantur, capite diminuti dicebantur.

Digitized by Google

omnia cum plena laudis, tum propria Cornelii; nec in his rebus crimen est ullum. 7. Ubi igitur est crimen? Quod eum [4] Pompeius civitate donavit. Hujuscemodi [5] crimen? minime: nisi honos [a] ignominia putanda est. Cujus igitur? [b] re vera nullius; [*] actione accusatoris, [c] ejus unius, qui donavit: qui si adductus [6] [d] gratia, minus idoneum hominem præmio affecisset; qui etiamsi virum bonum, sed non ita meritum; si denique aliquid, quod non contra, ac liceret, factum diceretur, sed contra atque oporteret; tamen esset omnis ejusmodi reprehensio a vobis, judices, repudianda. 8. Nunc vero quid dicitur? [7] quid ait accusator? fecisse Pompeium, quod ei facere non licuerit? quod gravius est, quam, si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiamsi licet: [8] [e] quicquid vero non licet, certe non oportet.

[*] *Neutrius.*

H S χ *obsessionibus*. Actutum, *nullius periculi* χ, Memm. Barb. Venet. 1480. probante Garat. *tum plena* in eodem cod. et Schutz. Deinde, pro *ullum* T habet *illud*.—4 Cod. χ *cum*.—5 Ita codd. noti, C H S ψ, edd. ante Ald. Junt. Grut. Græv. *Hujuscene* Naug. Lamb. Weisk. Schutz. Orell. *Hujusce* T χ, Ald. Hervag. Pro *crimen* H S habent *tamen*. Pro *putanda* codd. Lambini *vocanda*; χ *vitanda*.—6 T *qui adductus*; Weisk. *quasi adductus*. Mox, *qui* ante *etiamsi* delevit Schutz. uncis inclusit Orell. Paulo post, *quod* uncis inclusit Orell. *factum ab eo diceretur* Erf. probante Garat. Pro *ejusmodi* codd. aliquot, etiam S T χ, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. Hervag. habent *ejus*; Naug. *ejusmodi mali*.—7 *Quid dicitur* omittit S.—8 Cod. χ *etiamsi id licet*.

NOTÆ

[a] *Nisi honos*] Singulari honore affectus est Cornelius, cum a Pompeio civitate donatus est.

[b] *Cujus igitur*] Supple, 'est ignominia.'

[c] *Actione accusatoris*] Si attendatur ad actionem accusatoris, reus judicandus est Pompeius, qui contulit beneficium.

[d] *Qui, si adductus*] Cum dicit Pompeium judicari reum debere, statim eum excusat; et a ficto exemplo a minori ad majus argumentatur: Non vituperaretur a vobis Pompeius, si civitate donavisset, 1. hominem minus idoneum et dignum hac gratia; 2. si hominem probum, sed qui ea se non dignum præbuisset; 3. si aliquid egisset, non contra quod leges jubent, sed aliter ac deberet. Cum igitur Balbum, hominem idoneum et probum, civitate donaverit, nihil non modo contra leges egit, sed, ne quidem aliter ac debuit. Quare non est a vobis vituperandus.

[e] *Quod non oporteat, etiamsi licet*] Ista duo verba, *oportet* et *licet*, sunt ut genus et species; ut si quis negat

Digitized by Google

IV. Hic ego [1] nunc cuncter sic agere,[b] judices, non esse fas dubitare, quin, quod Cn. Pompeium fecisse constet, id non solum decuisse,[f] sed etiam debuisse fateamur? 9. Quid enim abest huic homini,[e] quod si adesset,[2] jure hoc tribui[g] et concedi putaremus? ususne rerum? qui pueritiæ tempus extremum,[h] principium [i] habuit bellorum atque imperiorum maximorum; cujus plerique æquales minus sæpe castra viderunt, quam hic triumphavit; qui tot habet triumphos,[k] quot oræ sunt partesque terrarum; tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorum.[l] An ingenium? cum etiam ipsi [3] casus eventus-

[b] *Quid ego nunc conabor ostendere?*
[e] *Quid Pompeius non habet?*

CAP. IV. 1 *Hic ergo* χ. *nunc* omittunt H S. *nunc constet sic* χ. *nunc coïter sic* ψ. *nunc coner sic* Lamb. Pro *dubitare*, quod e Guelf. receperunt Ernesti, Schutz. Orell. *dubitari* habent reliquæ edd. *debitori* χ. Pro *decuisse* Lamb. et Orell. *licuisse*.—2 Erf. χ *si abesset*. Mox, *hoc ei tribui* Lamb. et Orell. *hoc et tribui* H S T χ ψ, et edd. ante Ald. *hæc et tribui* Erf. Deinde, *qui p. t. extremæ* codd. Lambini. *habuit bellorum antiquorum* χ. *cui plerique æquales* Erf. *quæ hic triump.* χ. Denique, *quot res sunt partesque* Erf.—3 Hervag. Steph. Lamb. Orell. *ipse;* H S T χ *quin etiam ipsi*. Mox, *non dices* ψ. *sed c. e. c. fuerunt* χ ψ. Paulo post, *judico plus quam decet, trib.* H S T χ, Venet. 1483. Hervag. *judicio plus quam possit, minus quam decet trib.* Junt. *judicio*

NOTÆ

se esse animal, negat omnes species: qui vero negat se esse hominem, non negat omnem speciem. Ita multa licet facere, quæ tamen non oportet: v. g. licet aliquando facere bellum, sed tamen non oportet spe majoris boni, aut metu majoris incommodi: 'oportere' perfectionem declarat officii; 'licere' juris æquitatem, seu quod legibus permissum est.

[f] *Id non solum decuisse*] Jam incipit ostendere Cicero, et Pompeio licuisse, et eum debuisse Corn. Balbo jus civitatis concedere.

[g] *Jure hoc tribui*] Satis est ut constet id Pompeium fecisse, ut id non solum decuisse, sed etiam fieri debuisse fateamur.

[h] *Pueritiæ tempus extremum*] Anno ætatis 27. pueritia finit.

[i] *Principium*] De primo Pompeii bellorum principio, ejusque rebus præclare gestis, vide Orat. pro Lege Manilia.

[k] *Tot habet triumphos*] Tres ex orbis partibus (nam tum tres numerabantur) triumphos retulit: primum ex Africa, Cn. Domitio proscripto, et Hiarba, rege Numidiæ, victis, occisisque, anno urbis 652. secundum ex Europa, Sertorio occiso, anno urbis 682. tertium ex Asia, Mithridate et Tigrane superatis, anno urbis 692. Plutarch. consule in ejus vita.

[l] *Genera bellorum*] De his vide Orat. pro Lege Manil.

Digitized by Google

que rerum, non duces, sed comites [m] ejus consiliorum fuerint; in quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut omnium judicio, plus homini, quam Deæ, tribueretur. An pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia unquam requisita est? quem provinciæ nostræ, quem liberi populi, quem reges, quem exteræ gentes, castiorem,[n] moderatiorem, sanctiorem, non modo viderunt, sed aut sperando unquam, aut optando cogitaverunt? 10. Quid dicam de auctoritate? quæ tanta est, quanta in his tantis virtutibus ac laudibus esse debet. Cui senatus populusque Romanus amplissimæ dignitatis præmia[d] dedit, non postulanti[o] imperia, verum etiam recusanti;[4][p] hujus de facto, judices, ita quæri,[q] ut id agatur, licueritne ei facere, quod fecit, an vero, non dicam, non licuerit, sed nefas fuerit, (contra fœdus[r] enim, id est, contra populi

[d] *Imperia et triumphos.*

plus homini, quam possit, minus quam debet, trib. Lamb. *plus homini quam decuit trib.* aliæ edd. vett. Lectionem nostram exhibent codd. Victorii, Erf. Pal. 9. Grut. seqq. Mox, *provinciæ vestræ* χ. *quem alteræ gentes* H S T χ, aliique codd. ap. Græv. *quem ultra regentes* Erf. et Pal. 9. *quem ultimæ gentes* cod. Steph. et Orell. Paulo post, *cogitarunt* Lamb.—4 Manut. Steph. Lamb. *postulanti: imperia vero etiam recus.* Mox, *judices* deest in H S T χ. *id* deest in H S χ. *ei* deest in H S T χ. Deinde, *an non dicam*, omisso

NOTÆ

[m] *Non duces, sed comites*] Consilia sæpe eventu ponderantur. Cum cui bene quid processit, multum illum providisse; cum secus, nihil sensisse vulgo dicitur.

[n] *Castiorem*] Designat Pompeii abstinentiam a pecuniis.

[o] *Non postulanti*] Postquam ad senatum nuntiata fuit Pompeii de Mithridate victoria, scribit Velleius lib. II. eo absente, T. Ampium et T. Labienum tribunos plebis tulisse, ut ludis Circensibus corona aurea, et omni cultu triumphantum uteretur; scenicis autem prætexta, et corona aurea.

[p] *Recusanti*] Belli piratici imperium recusavit.

[q] *Hujus de facto ita quæri*] Implicata sententia ita clarior reddi potest. Nonne turpe populo Romano, nonne vobis est, ita unum Pompeii factum examinare, ut hodie quæratur, fasne fuerit id facere quod fecit, (nempe Cornelium Balbum donare civitate), an potius id faciendo crimen admiserit?

[r] *Contra fœdus*] Fœdus initum erat Romanos inter et Gaditanos, ne quis e Gaditanis civis esset Romanus. Si vero Pompeius fœdus illud violavit, contra religionem peccavit, quia fœdera sancta habebantur.

Digitized by Google

Romani religionem et fidem fecisse dicitur) non turpe populo Romano?[5] nonne vobis? v. 11. Audivi hoc[1] de parente meo[s] puer: cum Q. Metellus,[t] Lucii filius, causam de pecuniis repetundis[u] diceret, (ille, ille vir, cui patriæ salus dulcior quam conspectus fuit; qui de civitate decedere,[x] quam de sententia maluit) [*p.* 57.] hoc igitur causam dicente, cum ipsius tabulæ[y] circumferrentur inspiciendi nominis causa, fuisse judicem ex illis[2] equitibus[z] Romanis, gravissimis viris, neminem, quin removeret oculos, et se totum averteret, ne forte, quod ille in tabulas retulisset, dubitasse quisquam verumne, an falsum esset, videretur. Nos Cn. Pompeii decretum, de consilii sententia

---

vero, χ.—5 H T *turpe reip.* Actutum, *non vobis* Orell. de Garatoni conj.

Cap. v. 1 *Audivi hæc* χ. *Audi hoc* Erf. *Audii hoc* conj. Græv. Pro *Lucii filius* χ habet *L. Fabius;* Venet. 1483. Hervag. Orell. *L. F.* Junt. *L. filius.* Tum, *diceret, ille vir* H S T, Venet. 1483. Lamb. *ille, ille* habent Barb. C χ ψ, Junt. Hervag. Grut. seqq. *cui patria salus* Erf. Deinde, *quid de civitate . . . hæc igitur* χ.—2 Erf. *fuisse judex illis.* Mox, *qui removeret* H T χ. *sed se totum* H S T ψ. *se totum,* omisso *et,* Erf. *in tabulas publicas* edd. vett. *publicas* non agnoscunt Erf. C H S T χ ψ. *dubitasset* H S T χ ψ. *an falsum esse* χ. Pro *decretum,* quod servant Pal. 9. C H S χ ψ, *decretum, judicium* habent

NOTÆ

[s] *Audivi de parente meo*] Probat exemplo Metelli non debere inquiri de facto Pompeii: quia judices noluerunt inquirere de facto Metelli, ne suspecta ejus fides videretur: igitur neque de facto Pompeii, ne suspecta ejus religio videatur.

[t] *Metellus*] Q. ille Metellus Numidicus, C. Mario, sextum consuli, ne armis confligeret, cedere maluit. Addidit L. F. ut eum distingueret a Q. Metello Balearico, Q. F.

[u] *De pecuniis repetundis*] Cum quis provinciam compilaverat, cujus administrationem susceperat, accusabatur repetundarum: cives enim sua repetebant.

[x] *Qui de civitate decedere*] Cum nollet assentire Saturnino tribuno plebis, qui perniciosas leges agrarias ferebat, abiit sponte in exilium, ne tumultus in urbe concitaretur.

[y] *Cum tabulæ*] Moris fuit apud Romanos, unumquemque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribere, in quo appareret quid quisque de reditibus suis, quid de arte, fœnore, lucrove, seposuisset, quo die; et quid item sumtus damnive fecisset, quid æris alieni contraxisset. Solebant autem accusatores, ad cognoscendum æs alienum, tabulas illas dati, vel expensi, postulare, et eas proferre judicibus.

[z] *Ex illis equitibus*] Hæc Metelli causa acta fuit, cum soli equites Romani judicabant: nam judicaverunt per annos quadraginta sine infamia, ut de illis refert Pedianus.

Digitized by Google

pronuntiatum, recognoscemus?[e] cum legibus conferemus? cum fœderibus? omnia[3] acerbissima[f] diligentia perpendemus?[g] 12. Athenis aiunt, cum quidam[4] apud eos,[a] qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset, et (ut mos Græcorum est) jurandi causa ad aras[b] accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamasse. Cum Græci[c] homines, spectati viri, noluerint[5] religione videri potius, quam veritate, fidem esse constrictam; nos etiam, in ipsa religione et legum et fœderum conservanda, qualis fuerit Cn. Pompeius, dubitabimus?[d] 13. Utrum enim inscientem[h] vultis contra fœdera fecisse, an scientem?[6] si scientem; o nomen nostri imperii![e] o populi Romani excellens dignitas! o Cn. Pompeii sic late longeque diffusa laus, ut ejus gloriæ domicilium communis imperii finibus terminetur! o nationes, urbes, populi, reges,[7] tetrarchæ,[f] tyranni,[g] testes Cn. Pompeii non solum

[e] *Repetemus.* [f] *Acerrima.* [g] *Comparabimus.* [h] *Nescientem.*

edd. ante Ernesti; *tamen judicium* T. *judicium* uncis inclusit Weisk.—3 H S T *quorum.* Mox, in χ *diligentia est protentemus;* edd. ante Lamb. *fœderibus, quorum acerbissima d. est, pertendemus,* vel *prætendemus.* Lamb. et Weisk. *fœd. quorum acerrima d. est, perpendemus;* Erf. et al. ap. Græv. *perpendimus.* Nostram lect. habent codd. Victorii et Pal. 9.—4 Cod. χ *quidam Xenocrates.* Mox, *dixisset publice* edd. ante Naug. pleræque; *dixisset et publice ut, &c.* Junt. *publice* de Ernesti sententia uncis inclusit Orell. *publice diceret* Menag. *et test. publice dixisset* Græv. Grut. al. ante Ernesti. Deinde, *ad aram* conj. Garat.—5 Cod. χ *noluerunt.* ψ *videre potius.* χ *fidem e. conscriptam, n. e. ut ipsa, &c.* Mox, H S T χ *dubitamus.*—6 *Utrum e. scientem*

NOTÆ

[a] *Quidam apud eos*] Is fuit Xenocrates Chalcedonius, cujus verbis tanta fides adhibebatur, ut, cum injurati nullius testimonium admitterent, huic injurato crederent.

[b] *Jurandi causa ad aras*] Jurantium consuetudo fuit, maxime apud Græcos, ut aras tenerent, unde Evander apud Virg. Æn. XII. 'Tango aras medioeque ignes, et numina testor.'

[c] *Cum Græci*] Boni viri non magis veritatem jurejurando astricti dicunt, quam sine jurejurando.

[d] *Dubitabimus*] Argumentum a minori. Græci crediderunt Xenocrati injurato; cur nos non credemus Pompeio jurato?

[e] *O nomen nostri imperii*] Ut ostendat Pompeium fecisse quod licuit, attestatur imperii gloriam, quam ad omnes orbis partes ille transmisit.

[f] *Tetrarchæ*] Dicebantur tetrarchæ, qui quartæ imperii parti præerant. De iis dictum sæpius.

[g] *Tyranni*] Ab Aristotele tyranni dicuntur, qui rempub. ad suam, non

Digitized by Google

virtutis in bello, sed etiam religionis in pace! vos denique, mutæ regiones,[8][h] imploro, et sola terrarum ultimarum; vos maria,[i] portus, insulæ, littoraque. Quæ est enim ora, quæ sedes, qui locus, in quo non extent hujus cum [9] fortitudinis, tum vero humanitatis, tum animi, tum consilii impressa vestigia? Hunc [10] quisquam, incredibili quadam atque inaudita gravitate, virtute, constantia præditum, fœdera scientem neglexisse, violasse, rupisse, dicere audebit? VI. 14. Gratificatur mihi gestu [b] accusator: inscientem Cn. Pompeium fecisse significat: quasi vero levius sit,[1] cum in tanta republica versere,[k] et maximis negotiis præsis, facere aliquid, quod scias non licere, an omnino nescire, quid liceat. Etenim cum in Hispania [2] bellum acerrimum [l] et maximum gesserat, quo jure Gaditana civitas esset, nesciebat? an, cujus linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat? Id [3] igitur quisquam Cn. Pompeium ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo usu, nullo studio militari præditi, quod libra-

[b] *Significat nutu.*

. . . *an inscientem* Erf.—7 Voc. *reges* deest in H S T χ.—8 Erf. *mutas regiones;* edd. antiquiss. *mutæ religiones.* Ernesti conj. *solæ.* Mox, H S, Rom. Venet. 1483. Hervag. Orell. *litora!* omisso *que*, ut volebat Lamb.—9 Schutz. *tum* tacite. Mox, *cum animi* H S.—10 *Nunc* ψ. Paulo post, *dicere videbit* in eodem codice.

CAP. VI. 1 Lamb. in ed. 1566. e conjectura Memmii, *non levius sit.* Mox, *cum tanta rep. versare* χ. Deinde, *quam omnino nescire* Lamb. et Schutz. *an omnino non scire* Erf.—2 *Etenim utrum in Hisp.* Erf. *Etenim utrum, qui in Hisp.* Lamb. in ed. 1566. e cod. *et m. gesserit* H. Mox, *an cui illius populi nosset* Erl.—3 *Id* deest in H S T χ. *quisquam nescire* habet H. *ignorasse* deest in H S ψ. *homines nullo usu studio* χ. *quod* deest etiam in H S ψ. *quod* ante

NOTÆ

ad eorum, qui ipsis commissi sunt, utilitatem administrant.

[h] *Mutæ regiones*] Dicuntur mutæ regiones, de quibus nihil antea fuerat auditum, ut de Britannia ante bellum Cæsaris.

[i] *Maria, &c.*] Invocat et maria, &c. propter bellum piraticum quod confecit Pompeius.

[k] *Versere*] Versari dicitur in repub. qui eam administrat.

[l] *Bellum acerrimum*] Bellum notat quod in Hispania contra Sertorium gestum est, et refutat quod ab accusatore dicebatur, nescisse fœdus illud cum Gaditanis Pompeium; quasi vero fieri posset ut vir tantus id ignoraret, quod mediocres homines, nullo usu, nullo studio militari præditi, non ignorant.

Digitized by Google

rioli[m] denique scire profiteantur? 15. Equidem contra existimo, judices, cum in omni genere ac varietate artium, etiam illarum, quæ sine summo otio[c] non facile discuntur, Cn. Pompeius excellat, singularem[4] quandam laudem ejus, et præstabilem[d] esse scientiam in fœderibus,[n] pactionibus,[o] conditionibus,[p] populorum, regum, exterarum nationum, in universo denique belli jure[q] ac pacis: nisi forte, quæ nos libri docent in umbra[e] et otio, ea Cn. Pompeium, neque[5] cum requiesceret, literæ, neque, cum rem[f] gereret, res ipsæ docere[r] potuerunt. Atque, ut ego sentio, judices, causa dicta est temporis[s] magis: ego non hujus, inquam, genere judicii[t] plura dicam.[6] Est enim hæc sæculi labes quædam

[c] *Studio.* [d] *Præstantem.* [e] *Schola.* [f] *Bellum.*

librarioli deest in χ. *denique se scire* Lamb. *denique scire se* Weisk.—4 Lamb. *tam singularem.* Mox, pro *ejus* T χ habent *suam;* deest hæc vox in H S ψ. Tum *pactionibus*, *deditionibus* Erf. *et terrarum nationibus* H. *ac terrarum nationibus* χ.—5 Particula *neque* deest in χ. *quiesceret* H. *religiones ipsæ* H T χ ψ.—6 Ita Grut. Græv. Schutz. Orell. et sic Venet. 1483. nisi quod hæc cum codd. multis et edd. vett. etiam Junt. *temporum;* Hotom. et Lall. *causa est dicta temporis magis hujus vitio, quam hominis: neque ego de tam iniquo judicii genere plura dicam;* Lamb. *temporis magis vitio, quam ullius Cornelii crimine: de quo plura non dicam. Ego de hujus, inquam, genere judicii plura non dicam;* Schutz. conj. *Atque, ut ego sentio, hæc dicta sunt temporis magis, quam hujus judicii causa. Est enim, &c.* Erf. habet *temporis*

NOTÆ

[m] *Librarioli*] Librarioli illi sunt qui libros exscribunt.

[n] *In fœderibus*] Illa fœdera intelligit, quæ inter reges et populos fieri solent.

[o] *Pactionibus*] Pactio est duorum, pluriumve in idem placitum consensus. Ita Ulp. Digest. lib. II. de pact. Hoc autem interest pactionem inter et fœdus; quod pactiones sint privatorum, fœdera autem publica sint, ut regum et principum.

[p] *Conditionibus*] Conditio est pactio certam legem in se continens; vel potius est lex negotio alicui apposita, unde ipsius eventus pendet: ut, verbi gratia, fœdus contrahimus, si bellum geratur.

[q] *Belli jure*] Jus belli, jus feciale vocat Cicero de Off. lib. I.

[r] *Res ipsæ docere*] Res ipsæ et usus multo plura docent, quam literæ.

[s] *Causa dicta est temporis*] Sententia imperfecta est, nisi forte illud intelligatur, quod plus temporis sumat dicendo de Pompeio, quam de causa Cornelii; aut fortasse etiam, quod quæ dicta sunt ab eo, dicta sunt magis temporis causa, quam ut defenderet Cornelium, qui jam ab aliis defensus fuerat.

[t] *Genere judicii*] Supple 'de' genere judicii.

Digitized by Google

et macula,[7] virtuti invidere, velle ipsum florem[u] dignitatis infringere. 16. Etenim, si Cn. Pompeius[x] abhinc annos quingentos fuisset, is vir, a quo senatus adolescentulo atque equite [Romano][8] sæpe communis salutis auxilium expetisset; cujus res gestæ omnes gentes, cum clarissima victoria, terra marique peragrassent; cujus tres triumphi testes essent, totum orbem terrarum nostro imperio teneri; quem populus Romanus singularibus honoribus decorasset;[9] si nunc apud vos, id, quod is fecisset, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profecto: mors enim cum exstinxisset invidiam, [*p.* 58.] res ejus gestæ sempiterni nominis gloria niterentur. Cujus igitur audita virtus dubitationi[10] locum non daret; hujus præsens, experta atque perspecta, obtrectatorum[s] voce lædetur?

VII. 17. Omittam igitur Pompeium jam oratione mea re-

[s] *Invidorum.*

magis: ego nunc citius, inquam, genere; alius cod. ap. Græv. *temporum magis; ego nunc ut vis inquam;* al. ibid. *temporis magis hujus vitio, quam hominis: neque ego de tam iniquo genere;* Franc. *temporum magis: ego nunc ut hoc inquam genere judicii plura dicam.* 'Locus mancus et corruptus.' *Orell.*—7 Codd. Lambini, Erf. Pal. 9. Orell. *Est enim hæc sæculi quædam labes atque macula;* edd. ante Lamb. *Est enim hujus s. labes quædam et macula;* Lamb. edidit, *Est enim hæc hujus sæculi labes quædam et macula.* Lectio nostra est a Grutero. Mox, *refringere* Græv.—8 'Sine causa Ernesti τὸ *Romano* uncis inclusit, delevit Schutz.' *Orell.* Mox, *communi saluti* Erf. et Orell. prob. Garat. Tum, *cui res gestæ cum clarissima victoria* Erf.—9 Hæc verba, *quem p. R. . . . decorasset,* desunt in Franc. T χ. *quem populi Romani in singularibusque decorasset* Erf. *in singularibusque* habent etiam codd. Victorii, Gruteri, H S χ, Rom. Venet. 1483. unde Garat. *P. R. inauditis singularibusque hon. &c.* Mox, *apud nos* H S T ψ. *quod fecisset* χ. Paulo post, *gloriam niterentur* χ. *gloria interissent* H. *gloria interessent* S ψ. *gloria uterentur* conj. Ernesti; refutant Garat. et Schutz.—10 H S T χ ψ *dubitationis.* Mox, *hujus experta obtrec.* omissis intermediis, χ. *hujus experta atque perspecta* Franc. *hujus atque perfecta* Erf. Alii codd. omittunt etiam *præsens; virtus* substitui volebat Lamb. Denique, *voce legetur* H S.

NOTÆ

[u] *Florem*] Translatio a stirpibus, quæ flores ferunt, et marcescunt statim.

[x] *Etenim si Cn. Pompeius*] Argumentum a ficto exemplo, quod sic conflat: si ante quingentos annos Pompeius extitisset, et donasset civitate, et dictum fuisset eum contra fœdus fecisse, nemo ferret. Hoc autem argumentum illustrat Pompeii laudum frequentatione. Has easdem laudes vide in Orat. pro Lege Manilia.

Digitized by Google

liqua :[1] sed vos, judices, animis ac memoria tenetote.[y] De lege, de fœdere, de exemplis,[2] de perpetua consuetudine civitatis nostræ, renovabo ea, quæ dicta sunt: nihil enim mihi novi, nihil integri,[3] neque M. Crassus, qui totam causam et pro facultate, et pro fide sua diligentissime vobis explicavit; neque Cn. Pompeius, cujus oratio omnibus ornamentis abundavit, ad dicendum reliquit. Sed quoniam, me recusante, placuit ambobus[4] [z] adhiberi hunc a me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem; peto a vobis, ut me, officii potius quam dicendi studio, hanc suscepisse operam ac munus putetis. 18. Ac prius, quam aggrediar ad jus causamque[5] Cornelii, quiddam de communi conditione omnium nostrum, deprecandæ malevolentiæ[a] causa, breviter commemorandum videtur. Si, quo quisque[b] loco nostrum est, judices, natus, aut, si in qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc vitæ statum usque ad senectutem obtinere debet;[6] et, si omnes, quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustravit labor et industria, pœna sunt afficiendi; non gravior L. Cornelio, quam multis viris bonis atque fortibus, constitui lex vitæ et conditio videtur. Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas, ex infimo genere et fortunæ gradu, non modo amicitias, et rei familiaris copias[h] consecuta est, sed summam laudem,

[h] *Divitias.*

Cap. vii. 1 *Omittam Cn. Pompeium jam o. m. relinquam* quinque codd. Oxon. *Omittam i. Pompeium: jam o. m. relinquam* Franc. *O. i. P. jam orationem meam relinquam* Erf. *O. i. P. tam o. m. relinquam* edd. antiquiss. *animus ac mem.* χ.—2 Verba *de exemplis* desunt in Erf.—3 Ernesti conj. *nihil integrum;* refutant Garat. et Schutz. *causam pro fac.* H S ψ.—4 Cod. ψ *placuit ab omnibus.*—5 Cod. χ *aggrediar actus causamque.* Mox, *deprecatione mal. causa* in eodem cod. *brev. com. videretur* S.—6 Codd. χ ψ *deberet.* Paulo post, *conditio*

NOTÆ

[y] *Tenetote*] Id est, Pompeius nunquam excidat e vestra memoria.

[z] *Placuit ambobus*] Pompeio et Crasso placuit, ut Cicero tertius hanc causam peroraret.

[a] *Deprecandæ malevolentiæ*] Deprecari est aliquid precibus petere, vel aliquid a se depellere.

[b] *Si quo quisque*] Videtur hic judicibus indicare, se et Balbum ex humili loco ad dignitates pervenisse, cum uterque esset ex municipiis et obscuris locis.

Digitized by Google

honores, gloriam, dignitatem; non intelligo, cur potius invidia violatura virtutem[7] L. Cornelii, quam æquitas vestra pudorem ejus adjutura videatur. 19. Itaque, quod maxime petendum est, a vobis idcirco non peto, judices, ne de vestra sapientia, atque de vestra humanitate[8] dubitare videar: est autem petendum, ne oderitis ingenium, ne inimici sitis industriæ, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem puniendam[9] putetis: illud peto, ut, si causam ipsam per se firmam esse et stabilem videritis, hominis ipsius ornamenta adjumento causæ potius, quam impedimento esse malitis.

VIII. Nascitur, judices, causa Cornelii ex ea lege, quam L. Gellius,[c] Cn. Cornelius, ex senatus sententia, tulerunt: qua lege, videmus,[1] satis esse sanctum,[a] uti cives Romani sint ii, quos Cn. Pompeius, de consilii sententia, singillatim[2] civitate donarit. Donatum esse[3] L. Cornelium præsens Pompeius dicit: indicant publicæ tabulæ: accusator fatetur; sed negat, ex fœderato populo quenquam potuisse, nisi is populus[4] fundus factus esset,[d] in hanc civitatem

[a] *Constitutum.*

videret χ. *conditio videretur* Erf.—7 Erf. *volatur virtute*; χ *violat virtutem*; ψ et edd. ante Manut. *violatur a virtute*.—8 Quatuor verba, *atque de v. hum.* desunt in H T.—9 Erf. aliique codd. *penitendam*; χ *perimendam*. Mox, *et stabilem esse vid.* Lamb. *esse et stab. videretis* ψ. Tum, *adjumento totius causæ* Erf. *esse velitis* χ.

Cap. VIII. 1 H S T χ ψ et editiones ante Stephanum *videamus*. Mox, *satis* delet Schutzius *sancti, ut cives* H S T χ ψ.—2 Voc. *singillatim* deest in H S ψ. Mox, *donarit* est e solo Guelferb. reliqui omnes *donaverit*. —3 *Donatum esse civitate* Lambinus solus. Mox, *causæ* pro *tabulæ* χ.—

NOTÆ

[c] *Quam L. Gellius*] L. Gellius, Cn. Cornelius, coss. fuerunt anno urbis 681. Ii ex senatus auctoritate legem tulerunt, ut cives Rom. essent quos Cn. Pompeius, de consilii sententia, civitate donaverat. Quid autem intelligat per consilium, satis obscurum est. Volunt alii intelligi de sui proprii consilii sententia; alii verius de consilii militaris sententia, juxta sententiam senatus, qui eos volebat civitate donari, 'quos de consilii sui sententia donaverat.' Consilium autem militare conflabatur quæstoribus, tribunis militum, centurionibus primorum ordinum, et equitibus interdum.

[d] *Nisi is populus fundus factus esset*] Dicitur populus fundus esse rei quam alienat; hoc est, auctor, inquit Fes-

Digitized by Google

venire.[b] 20. O præclarum[e] interpretem juris![c] auctorem antiquitatis! correctorem atque emendatorem nostræ civitatis! qui hanc pœnam fœderibus[5] ascribat, ut omnium præmiorum beneficiorumque nostrorum expertes faciat fœderatos. Quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium fœderatorum, quam omnium liberorum.[f] Sed totum[g] hoc, judices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut, cum jussisset populus Romanus[6] aliquid; si id ascivissent socii populi ac Latini, et, si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tanquam in fundo, resedisset; ut tum lege eadem is populus teneretur: non, ut de nostro jure aliquid diminueretur, [*p.* 59.] sed ut illi populi, aut jure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo aut beneficio uterentur. 21. Tulit apud majores nostros legem C. Furius de testamentis:[h] tulit Q.

[b] *Adipisci jus hujus civitatis.* [c] *Fœderum.*

4 Cod. χ *quantumcumque p. n. is populo.*—5 H S *fæderis.* Mox, *ut omni p. l. n. finis expertes* χ. *faciat defederatos* T.—6 H S T ψ *jussisset prætor;* χ *vixisset prætor.* Mox, pro *resedisset* χ habet *remansisset.* Actutum, *ut cum lege* H. *de vestro jure* χ. Pro *diminueretur,* quod habent Erf. C H S T χ ψ, Venet. 1480. Junt. Græv. Schutz. *deminueretur* legunt Lamb. et Orell. *minueretur* Venet. 1483. Hervag. Grut. Mox, *aut ben. uteremur* H S T. Actutum sex et sexaginta vocc. *Tulit apud majores,* usque ad *civitati anteferret,*

NOTÆ

tus: ex quibus verbis intelligitur, fieri fundum populum aliquem tum dici, cum in re quapiam sua abalienanda est auctor, id est, approbator. Hodie vero 'fundum fieri,' est vassallum et feudatarium fieri.

[e] *O præclarum*] Ironia est, qua ridet ignorantiam accusatoris.

[f] *Fœderatorum, quam o. liberorum*] Differunt fœderati populi a liberis; quia fœderati non per omnia liberi sunt, nam Romani in omnibus fœderibus superiores esse volebant: populi vero fuerunt aut liberi, aut socii, aut amici.

[g] *Sed totum*] Hoc intendit ostendere, quod si prætor, aut aliquis magistratus legem aliquam ferret, et diceret populus, hanc legem recipimus, et ea utemur, populus Rom. in eos imperium habebat. Habebat autem populus fundus privilegia, jus suffragii, et triumphandi.

[h] *C. Furius de testamentis*] Tum C. Furius, tribunus plebis, legem de testamentis, ne cui, nisi testatoris cognato, certisque aliis personis, supra mille asses legare, mortisve causa donare liceret: quare si quis majorem summam sibi legatam acce-

Digitized by Google

Voconius[i] de mulierum hæreditatibus: innumerabiles aliæ leges de civili jure sunt latæ: (quas Latini[k] voluerunt, asciverunt:) ipsa denique Julia,[l] qua lege civitas est sociis et Latinis data, qui[7] fundi populi facti non essent, civitatem non haberent. In quo magna contentio Heracliensium[m] et Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis civitatibus fœderis sui libertatem civitati anteferret.[n] Postremo hæc[8] vis est istius et juris et verbi, ut fundi populi beneficio nostro,[e] non suo jure[o] fiant. 22. Cum aliquid populus Romanus jussit, id si est ejusmodi,[f] ut quibusdam populis, sive fœderatis, sive liberis, permittendum esse videatur, ut statuant ipsi non de nostris,[9] [p] sed de suis rebus, quo jure uti velint; tum, utrum fundi facti sint, an non, quærendum

[e] *Permissu nostro.* [f] *Tale est.*

desunt in Franc. S T χ ψ et edd. antiquiss.—7 Schutz. de Valesii conj. *qua lege ita civitas est s. et L. data, ut qui*; refutat Garat. Mox, *Heracleensium* idem Schutz. Pro *fœderis*, quod servant codd. Victorii, Gruteri, C S T χ ψ, Pall. Erf. et edd. antiquiss. *juris* habet H, cum Lamb. et aliis quibusdam edd. *civitate* Grut. errore typogr. *civitati* deest in H.—8 *Postremo hujus* χ.—9 Idem codex *ne de nostris*. Mox, *tum u. f. f. s. an non q. e. videatur* desunt in χ. Deinde *fieri voluerunt* in eodem cod.

NOTÆ

pisset, redderet. Lata est autem, ut ait Justinus, legis XII. Tabularum coërcendæ causa, in qua scribitur, 'Uti quisque legassit suæ rei, ita jus esto.'

[i] *Q. Vocontius*] Tulit Q. Vocontius Saxa, tribunus plebis, Cæpione et Philippo coss. anno 584. ne qui census esset, virginem neve mulierem, supra quadrantem bonorum suorum, hæredem institueret, plusve cuiquam legaret, quam ad hæredem, hæredesve pertineret; ne fœminæ ultra consanguineos ab intestato succederent.

[k] *Latini*] Latini et socii iidem hic habentur. Porro Latinorum nomine Latii populos tantum intelligit.

[l] *Ipsa denique Julia*] Tulit Sextus Julius Cæsar consul, cum L. Martio, anno urbis 664. ut civitas sociis et Latinis omnibus, qui arma deponerent, daretur: nam Italici belli exstinguendi causa hæc lex data est.

[m] *Heracliensium*] Heraclea urbs est Siciliæ in parte australi, nunc *Capo Bianco*.

[n] *Civitati anteferret*] Suarum civitatum jus Heraclienses et Neapolitani, juri civitatis qua donabantur, anteponebant.

[o] *Non suo jure*] Fiunt cives externi fundi populi Romani singulari quodam ipsius populi Rom. beneficio, ut possint illi ipsius frui beneficiis, non autem ut privati quique prohibeantur civitate donari.

[p] *Non de nostris*] Majores noluerunt fundos populos aliquid statuere de Romanis; cum enim eorum leges accipiant, noluerunt, ut sibi legem imponerent.

Digitized by Google

esse videatur: de nostra vero republica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt. IX. Atqui, si[q] imperatoribus nostris, si senatui, si populo Romano non licebit, propositis[1] præmiis elicere ex civitatibus sociorum atque amicorum fortissimum atque optimum quemque ad subeunda pro salute nostra pericula; summa utilitate ac maximo sæpe præsidio in periculis atque asperis[g] temporibus carendum erit.[2] 23. Sed, per Deos immortales! quæ est[h] ista societas, quæ amicitia, quod fœdus, ut aut nostra civitas careat in suis periculis Massiliensi[r] propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino;[s] aut, si quis ex illis populis sit exortus, qui nostros duces auxilio laboris, commeatus,[3][t] periculo suo juverit, qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnarit, qui se sæpe telis hostium, qui dimicationi capitis, qui morti objecerit; nulla conditione, hujus civitatis præmiis affici possit? 24. Etenim in populum Romanum grave est,[4] non posse uti sociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare: in socios vero ipsos, et in eos, de quibus agimus, fœderatos, injuriosum et contumeliosum

[g] *Periculosis.* [h] *Quid prodest.*

CAP. IX. 1 Cod. χ *populoque R. n. l. præpositis.*—2 Codd. Lambini, Erf. cum edd. Steph. Lamb. Orell. *carendum nobis erit.*—3 Lamb. *auxilio, labore, commeatu,* probante Garat. Mox, *juvaret* H. *sæpe pugnaret .... dimicationem* H S.—4 *Est enim populo Romano grave* H χ. *Est enim in p. R. grave* S T ψ,

NOTÆ

[q] *Atqui si*] Argumentum profert ab utili. Si enim populo Romano non fas esset in belli periculis militem externum accipere, diminuerentur vires reipublicæ. Sic enim prohiberetur imperator accipere milites, et dare præmia militibus fortissimis.

[r] *Massiliensi*] Massilienses singulari quodam amore semper Romanos prosecuti sunt: immo sine illis nunquam de Galliis potuerunt Romani victoriam referre. Vide plura in Orat. pro Font. § 3.

[s] *Saguntino*] Saguntum, vel Saguntus, oppidum fuit Hispaniæ Tarraconensis ab Hannibale expugnatum et eversum. Fuit hæc urbs socia pop. Rom. quæ everti maluit, quam datam fidem deserere.

[t] *Commeatus*] Per commeatum, frumentum, atque alia quæ ad alendum exercitum requiruntur, intelliguntur.

Digitized by Google

est, his præmiis, et his honoribus exclusos esse fidelissimos et conjunctissimos socios,[5] quæ pateant stipendiariis,[u] pateant hostibus, pateant sæpe servis.[x] Nam et stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia,[y] ceteris provinciis, multos civitate donatos videmus: et, qui hostes ad nostros imperatores perfugissent, et magno usui reipublicæ nostræ fuissent, scimus civitate esse donatos: servos denique, quorum jus et fortunæ conditio infima est,[6] bene de republica meritos, persæpe libertate, id est, civitate, publice donari videmus.[7] X. 25. Hanc tu igitur, patrone[a] fœderum ac fœderatorum, conditionem statuis Gaditanis,[1] tuis civibus,[b] ut, quod iis, quos Gaditanis adjutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redegimus, liceat, si populus Romanus permiserit, ut ab senatu, ab imperatoribus nostris, civitate donentur; id ne liceat ipsis? qui si suis decretis legibusve sanxissent, ne quis suorum civium castra imperatorum populi Romani iniret;[*] ne quis se pro nostro imperio in peri-

[*] *Intraret.*

Erf. edd. antiquiss. et Orell.—5 Erf. *et conjunctos socios.* Mox, *pateant hostibus; p. s. s. N. et stipendiarios* desunt in T. *sæpe* deest in edd. ante Hervag. Deinde, *ceterisque . . . vidimus . . . profugissent* χ. *ceterisque* etiam T. —6 Codd. Lambini, Victorii, et ed. Orell. *jus, fortuna, conditio infima est;* quidam codd. ap. Græv. *jus fortunæ conditio infima est;* Erf. *vis fortunæ conditio infirma est;* S et edd. ante Manut. *vis et fortunæ conditio infima est;* Lamb. *quorum fortuna et conditio, &c.* ψ *infirma.*—7 Ita C S T χ, Manut. Schutz. Orell. *vidimus* conj. Ernesti; *videamus* Junt. *videbamus* H ψ, Lamb. Græv. al.

Cap. x. 1 *Gaditanis* deest in edd. antiquiss. Mox, *armis* deest in χ. *quos magnis adjutoribus tuis armis* Erf. Pal. 9. et cod. Victorii; unde Lamb. *quos Gaditanis tuis adj. &c.* Tum, *atque in deditionem* S. *Romanus promiserit* χ.—

NOTÆ

[u] *Stipendiariis*] Stipendiarii hic dicuntur qui vectigales sunt, qui victori stipendia et vectigalia coguntur pendere.

[x] *Servis*] Donabantur aliquando servi libertate et civitate, quando videlicet dominis aliquod singulare beneficium præstiterant. Id refert Livius lib. II. de quodam Vindicio, qui Bruti filiorum conjurationem detexit.

[y] *Africa, Sicilia, Sardinia*] Omnes illæ nationes stipendiariæ pop. Rom. fuerunt.

[a] *Patrone*] Ironice hunc accusatorem patronum appellat, utpote qui leges fœderum evertebat.

[b] *Tuis civibus*] Erat ille accusator civis Romanus, quia nulli alteri fas erat accusare.

Digitized by Google

culum capitis, atque in vitæ discrimen inferret;[2] Gaditanorum auxiliis, cum vellemus, uti nobis non liceret: privatim vero, ne quis vir et animo et virtute præcellens pro nostro imperio periculo suo dimicaret; graviter jure[3] ferremus, minui auxilia populi Romani, debilitari animos fortissimorum virorum, alienigenarum[b] nos hominum studiis, atque externa virtute privari. 26. Atqui[4] nihil interest, judices, utrum hæc fœderati jura constituant, ut ne cui liceat ex his civitatibus ad nostrorum bellorum pericula accedere, an, quæ nos eorum civibus, virtutis causa, tribuerimus, ea rata esse non possint: nihil enim[5] magis uteremur his adjutoribus, [*p.* 60.] sublatis præmiis virtutis, quam, si omnino his versari in nostris bellis non liceret. Etenim, cum, pro sua patria, pauci, post genus hominum natum, reperti sint,[6] qui, nullis præmiis propositis, vitam suam hostium telis objecerint; pro aliena republica quenquam fore putatis, qui se opponat periculis, non modo nullo proposito præmio, sed etiam interdicto?

XI. 27. Sed, cum[1] est illud imperitissime dictum, de populis fundis, quod commune est liberorum populorum, non proprium fœderatorum;) ex quo intelligi necesse est, aut neminem ex sociis civem fieri posse, aut etiam posse ex fœderatis) tum vero jus omne noster[a] iste magister mutandæ civitatis ignorat; quod est, judices, non solum in legibus publicis positum, sed etiam in privatorum voluntate. Jure enim nostro neque mutare civitatem quisquam invitus potest,[3] neque, si velit, mutare non potest, modo

[b] *Externorum.*

2 Lamb. solus *offerret.* Mox, *auxiliis uti cum, &c.* H S T χ. *uti nobis non* desunt in χ ψ. Deinde *si ne quis vir* Lamb.—3 Ita Ernesti de conj. eumque secutus est Schutz. *graviter id jure* ceteri. Mox, *hominum* omittit Erf. *atque paterna virtute* Erf. H S T χ ψ.—4 *Atque* χ. *interest* deest in χ. *fœderatis* H S. *jura constituerint* H S ψ. Mox, *rara esse* χ.—5 Lamb. *nihilo enim.* Mox, *quod si* χ.—6 S T *reperti sunt.* Mox, *qui multis præmiis* Lamb. *qui si opponant* χ.

Cap. xi. 1 *Sed quoniam* T. *Sed quam* χ ψ. *apertissime dictum* χ. Mox, *populi fundis* H S T χ ψ. *de populis fœderatis* Schutz. *est* deest in χ ψ. *et populorum* H χ.—2 H S *jus causæ noster;* χ *jus causæ ut.*—3 Verbum *potest* deest in χ. Paulo post, *se civem civitatis* Lamb. 1584. Tum, verba, *ut sit is civis*

Digitized by Google

asciscatur[c] ab ea civitate, cujus esse se civitatis velit: ut, si Gaditani sciverint[d] nominatim de aliquo cive Romano, ut sit is civis Gaditanus, magna potestas sit nostro civi mutandæ civitatis, nec fœdere impediatur, quo minus ex cive Romano civis Gaditanus possit esse. 28. Duarum civitatum civis[z] esse, nostro[4] jure civili, nemo potest: non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit,[e] potest. Neque solum[a] dicatione, (quod in calamitate[f] clarissimis viris Q. Maximo,[b] C. Lænati,[c] Q. Philippo[d] Nuceriæ,[e] C. Catoni[f] Tarracone,[5][g] Q. Cæpioni,[h] P. Rutilio[i] Smyrnæ[k]

[c] *Recipiatur.* [d] *Decreverint.* [e] *Destinaverit.* [f] *Exilio.*

G. m. p. s. n. c. m. c. n. f. i. q. m. ex cive Romano, desunt in χ.—4 H S χ ψ *noster.* Mox, *civili* suspectum est Ernestio; *civis noster esse jure civili* habent codd. aliquot et edd. vett.—5 *Q. Maximo, C. L. Q. P. N. C. C. Tarracone*

NOTÆ

[z] *Duarum civitatum civis*] Non poterat Romanus quivis duarum civitatum jus habere: licebat tamen aliis populis.

[a] *Neque solum*] Tribus rationibus amittebatur civitas: 1. 'dicatione,' id est, propria sua voluntate, destinando se alteri civitati; 2. 'calamitate,' id est, exilio et damnatione, cum quis ejiciebatur in exilium; 3. 'postliminio.' Quid sit autem postliminium definit Paulus, aitque, esse 'jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, et in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos regesque, moribus, legibus constitutum.' Unde postliminium dictum est a 'limine' et 'post.' Quare eum, qui ab hostibus captus, in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum recte dicimus. Nam limina sicuti in domo finem quendam faciunt, sic et imperii finem esse limen veteres voluerunt. Hinc et limen dictum est, quasi finis quidam et terminus: ab eo postliminium dictum est, quia ad idem limen revertebatur, quod amiserat.

[b] *Q. Maximo*] Q. Fabius Maximus quinquies consul fuit, et Cunctator dictus, quia patientia sua Hannibalem fregit.

[c] *C. Lænati*] Caius Popilius Lænas.

[d] *Q. Philippo*] Q. Martius Philippus, relatis de eo querelis a legatis, qui ad eum missi fuerant, lustrandi exercitus causa, damnatus est.

[e] *Nuceriæ*] Nuceria alia fuit haud procul a Padi ripa, alia in Apulia, alia in Campania. Credibile est loqui Ciceronem de prima.

[f] *C. Catoni*] Hic Cato, cum consul fuisset, accusatus est repetundarum, et damnatus. Vide Verr. de signis.

[g] *Tarracone*] Tarraco insignis Hispaniæ civitas, Scipionum opus, a qua provincia Tarraconia dicta est, et maritimarum opulentissima, ut ait Mela II. 6.

[h] *Q. Cæpioni*] Is est forte proconsul ille, qui binis castris exutus a Cimbris, 80. millia militum, et lixa-

Digitized by Google

vidimus accidisse, ut earum civitatum fierent cives,[1] hanc ante amittere non potuissent, quam hujus solum civitatis mutatione vertissent)[6] sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio: neque enim sine causa de Cn. Publicio Menandro,[m] libertino homine, quem apud majores legati nostri in Græciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum,[n] ut is Publicius, si domum revenisset,[7] [o] et inde Romam rediisset, ne minus civis esset.[g] Multi etiam superiore memoria cives Romani sua voluntate, indemnati et incolumes,[p] his rebus relictis,[h] alias se in civitates contulerunt. XII. 29. Quodsi civi Romano licet esse Gaditanum, sive exilio, sive postliminio, sive rejectione[1] hujus civitatis,[q] (ut jam ad fœdus veniam, quod

g *Ut civis permaneret.* h *Relicta civitate Rom.*

desunt in S. *Tarracinæ* habet H. *Terracenæque* χ. *Tarracone eque* ψ. Mox, *P. R. Zmyrnæ* Erf. *hanc amittere* χ.—6 Idem cod. *evertissent;* et pro *sine* habet *sint.*—7 S ψ *revertisset.*

CAP. XII. 1 Manut. conj. *sine relictione*, probante Weisk. *sine ratione*

NOTÆ

rum 40. millia amisit: qua de causa missus est in exilium. Vide Liv. lib. XXXVII.

i *P. Rutilio*] P. Rutilius habitus est ævi sui vir optimus. Is repetundarum accusatus, ab equitibus, quibus invisus erat, damnatus est, et pulsus in exilium, quia legatus Marii a publicanorum injuriis Asiam liberaverat, qui erant equites Romani.

k *Smyrnæ*] Smyrna urbs Ioniæ est, quam Meles amnis irrigat.

l *Civitatum fierent cives*] Qui exilio damnabantur, aut iis certus locus destinabatur a judicibus, quo cum venerant, illius civitatis participes fiebant, et tum amittebant jus Romanæ civitatis; aut locorum omnium, præter certum quendam, aditus permittebatur, quæ 'lata fuga' dicebatur; et illi quoque civitatem amittebant.

m *Menandro*] Menander se jactabat e familia Mariana esse, propter formæ similitudinem cum eo.

n *Ad populum latum*] Ad populum, id est, cum lata lex est a populo: ferre enim ad populum aliud nihil est, quam ferre aliquid ad populum, ut de eo deliberet.

o *Si domum revenisset* [*revertisset*] Si domum revertisset, id est, si Roma, ubi libertate donatus fuerat, in patriam rediisset.

p *Indemnati et incolumes*] Ii dicuntur indemnati et incolumes, qui causam non dixerunt; utpote qui vocati non sunt in judicium, etiamsi pœnas injuste dederint.

q *Rejectione hujus civitatis*] Rejectione, id est, dicatione, nempe destinando, in aliam civitatem abire.

Digitized by Google

ad causam nihil pertinet; de civitatis enim jure, non de fœderibus disceptamus) quid est, quamobrem civi Gaditano in hanc civitatem venire non liceat? Equidem longe secus sentio:[1] nam cum ex omnibus civitatibus via sit[2] in nostram, cumque nostris civibus pateat iter ad ceteras civitates; tum vero, ut quæque nobiscum maxime societate,[r] amicitia,[s] sponsione,[t] pactione,[u] fœdere[x] conjuncta est, ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum, civitatis, continere videtur. Atqui[3] ceteræ civitates[y] omnes non dubitarent nostros recipere in suas civitates, si idem nos juris haberemus, quod ceteri: sed nos non possumus et hujus esse civitatis, et cujusvis[4] præterea: ceteris con-

[1] *Non sentio ut adversarius.*

χ.—2 H *una sit.* Mox, *nobiscum maxime* desunt in χ ψ. Paulo post, *contineri videtur* ψ.—3 *Atque* H T. Actutum, *certe civitates* χ. *nostros omnes recipere* T. *nostros homines recipere* Orell. e conj. Garat. *ceteræ civ. omnes non dub. nostros omnes r.* cod. Steph. Venet. 1480. *ceteræ civ. omnes non dub. nostros rec.* Pall. omnes, Erf. cod. Victor. Rom. Venet. 1483. Ald. Junt. Grut. Græv. *ceteræ civ. non dub. nostros omnes r.* Hervag. Lamb. *ceteræ civ. non dub. nostros homines rec.* de Gulielm. conj. Schutz. Tum, *in suam civitatem*

NOTÆ

[r] *Societate*] Societas est contractus bonæ fidei de alicujus rei, vel negotiationis communione, sic institutus, ut ejus et quæstus et damnum ad unumquemque communiter pertineat. Unde qui societatem init, habet obligationem auxilii ferendi.

[s] *Amicitia*] Tunc amicitia censetur, cum alter populus, vel princeps, vel civitas nocere non debet, sed potius juvare; nam loquitur hic de amicitia vulgari.

[t] *Sponsione*] Sponsio pro stipulatione hic sumitur, sive promissione, qua reges et populi coëunt in amicitiam.

[u] *Pactione*] Pactio quoque hic sumitur pro transactione, seu controversiæ decisione, quæ per solos magistratus fiebat.

[x] *Fœdere*] Ex Livio tria sunt fœderum genera, quibus integræ civitates, aut principes inter se conjunguntur. Primum est, cum victi, victoris arbitrio, cum victore fœdus faciunt: secundum, cum bello pares æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniunt, ita ut alius non pareat, alius non imperet: tertium, cum sociali fœdere aliqui consociantur.

[y] *Atqui ceteræ civitates*] Discrimen affert inter Romanam et alias civitates, quod aliarum cives inter Romanos cives asci possint, at Romani vicissim inter alios non possint, servato jure suæ civitatis. Quare, ut refert Cornelius Nepos, cum Atticus civitatis jure ab Atheniensibus vellet donari, respuit beneficium, quia, alia ascita, Romana civitas amittebatur.

Digitized by Google

cessum est. 30. Itaque in Græcis civitatibus videmus, Athenis Rhodios,[1] Lacedæmonios,[a] ceteros undique ascribi, multarumque esse eosdem homines civitatum. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros cives, Athenis in numero judicum atque Areopagitarum,[5 b] certa tribu,[c] certo numero;[d] cum ignorarent, si illam civitatem essent adepti, hanc[e] se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. Peritus vero nostri juris ac moris nemo unquam, qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam civitatem se dicavit. XIII. Sed hic totus locus disputationis[1] atque orationis meæ, judices, pertinet ad commune jus mutandarum civitatum: nihil habet, quod sit proprium religionis ac fœderum.[f] [*p.* 61.] Defendo enim rem universam,[g] nullam esse gentem ex omni regione[2] terrarum, neque tam dissidentem a populo Romano odio quodam atque discidio, neque tam fide benevolentiaque conjunctam, ex qua nobis interdictum[h] sit, ut ne quem asciscere civem, aut civitate donare possimus. 31. O jura præ-

[h] *Vetitum.*

Schutz.—4 H χ *et cujus;* ψ *et ejus.*—5 *Ariopagitarum* Erf. Mox, *certa curia* conj. Ernesti; *certo demo* suspic. Orell.

Cap. XIII. 1 H *disputationum.* Mox, *ac fœderis* Erf.—2 H S *ex omni regno.* Pro *discidio* edd. vett. et Grut. habent *dissidio.* Mox, *fit, ne quem asc.* ψ. *fit, neque asc.* χ. *ut ne asc.* Ald. Hervag. Lamb. *ne asc.* Ven. 1480.

NOTÆ

[1] *Rhodios*] Rhodus, unde Rhodii, insula nobilissima est in mari Carpathio, Cariæ adjacens.

[a] *Lacedæmonios*] Lacedæmon, unde Lacedæmonii, clarissima Peloponnesi urbs, Lycurgi legibus olim celebrata.

[b] *Areopagitarum*] Areopagitæ judices fuerunt rerum capitalium apud Athenienses, qui sub dio, et noctu causas audiebant, et summo quidem silentio.

[c] *Certa tribu*] Cum quis inter cives Romanos ascribebatur, ei certa tribus assignabatur.

[d] *Certo numero*] Erant Romæ certi ordines, in quibus certus erat hominum numerus.

[e] *Hanc*] Romanam civitatem perdebant, nisi Romam redirent.

[f] *Religionis ac fœderum*] Religionem a fœdere distinguit, quia non omnia fœdera sacrosancta sunt, sed ea tantum quæ ex jure feciali religiosa erant, propter juramentum, quo fœdera jungebantur.

[g] *Rem universam*] Non se de parte, sed de universo genere, seu de jure communi disputare asserit.

Digitized by Google

clara,[h] atque divinitus jam inde a principio[3] Romani nominis a majoribus nostris comparata! ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit; (dissimilitudo enim civitatum varietatem juris habeat necesse est) ne quis invitus civitate mutetur; neve in civitate maneat invitus. Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quemque juris et retinendi[4] et dimittendi esse dominum. Illud vero sine ulla dubitatione maxime nostrum fundavit imperium, et populi Romani nomen auxit, quod princeps ille, creator hujus urbis, Romulus, fœdere Sabino[i] docuit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere: cujus auctoritate et exemplo nunquam est intermissa a majoribus nostris largitio et communicatio civitatis. Itaque et ex Latio[5] [k] multi, et Tusculani,[l] et Lanuvini,[m] et ex ceteris generibus gentes universæ in civitatem sunt receptæ; ut Sabinorum,[n] Volscorum,[o] Hernicorum:[p] quibus ex civitatibus nec coacti essent civitatem mutare,[6] si qui noluissent; nec, si qui essent civitatem nos-

Junt. *ut neque asc.* Barb. Grut. *donare non possimus* H S.—3 Cod. ψ *jam a princ.* omisso *inde.* Mox, *a majoribus comparata* Erf.—4 Cod. χ *remittendi.* —5 *Itaque ex Latio* χ. *et Tusculani et Latini* in eodem cod.—6 Erf. Barb.

NOTÆ

[h] *O jura præclara*] Jura Romana laudat a vetustate, a dignitate, ab auctore, et utilitate.

[i] *Fœdere Sabino*] Cum Romam ludorum causa Sabini convenissent, raptæ sunt eorum virgines, et in matrimonium cum Romanis abductæ. Hinc bella pleraque orta Romanos inter et Sabinos; sed tandem pacatis animis facta pax est, et Sabinorum imperium Romam traductum, atque ex duobus regnis unum factum est, et sub duobus regibus Tatio et Romulo commune dominium per aliquot annos fuit.

[k] *Ex Latio*] Latium proprie est pars Italiæ, quæ inter ostia Tiberis, et Circeios interjacet, mille quinquaginta passus in longitudinem non excedens; quod sic dictum putatur, quod illic latuerit Saturnus cum Jovem fugeret. Vide Virg. Æn. VIII.

[l] *Tusculani*] A Tusculo, oppido Latii, dicti sunt Tusculani.

[m] *Lanuvini*] Lanuvium oppidum olim fuit in via Appia in agro Laurente.

[n] *Sabinorum*] Sabini populi sunt in quarta Italiæ regione, quos Plin. III. 12. a religione et Deorum cultu Sabinos ait appellari.

[o] *Volscorum*] Volsci populi sunt in Latio ultra Circeios.

[p] *Hernicorum*] Hernici populi Campaniæ, qui loca saxosa incolunt, unde nomen accepere; nam 'herna' Sa-

Digitized by Google

tram beneficio populi Romani consecuti, violatum fœdus eorum videretur.

XIV. 32. At enim[1] quædam fœdera extant, ut Germanorum, Insubrium,[q] Helvetiorum,[r] Iapidum,[s] nonnullorum item ex Gallia barbarorum,[t] quorum in fœderibus exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. Quodsi exceptio facit, ne liceat; ibi[2] necesse est licere, ubi non est exceptum. Ubi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate? nusquam: ac sicubi esset; lex id Gellia[3] et Cornelia, quæ definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat, sustulisset. Exceptum est, inquit, si quid sacrosanctum[u] esset.[4] Ignosco tibi, si neque Pœnorum jura[5][x] calles, (reliqueras enim civitatem tuam) neque nostras potuisti leges inspicere; ipsæ enim te a cognitione sua judicio

Orell. *civitate mutari*; χ *civitate mutare.* Denique, pro *consecuti*, nonnulli codd. etiam Erf. et Rom. habent *secuti*; χ, Ven. 1480. Junt. *assecuti.*

CAP. XIV. 1 *Etenim* Erf. Mox, *Genumanorum Insalubrium* in eodem cod. G. *Houleticorum* χ. Paulo post *eorum* deest in H S. *a nobis* deest in χ.—2 H *alibi*; T *ubi*; χ *ubi non.* Mox, *ubi non est exceptum* desunt in H S T χ, et edd. ante Naug. Actutum, *Ubi est igitur fœdere* Erf. Guelf. probante Ernesti. Deinde, *recipiat in civitatem* Lamb. *recipiat*, omisso *civitate*, Erf.—3 Ven. 1480. Junt. *id lex Gellia*; S *lege id Agellia*; χ *lex ea Gellia*; H *lex id Agellia.* Mox, *quæ diffinita* H S. *quæ diffinite* χ. Pro *potestatem* S habet *est.*—4 Codd. et edd. ante Ernesti, *inquit, fœdus*; *siquidem s. est*; Guelf. *si quid* pro *siquidem.*—5 H *vita.* Paulo post, *a cognitione tua* H S. *a cog.*

NOTÆ

bini saxa vocant.

[q] *Insubrium*] Galliæ Cisalpinæ regio fuit Insubria, a qua Insubres.

[r] *Helvetiorum*] Helvetii populi inter Rhenum et Rhodanum fluvios, Juram montem et Alpes siti, in quatuor olim pagos divisi.

[s] *Iapidum*] Iapides ab nobili Ætolo, qui Iapis dictus est, appellati sunt illi populi. Hic cum ad intimum maris Adriatici sinum venisset, oppidum de suo nomine condidit, a quo ea pars Italiæ, quæ Timao fluvio irrigatur, Iapidia dicta est.

[t] *Barbarorum*] Non fluminibus, aut mari separantur barbari ab aliis nationibus, sed moribus et immanitate. Hi autem non facti sunt cives Romani, 1. ne pluris facerent patriam, quam Romanam civitatem; 2. ne pecunia corrupti eam proderent.

[u] *Sacrosanctum esset*] 'Sacrosanctum dicitur,' ut refert Festus, 'quod, jurejurando interposito, institutum est; si quis id violasset, ut morte pœnas penderet.'

[x] *Pœnorum jura*] Hic accusator genere Pœnus fuit, qui videtur fuisse damnatus exilio, sed restitutus; neque enim ei fas fuisset accusare.

Digitized by Google

publico repulerunt. 33. Quid fuit in rogatione ea,[y] quæ de Pompeio a Gellio, et a Lentulo,[6] consulibus, lata est, in quo aliquid sacrosanctum exceptum videretur? Primum enim, sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus[z] plebesve sanxisset:[7] deinde sanctiones[a] sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione[b] et consecratione[c] legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere ejusmodi? Utrum a capitis[8] consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? Nihil omnino unquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico: de quibus etiamsi latum esset, neque legem, neque pœnam latam esse, ne quem civem reciperemus; tamen id esset,[9]

tui conj. Pantag. *publico retulerunt* χ.—6 *M. Lentulo* H. Pro *consulibus lata*, χ habet *conflata*. Pro *in quo*, T et plurimæ edd. *in qua*. Deinde, *exceptum* omittunt H S, Ven. 1483. Hervag. Lamb.—7 Schutz. de Ernestii conj. *sanxerit*. Mox, *deinde sanctiones sacrandæ sunt genere ipso, aut obtestatione legis, aut pœna* Garat. *et consecratione* omittunt S et Manut. *deinde sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione legis aut pœna* Lamb. *pœna* est de conj. *d. sanctiones sacrosanctæ sunt aut genere ipso, et obtestatione legis, aut consecratione et pœna* Schutz. *sacrosanctæ* est de Manutii conjectura. Denique, *qui contra fecerit* H ψ, Junt. *qui contra fuerit* S, Rom. *qui contra fecit* Barb. *qui contra facit* Ven. 1483. Hervag. seqq.—8 *Utrum capitis* Lamb. Grut.—9 *Nihil . . . esse dico*: [*neque legem, neque pœnam latam esse.*] *De quibus igitur, etiam si latum esset, ne quem civem, &c.* Garat. et Orell. *igitur* præbent cod. Steph. et Hervag. Verba, *neque l. n. p. l. esse*, subdititia esse putant Manut. Garat. et Orell. *Nihil . . . nihil ad plebem neque lege, neque pœna latum esse dico, de quibus etiam si latum esset, ne quem civem reciperemus, &c.* Lamb. *Nihil . . . esse dico: neque legem, neque pœnam latam esse, ne quem c. reciperemus; de quibus etiam si latum esset, tamen id esset* Schutz. de conj. Ernestii. *in isto fœdere* χ. *pœnam gratam esse* S et Ven. 1483. *pœnam ratam vel gratam esse* T. *neque pœnam ratam esse dico* χ. Nostram lect. habent codd. plerique, Grut. Græv. Mox, *illius verbis* H S χ ψ. *illis verbis, nec*

NOTÆ

[y] *Quid fuit in rogatione ea*] Rogatio ea lex est, quam consules illi pro Pompeio ferendam populum rogaverunt. Probat autem fœdus hoc sacrosanctum non esse.

[z] *Nisi quod populus*] Ostendit sacrosanctum fœdus illud non esse, quia non est sancitum a patriciis, et a reliqua plebe.

[a] *Sanctiones*] Tum leges aut fœdera sacrosancta fiunt, cum certis verbis concipiuntur: ut, qui ea violaverit, pœna dignus sit.

[b] *Obtestatione*] Quando Deus testis in meliorem partem vocatur.

[c] *Consecratione*] Consecratio fit, cum caput illius, qui legem vel fœdus violavit, alicui numini consecratur.

Digitized by Google

quod populus postea jussisset,[d] ratum; neque quicquam illis verbis, 'si quid sacrosanctum esset,' esse exceptum videretur: de his, cum populus Romanus nihil unquam jusserit, quicquam audes dicere sacrosanctum fuisse? XV. 34. Nec vero hæc oratio mea ad infirmandum[1] fœdus Gaditanorum, judices, pertinet: neque enim est meum, contra opinionem vetustatis,[e] contra jus optime meritæ civitatis,[2] contra auctoritatem senatus dicere. Duris enim quondam temporibus[f] reipublicæ nostræ,[3] cum præpotens terra marique Carthago,[g] nixa duabus Hispaniis,[h] [p. 62.] huic imperio immineret, et cum duo fulmina nostri imperii, subito in Hispania, Cn. et P. Scipiones,[i] exstincti occidissent; L. Marcius,[k] primipili centurio,[l] cum Gaditanis fœdus icisse[4] dicitur: quod cum magis fide illius populi, justitia nostra, vetustate denique ipsa, quam aliquo publico vinculo reli-

si quid s. esset, exceptum esse vid. Lamb. *est* pro *esset* Ald. probante Garat. Deinde, *cum populo R.* χ.

CAP. XV. 1 Erf. *ad firmandum.*—2 Ita tacite Grut. et seqq. 'fortasse errore typogr.' *Orell.* *contra jus optime meritæ civitatis, contra opinionem veritatis* Erf. aliique codd. et edd. ante Grut.—3 Cod. χ *vestræ*. Mox, *duo lumina* Lamb. prob. Ernesti et Garat. *imperii in Hispaniam cum et C. Scipionis* χ.—4 Ita C ψ, Junt. Hervag. Lamb. Schutz. Orell. *fœdus jecisse* H S, Erf.

NOTÆ

[d] *Jussisset*] Cum suo suffragio probat aliquid populus, tum jubere dicitur.

[e] *Vetustatis*] Fœdus illud jam ante annos centum factum fuerat.

[f] *Duris . . . . temporibus*] Intelligit duo belli Punici tempora, quod duce Hannibale 24. annis gestum est. Illud autem fœdus factum est cum Gaditanis anno octavo belli illius Punici secundi.

[g] *Carthago*] Carthago urbs fuit Africæ celeberrima, quam Scipio Æmilianus vastavit. Alia fuit in Hispania, quam dux Pœnorum Hasdrubal condidit, et quam Scipio prior Africanus expugnavit.

[h] *Duabus Hispaniis*] Duæ fuerunt Hispaniæ, ulterior et citerior, Tarraconensis scilicet et Bætica, in qua ultima Lusitania numeratur.

[i] *Cn. et P. Scipiones*] Hi fuerunt Scipionum vetustissimi, qui 'duo fulmina' dicti sunt propter fortitudinem ingentem et celeritatem gerendi belli.

[k] *L. Marcius*] L. Marcius strenuus fuit juvenis, Septimii filius, eques Romanus. Is primus fœdus cum Gaditanis fecit.

[l] *Primipili centurio*] Primipilus olim centurio, sive primi ordinis centurio dicebatur, qui et aquilæ, et quadringentis in prima acie militibus

Digitized by Google

gionis[m] teneretur; sapientes homines, et publici juris periti, Gaditani, M. Lepido, Q. Catulo consulibus,[n] a senatu de fœdere postulaverunt.[o] Tum est[5] cum Gaditanis fœdus vel renovatum, vel ictum; de quo fœdere populus Romanus sententiam non tulit;[a] qui, injussu suo,[p] nullo pacto potest religione obligari. 35. Ita Gaditana civitas quod beneficiis suis erga rempublicam nostram[6] consequi potuit; quod imperatorum testimoniis, quod vetustate,[a] quod Q. Catuli, summi viri, auctoritate, quod judicio senatus, quod fœdere, consecuta est;[b] quod publica religione sanciri potuit, id abest: populus enim se nusquam obligavit: neque ideo est Gaditanorum causa deterior; gravissimis enim et plurimis rebus[b] est fulta.[c] Sed isti disputationi certe nihil est loci.[d] Sacrosanctum enim nihil potest esse, nisi quod

[a] *Non dixit suffragium.*
[b] *Gaditana civitas consecuta est, quod consequi potuit, &c.*
[c] *Nixa.* [d] *Sed non est tempus agitandi hanc quæstionem.*

Rom. Ven. 1480. 1483. *fœdus fecisse* T χ. *quod tam magis* χ. *justitia vestra* T χ, et edd. ante Steph. item Junt. Græv. *j. nostra* Erf. Steph. Lamb. Schutz. Orell. *venustate d. ipsa* χ. Mox, *et publici juris periti* desunt in H. *a senatu defendere* χ.—5 *Tum etiam* H S.—6 Erf. *erga rem nostram; τὸ nostram* deest in H. Paulo post, *summi viri aucta religione*, omissis intermediis, χ. *quod fœdera consecuta* Erf. *id consecuta est* Schutz. *sancire potuit* Erf. *id habet* χ. *enim senatusque obligavit* H S.

NOTÆ

præerat, ut ex Livii lib. VIII. et Dionys. lib. IX. intelligitur.

[m] *Religionis*] Religio sumitur pro jurejurando, quod in fœderibus sanciendis semper interponebatur.

[n] *M. Lepido, Q. Catulo coss.*] Anno urbis scilicet 675. quo bellum Sertorianum in Hispania cœpit, ut refert Eutropius lib. VI. M. Lepidus et Q. Catulus coss. fuerunt.

[o] *De fœdere postulaverunt*] Postulaverunt a senatu populoque Romano, ut fœdus illud confirmaretur; quia non satis firmum esse videbatur illis, qui jurisperiti erant.

[p] *Injussu suo*] Populus jubebat, censebat senatus: quod jubebat autem populus, aut censebat senatus, sacrosanctum habebatur.

[a] *Quod vetustate*] Inter fœdus quod a Marcio sancitum est cum Gaditanis, ad consulatum M. Lepidi et Q. Catuli, anni plusquam centum interfluxere.

[b] *Gravissimis . . . rebus*] Hæc gravissima sunt, antiquitas, auctoritas Catuli, judicium, et renovatio fœderis.

Digitized by Google

per populum plebemve sancitum est. XVI. Quodsi hoc fœdus, quod populus Romanus, auctore senatu, commendatione et judicio vetustatis, voluntate et sententiis suis comprobat, idem[1] suffragiis comprobasset; quid erat, cur ex ipso fœdere Gaditanum in civitatem nostram recipi[e] non liceret? nihil est enim aliud in fœdere, nisi, ut 'pia et æterna pax' sit.[c] Quid id ad civitatem?[d] Adjunctum[2] illud etiam est, quod non est in omnibus[e] fœderibus, 'majestatem populi Romani[f] comiter conservato:'[3] id habet hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior. 36. Primum[f] verbi genus[g] hoc[4] conservandi, quo magis in legibus,[h] quam in fœderibus, uti solemus, imperantis est, non precantis. Deinde,[5] cum alterius populi majestas conservari jubetur, de altero siletur;[i] certe ille populus in superiori

[e] *Donari civitate.* [f] *Primo.*

Cap. xvi. 1 Erf. *isdem.* Mox, *recipere non licet* χ.—2 *Quid id ad c. adjunctam* Erf. *Quod id ad, &c.* χ. *Quod ad civ. &c.* H S.—3 Ita e conj. Ernesti, Schutz. Orell. *comiter conservanto* Lamb. Grut. Græv. *comiter conservent* codd. Grævii, et edd. ante Lamb. *comiter conservant* Erf. *comites conservant* H S. *comiter conservavit* T. *comiter conservetur* χ.—4 H S *verbi g. hujus.* Actutum, *servandi* Erf.—5 *Demum* H S. *conservari videbitur* χ. *de altero*

NOTÆ

[c] *Ut pia et æterna pax sit*] In formula fœderis hæ voces adhibebantur: æterna autem dicebatur, ut ab induciis distingueretur, quæ tantum sunt ad tempus.

[d] *Quid id ad civitatem*] Id est, quid hoc habet commune cum jure civitatis?

[e] *Quod non est in omnibus*] Non reperitur ea formula in iis fœderibus, in quibus æquo fœdere conveniunt; sed tum ponitur, cum minor cum majore fœdus facit, civitas cum principe, populus cum rege: habent enim id commune, ut addant aliquid, quo se superiores esse ostendunt; quod hac voce 'conservato' comprobatur, quæ est in modo imperativo: imperatur enim Gaditanis, ut servent illud fœdus quod ab illis cum Romanis ictum est.

[f] *Majestatem pop. Rom. &c.*] Alia formula fœderis.

[g] *Verbi genus*] Id est, verbum istud, 'conservato.'

[h] *Quo magis in legibus*] Ea voce, 'conservare,' potius utebantur in legibus ferendis, quam in fœderibus, quia leges imperant.

[i] *De altero siletur*] Ostendit Cicero in hoc fœdere faciendo populum Romanum se superiorem vindicare populo Gaditano; nam dicitur tantum quod populi Romani, non autem quod populi Gaditani majestas conservabitur.

Digitized by Google

conditione causaque ponitur, cujus majestas fœderis sanctione[g] defenditur. In quo erat accusatoris[k] interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, 'Comiter esse communiter:'[6] quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni,[l] faciles, suaves homines esse dicuntur. 'Qui erranti[m] comiter[h] monstrat viam,' benigne[7] et non gravate: 'communiter' quidem certe non convenit.[n] 37. Et simul absurda res est, caveri fœdere, ut majestatem populi Romani communiter[8] conservent; id est, ut populus Romanus suam majestatem[o] esse salvam velit: quod si jam ita esset, ut esse non potest, tamen de nostra majestate, nihil de illorum caveretur.[i] Potestne igitur nostra majestas[9] [p] a Gaditanis be-

[g] *Confirmatione.* [h] *Hilariter.*
[i] *Tantum provisum esset majestati populi Rom. non Gaditani.*

sileatur Erf.—6 *Comiter esse comiter* χ. *communiter* deest in T. Mox, *aut insolutum* χ.—7 Voc. *benigne* deest in χ. *et* deest in H S T χ. Mox, *comi quidem* T.—8 Cod. χ *comiter.* Mox, *Romanus* deest in H S. Tum, *salvam esse velit* Erf. Rom. Ven. 1483. Græv. Orell. Deinde, *esse non posset* Erf. et χ.—9 Cod. χ *nostra civitas.* Præpositio *a* deest in H T ψ, et Erf. Mox, *præmiis eligere* Erf.

NOTÆ

[k] *In quo erat accusatoris*] Arguit Cicero responsionem adversarii sui, qui vocem hanc 'comiter' quasi 'communiter' interpretabatur; nam si illud fœdere præcipitur, ut Romani et Gaditani suam communiter majestatem conservent, jam non fœdus est; quia tantum provisum est majestati populi Romani, non vero Gaditani.

[l] *Comes, benigni*] Id est, homines benigni, faciles, suaves dicuntur esse *comes.*

[m] *Qui erranti*] Versus Enniani sunt, de quibus loquitur Cicero de Off. lib. I. 'Homo qui erranti comiter monstrat viam, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit: Nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.'

[n] *Non convenit*] Id est, ista vox 'communiter' non convenit huic rei.

[o] *Suam majestatem*] Majestas est amplitudo, seu dignitas, seu magnitudo civitatis, vel reipub. vel principis in sua potestate ac jure retinendo; amplitudo vero, est magnarum copiarum abundantia: qui igitur aut illam dignitatem, aut copiarum abundantiam minuit, majestatem lædere dicitur, et reus est majestatis.

[p] *Potestne igitur nostra majestas*] Ostendit jam Cicero non posse majestatem vel populi Rom. vel Gaditani, conservari, si allici præmiis non possint populi Gaditani, vel eos allicere non possint imperatores Romani; neque valere hanc partem fœderis, nisi liceat ex populo Gaditano, bene meritos viros donare civitate.

Digitized by Google

nigne conservari, si ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non possumus? potest esse ulla denique majestas, si impedimur, quo minus per populum Romanum, beneficiorum, virtutis causa, tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus?

XVII. 38. Sed quid ego disputo, quæ mihi[1] tum, si Gaditani contra me[q] dicerent, vere posse dici viderentur? illis enim repetentibus L. Cornelium, responderem, legem populum Romanum jussisse[r] de civitate tribuenda: huic generi legum fundos populos[s] fieri non solere: Cn. Pompeium[t] de consilii sententia civitatem huic dedisse; nullum populi nostri jussum Gaditanos habere:[2 u] itaque nihil esse sacrosanctum, quod lege exceptum videretur: si esset, tamen in fœdere[x] nihil esse cautum, præter pacem: additum etiam esse illud,[y] ut majestatem illi nostram conservare deberent; quæ certe minueretur, si aut adjutoribus illorum civibus uti in bellis nobis non liceret, aut præmii tribuendi potestatem nullam haberemus. 39. Nunc vero quid ego contra Gaditanos loquar, cum id, quod de-

CAP. XVII. 1 Cod. χ *quem mihi*. Pro *vere*, Ernesti conj. *recte*. Pro *dici*, Lamb. *responderi*; unus cod. *conditi*. Mox, pro *repetentibus*, χ habet *repentibus*; Erf. *referentibus*.—2 Cod. χ *haberet*. Mox, si *esse tamen* Erf. *nihil esse*

NOTÆ

[q] *Si Gaditani contra me*] Argumentum a fictione; fingit enim Gaditanos venire in forum, et repetere suum civem; quibus respondendo artificiose per capita repetit, quæ dixit hactenus.

[r] *Legem populum Rom. jussisse*] Legunt alii *jussisse lege*, nempe Gellia et Cornelia de civitate, ut essent cives, qui donati sunt civitate a Pompeio. Et hoc primum argumentum est.

[s] *Fundos populos*] Secundum argumentum profert, eos videlicet populos vere fundos esse pop. Rom. apud quos, tanquam in proprio fundo, leges pop. Rom. vigent: non autem fieri per hanc legem.

[t] *Cn. Pompeium*] Tertium argumentum sumit a persona Pompeii, qui Cornelium civitate donavit ex sententia consilii sui militaris.

[u] *Gaditanos habere*] Quartum argumentum, Gaditanos videlicet nullum habere jussum a populo Rom.

[x] *Tamen in fœdere*] Quintum argumentum a fœdere, in quo tantum agitur de pace Gaditanos inter et Romanos servanda.

[y] *Additum etiam esse illud*] Sextum argumentum a majestate, quæ violaretur, si Gaditani præstare auxilium populo Rom. et vicissim illos Romani afficere præmiis non possent.

Digitized by Google

fendo,[3] voluntate eorum, auctoritate, legatione[a] ipsa comprobetur? [*p.* 63.] qui, a principio sui generis[a] ac reipublicæ, ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt?[b] quos, cum maxima bella[b] nobis inferrent, mœnibus excluserunt?[c] classibus insecuti sunt? corporibus,[d] copiis, opibus depulerunt? qui[e] et veterem illam speciem fœderis Marciani[f] semper omni arce duxerunt[4] sanctiorem,[g] et hoc fœdere, Catuli[h] senatusque auctoritate, se nobiscum conjunctissimos esse arbitrati sunt? quorum mœnia, delubra,[c] agros, ut ipse

[a] *Fundamento suæ urbis.* [b] *Converterunt.* [c] *Templa.*

tantum χ. Idem cod. paulo post, *esset illud ... quod certe.*—3 H S *defendendo.* Mox, *generis ac studio reip.* H T χ. *generis studio et reip.* S. *ab his omni* H. *iis ab omni* S. *sui generis republica omni studio sensuque mentes, &c.* Garat. *imperium mentemque flexerunt* H a m. sec. *qui cum max.* T χ. *bella nostris* H S ψ. Pro *inferrent*, quod servant Barb. C H T ψ, Hervag. Schutz. Orell. *inferrentur* habent reliquæ edd. *qui cum maxime bella ferrentur* Erf.—4 Ita Grut. Græv. *semper omni sanctiorem arce duxerunt* Erf. cod. Ursin. Orell. *s. omni sanctiorem Marte d.* codd. plerique, et edd. ante Grut. etiam Lamb. *s. omni sanctiorem ara d.* conj. Lamb. probante Bentl. ad Horat. Carm. Sæc. v. 65.

NOTÆ

[a] *Legatione*] E civitatibus legati mittebantur Romam ad judices, pro reo deprecaturi. Gaditani porro pro Balbi salute miserant.

[b] *Maxima bella*] Ea bella gesta sunt Hannibale et Hamilcare ducibus.

[c] *Mœnibus excluserunt*] Carthaginiensium in potestate erat Gaditana civitas, sed perfugæ nonnulli Marcio polliciti sunt urbem cum omni præsidio Romanis tradere: verum patefacta proditione, cives comprehensos Mago Carthaginem devehendos curavit. At Mago jussus in Italiam trajicere, pecuniam ingentem, spoliatis templis, confecit; unde postea reversus, exclusus est a Gaditanis, qui se Marcio tradiderunt. Hæc passim Liv. lib. XXVIII.

[d] *Corporibus*] Se hostibus fortiter objecerunt.

[e] *Qui*] Gaditani scilicet.

[f] *Veterem illam speciem fœderis Marciani*] Per speciem, imaginem et formam fœderis intelligit; quia fœdus illud, a Marcio cum Gaditanis factum, omnibus conditionibus perfectum non fuit, ut vere fœdus diceretur.

[g] *Omni arce duxerunt sanctiorem* [*omni sanctiorem Marte duxerunt*] Alii intelligunt omni bello sanctiorem, quia maluerunt Gaditani habere pacem, quam bellum cum populo Rom. Alii per istam vocem, 'Marte,' interpretantur fœdus; quia in fœderibus faciendis soliti erant Martem bellorum præsidem invocare. Sic Virg. Æneid. XII. 'Tuque inclyte Mavors! Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques.'

[h] *Catuli*] Fœdus illud a Catulo vel renovatum est, si ictum fuit quondam a Marcio; vel ictum, si non fuit.

Hercules[5] itinerum[i] ac laborum suorum, sic majores nostri, imperii ac nominis populi Romani terminos esse voluerunt? 40. Testantur[k] et mortuos[6] nostros imperatores, quorum vivit immortalis memoria et gloria, Scipiones,[l] Brutos,[m] Horatios,[n] Cassios,[7][o] Metellos,[p] et hunc præsentem Cn. Pompeium, quem procul ab eorum mœnibus, acre et magnum bellum[q] gerentem, commeatu[d] pecuniaque[r] juverunt;[8] et hoc tempore ipso populum Romanum,

[d] *Cibariis.*

unde Schutz. *omni ara duxerunt sanctiorem.*—5 Erf. T χ *ut Hercules;* Naug. Lamb. *ut Hercules ipse.* H S *itinerum vel laborum;* T *itinerum et laborum.*—6 *Testantur ut mort.* H S.—7 *Crassos* conj. Manut. probante Garat.—8 H S *pecunia juverunt.* Mox, *ut ante fecerunt* H. *levarunt* codd. aliquot, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Deinde, *sint in nostris c. sint in i. p. sint deni-*

NOTÆ

[i] *Hercules itinerum*] Hercules cum majorem Africæ partem peragrasset, Gades venit, ibique ab utraque continentis parte columnis positis, pervenit in Hispaniam cum exercitu. Vide Diod. Sic. lib. v.

[k] *Testantur*] Gaditani testes suæ fidei appellant omnes antiquos imperatores Romanos.

[l] *Scipiones*] Cum vastaretur a Pœnis Hispania, Cn. Scipio proconsul in Hispaniam missus, ut socios tueretur, aut ulcisceretur, orsus a Jacetanis usque ad Iberum flumen, partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, Romanæ ditioni omnia subjecit; et post, cum ad Pœnos iterum defecisset, recepit. Victo autem Hasdrubale ad Iberum Hannibalis fratre, populos amplius centum viginti ex ultima Hispania ad imperium Rom. adjunxit. Inde, Publio fratre Scipione adjuncto, Carpetanos subegit, et Sagunto recepta, Turditanos, qui contraxerant eis bellum cum Carthaginiensibus, in potestatem redactos vendidit. Horum inde gloriam P. Scipio P. F. qui postea Africanus appellatus est, cumulavit. Hic enim Hispaniam, quæ patris patruique continuatis cladibus tota ferme defecerat, recepit, et facta est provincia pop. Rom. anno urbis conditæ 552.

[m] *Brutos*] D. Junius Brutus Lusitaniam urbium obsidionibus usque ad Oceanum perdomuit. Vide Liv. lib. LV.

[n] *Horatios*] Nullus historicus istorum Horatiorum meminit. Ursinus reponit *Porcios:* Porcius enim Cato arma omnibus Hispanis ademit. Uno die omnium urbium muros dirui jussit, et urbes quadringentas sibi subjecit. Vide Liv. lib. XXXIV.

[o] *Cassios*] Cassius duplici consulatu, et duplici triumpho illustris fuit.

[p] *Metellos*] Q. Metellus Pius cum Sertorio in Hispania pugnavit.

[q] *Acre . . . bellum*] Cum Sertorio.

[r] *Commeatu pecuniaque*] Tunc credibile est adjutum fuisse Pompeium, cum ad senatum scripsit, nisi pecuniam mitteret, relicta Hispania, et Sertorio, se in Italiam omnes copias reducturum. Quod verebatur Lucullus, ne se consule ad bellum Mithridaticum imperator mitteretur.

Digitized by Google

quem in caritate annonæ, ut sæpe ante fecerant, frumento[s] suppeditato, levaverunt; se hoc jus esse velle,[t] ut sibi, et liberis, si qui eximia virtute fuerint, sit in nostris castris, sit in imperatorum prætoriis,[u] sit denique inter signa[x] atque in acie locus; sit his gradibus ascensus etiam ad civitatem. XVIII. 41. Quodsi Afris, si Sardis, si Hispanis,[y] agris stipendioque mulctatis, virtute adipisci licet civitatem; Gaditanis autem,[z] officiis, vetustate, fide, periculis, fœdere conjunctis, hoc idem non licebit; non fœdus sibi nobiscum, sed iniquissimas leges impositas a nobis esse arbitrabuntur. Atque hanc, judices, non a me fingi orationem, sed me dicere, quæ Gaditani judicarint, res ipsa declarat. Hospitium,[a] multis annis ante hoc tempus, cum L. Cornelio Gaditanos[1] fecisse publice, dico: proferam testes, proferam legatos: excitabo laudatores,[b] quos ad hoc judicium,

---

que codd. aliquot, Rom. Ven. 1480. 1483. *sive* ... *sive* ... *sive denique* Barb. Ald. Hervag. Naug. Camer.

CAP. XVIII. 1 *Gaditano* χ. Mox, *excito laudatores* χ ψ. *quos* omittunt H χ. *seram legatos, excito laudatores, ad hoc judicium* Erf. *hujus periculosissimos videtis* χ. *Gadibus jam audita* quidam codd. ap. Græv. H ψ. *Gadibus mandata*

NOTÆ

[s] *Frumento*] Hispania Bætica frumenti feracissima fuit, quod Romanis suppeditabant.

[t] *Se hoc jus esse velle*] Testantur Gaditani Romanos imperatores sibi velle aditum aperire ad jus Rom. civitatis, militando in eorum castris, &c.

[u] *Prætoriis*] Prætorium prætoris, seu imperatoris, tabernaculum est; unde qui prætorem stipabant milites, aut imperatorem, prætorii, tanquam lectissimi omnium, dicebantur.

[x] *Inter signa*] Tria fuerunt apud Rom. signorum genera, aquila, dracones, et vexilla. Aquilam legionis fuisse ait Vegetius; dracones cohortium; vexilla centuriarum.

[y] *Si Hispanis*] Qui ditioni Romanæ hostes subjiciebantur, suis agris mulctabantur.

[z] *Gaditanis autem*] Videtur hic Cicero Gaditanos ab Hispanis distinguere, cum revera sint Hispani. Duæ fuerunt Hispaniæ; una cum Romanis bellum gesserat, et alia semper his addicta fuerat. Quare una conservata, altera mulctata est.

[a] *Hospitium*] Cum Gaditani Romam veniebant, ad Cornelium Balbum Gaditanum divertebant, tanquam familiarem sibi civem Romanum; nemini enim externo fas erat externos quamplurimos excipere.

[b] *Laudatores*] Legati a civitatibus publice mittebantur, ut reum laudarent, et judicibus commendarent. Missi sunt autem a Gaditanis, ut Balbum laudarent apud judices.

Digitized by Google

summos homines ac nobilissimos, deprecatores[c] hujus periculi, missos videtis: re denique multo ante Gadibus inaudita, fore, huic ut ab illo periculum[d] crearetur, gravissima tum in istum civem suum Gaditani senatusconsulta fecerunt. 42. Potuit magis fundus[2] populus Gaditanus fieri, (quoniam hoc magnopere delectare verbo) si tum sit fundus, cum scita[e] ac jussa nostra sua sententia comprobat, quam cum hospitium fecit, ut et civitate illum mutatum esse fateretur, et hujus civitatis honore[3] dignissimum judicaret? potuit certius interponere[e] judicium voluntatis suæ, quam cum etiam accusatorem hujus mulcta et pœna mulctavit? potuit magis de re judicare, quam cum ad vestrum judicium cives amplissimos legavit, testes hujus juris,[4] vitæ laudatores, periculi deprecatores? 43. Etenim quis est tam demens, quin sentiat,[5] jus hoc Gaditanis esse retinendum, ne interseptum[f] sit iis iter perpetuo ad hoc amplissimum præmium civitatis; et magnopere iis esse lætandum, hujus L. Cornelii benevolentiam erga suos remanere Gadibus; gratiam et facultatem commendandi in

[e] *Ostendere.* [f] *Interclusum.*

χ. *huic ab illo* T. *Gaditani senatus convitia fecerunt* H S T χ ψ. *Gaditani convitia fecerunt* codd. Grævii.—2 T *fundum.* Actutum, verba, *populus G. f. q. h. m. d. v. s. t s. fundus* desunt in χ. *tum fit fundus* H. *cum scita* desunt in H. *sua* deest in χ.—3 Ita Lamb. Schutz. Orell. *et jus civitatis honore* edd. ante Lamb. item Grut. Græv. *et ejus c. honore* T. *honorem* H. *judicavit* T. Mox, *qui tum etiam* χ. Deinde, *multo ante pœna mulctavit* conj. Weisk.—4 T *teste h. juris;* χ aliique codd. ap. Græv. *testes h. viri;* Erf. *civis amplissimos, testis hujus juris.*—5 Codd. χ ψ *qui sentiat.* Mox, *ne septum situ siter perpetuum* Erf. *septum* etiam ψ. *intersectum* χ. *perpetuum* H S T χ ψ. *ne septum sit iis iter perpetuum* Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. *in perpetuum* conj. Garat. Paulo

NOTÆ

[c] *Deprecatores*] Missi sunt Gadibus qui removerent periculum, et precarentur ne damnaretur.

[d] *Huic ut ab illo periculum*] Ostendit ingratam fuisse populo Gaditano hanc accusationem: statim enim atque audiit ab accusatore Gaditano vocatum fuisse in judicium; in gratiam Balbi, et in accusatorem, sua senatusconsulta misere Gaditani.

[e] *Scita*] Per scita intelliguntur leges quas populus Romanus suo suffragio comprobavit. 'Sciscere' dicitur de plebe, 'jubere' de populo.

Digitized by Google

hac civitate versari? Quis enim nostrum est, cui[6] non illa civitas sit studio, cura, diligentia, commendatior? XIX. Omitto, quantis ornamentis[g] populum istum C. Cæsar, cum esset in Hispania prætor,[f] affecerit, controversias[1] [g] sedarit, jura, ipsorum[h] permissu, statuerit; inveteratam quondam barbariam[i] ex Gaditanorum moribus disciplinaque delerit; summa in eam civitatem, hujus rogatu,[k] studia et beneficia contulerit. Multa prætereo, quæ quotidie, labore hujus et studio,[h] [2] aut omnino, aut certe facilius consequuntur. [*p.* 64.] Itaque et adsunt principes civitatis,[3] et defendunt; amore, ut suum civem; testimonio, ut nostrum; officio, ut ex nobilissimo civi sanctissimum hospitem; studio, ut diligentissimum defensorem commodorum suorum. 44. Ac, ne ipsi Gaditani arbitrentur,[4] quanquam nullo incommodo afficiantur, si liceat eorum cives virtutis causa in nostram civitatem venire, tamen hoc ipso inferius esse suum fœdus, quam ceterorum; consolabor et hos præsentes, viros optimos, et illam fidelissimam atque amicissimam nobis civitatem; simul et vos, non ignorantes, ju-

[g] *Honoribus.* [h] *Favore.*

post, H *erga nos.* Deinde, *et fac. commorandi* χ.—6 Erf. *nostrum cui.*

CAP. XIX. 1 Schutz. conj. *quod controversias.* Mox, *permissa* H S χ ψ. Pro *quondam*, Lamb. Schutz. Orell. legunt *quandam.* Deinde, *in eandem civitatem* Steph. Lamb. 1566.—2 Cod. χ *hujus studio.* Mox, *consequantur* Erf. H S χ. *consequatur* ψ.—3 *Itaque et adsunt civitates* Erf. H T χ ψ. Mox, *officio, et nobilissimum* T. *officio et nobilissimo* H ψ. *officio ut ex nobilissimum civem* H χ. *officio ex nobilissimo* Erf. *officio ut nobilissimum* al. ap. Græv. Tum, *defensorum* T.—4 *Ac ne ipsi arbitrentur* Erf. *arbitrarentur* H S. Mox, *horum*

NOTÆ

[f] *In Hispania prætor*] Plutarchus in Vita Cæsaris refert, prætorem missum fuisse in Hispaniam anno urbis 693.

[g] *Controversias*] Controversiæ fuerunt Gadibus debitores inter et creditores, quas sedasse Cæsarem sua industria, refert Plutarchus.

[h] *Jura*] Gaditanorum Cæsar jura constituit, quia id eum rogaverunt.

[i] *Barbariam*] Erant ita inculti et duri Gaditani, ut etiam Herculi fortasse homines immolarent, quam consuetudinem a Pœnis habuisse credibile est, quos Plin. XXXVI. 5. humana victima sacrificasse commemorat.

[k] *Hujus rogatu*] Cornelii Balbi videlicet.

Digitized by Google

dices, admonebo, quo de jure[a] hoc judicium constitutum sit, de eo nunquam omnino esse dubitatum.[5]

45. Quos igitur prudentissimos interpretes fœderum, quos peritissimos bellici juris, quos diligentissimos in exquirendis conditionibus civitatum atque causis esse arbitramur?[6] eos profecto, qui jam imperia ac bella gesserunt. XX. Etenim, si Q. Scævola[b] ille augur, cum de jure prædiatorio[1 c] consuleretur, homo juris peritissimus, consultores suos[d] nonnunquam ad Furium et Cascellium,[e] prædiatores,[f] rejiciebat;[*] si nos de aqua nostra Tusculana[g] M. Tugionem[h] potius, quam C. Aquillium[i] consulebamus, quod assiduus usus, uni rei deditus, et ingenium et artem sæpe vincit; quis dubitet de fœderibus, et de toto jure pacis et belli,[2] omnibus juris peritissimis imperatores nos-

* *Remittebat.*

cives H T. Deinde, *quod non ignoratis* Steph. et Lamb. 1566.—5 T *dubitandum.*—6 Ita codd. et edd. ante Grut. *arbitremur* Guelf. et Schutz. *arbitrabamur* Grut. Græv. *esse* omittit Erf. Mox, *jam* deest in χ.

Cap. XX. 1 Cod. χ *præditarios.* Mox, *cum consultores* H S. *suos nunquam ad Furinum et Catullum* T. *et Casellum* H S. *prædicatores rejiciebat* T ψ. *si vos* χ. Paulo post, *quam assiduus* in eodem cod.—2 H S *jure belli.* Actu-

NOTÆ

[a] *Quo de jure*] Id est, de eo jure quo.

[b] *Q. Scævola*] Q. Mucius Scævola, Publii filius, ut ait de eo Cicero de Orat. lib. I. 'Homo omnium, et disciplina juris civilis eruditissimus, et ingenio prudentiaque acutissimus,' &c. Et paulo post, 'Jurisperitorum eloquentissimus, et eloquentium jurisperitissimus.' Pomponius, de Origine Juris, refert, primum omnium jus civile constituisse, et generatim in libros decem et octo redegisse.

[c] *Jure prædiatorio*] Jus prædiatorium nihil est aliud, quam jus prædiorum, quod continet servitutes prædiorum.

[d] *Consultores suos*] Consultores dicuntur, vel qui jurisperitos adeunt consilii petendi causa, vel qui ipsi consuluntur.

[e] *Ad Furium et Cascellium*] Jurisconsulti duo celebres Q. Scævolæ æquales fuerunt.

[f] *Prædiatores*] Prædiatores sic dicuntur, quia prædiatorii juris erant peritissimi, atque ita ab officii nomine appellantur.

[g] *Aqua nostra Tusculana*] Illa aqua Crabra dicta est, quæ per fundum Ciceronis fluebat, pro qua vectigal pendebat: de qua contra Rul. ad Quir.

[h] *Tugionem*] Tugio vir fuit aquæ ducendæ peritus, qui, ut vult Cœlius Secundus, Aquarius dictus est.

[i] *Aquillium*] Is jurisconsultus prætor, et collega Ciceronis fuit. De quo fuse Cic. in Orat. pro Cæcina, § 69.

Digitized by Google

tros anteferre? 46. Possumusne igitur tibi probare auctorem exempli atque facti illius, quod a te reprehenditur, C. Marium? quæris aliquem graviorem? constantiorem? præstantiorem virtute, prudentia, religione, æquitate? Is igitur M. Annium Appium,[3] fortissimum virum, summa virtute præditum, civitate donavit, cum Camertinum[k] fœdus[l] sanctissimum atque æquissimum sciret esse. Potest igitur, judices, L. Cornelius condemnari, ut non[b] [4] C. Marii factum condemnetur? 47. Existat[5] ergo ille vir parumper cogitatione vestra,[c] quoniam re non potest, ut conspiciatis eum mentibus, quem oculis non potestis: dicat, se non imperitum fœderis, non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse: se P. Africani[m] discipulum ac militem: se stipendiis, se legationibus[n] bellicis[o] eruditum: se, si tanta bella[p] egisset,[6] quanta et gessisset et confecis-

[b] *Quin.* [c] *Redeat in mentem vestram.*

tum, *omnibus viris* χ.—3 Erf. *religionis æquitate M. Annium Apium;* Barb. etiam *Apium.* χ ψ *religionis igitur;* H omittit *igitur.* Mox, *summa* deest in χ ψ. *Carmentinum fœdus* H S. C. *fœderum* Barb. et cod. Steph.—4 Codd. Grævii *condemnari æque apte, ut non;* T *condemnari apte vel æque, ut non;* χ *condemnari apte, ut non.*—5 *Extimetur* χ. *parum per cogitationem vestram* Erf. *non potestis* χ. Mox, *æque ignarum belli* H S. *neque ignarum belli* Pal. 9. *non æque ignarum belli* Gembl. et Erf. *se* deest in T.—6 Ita codd. aliquot, edd.

NOTÆ

[k] *Camertinum*] Camertinum urbs est in Italia, in agro Piceno, a quo populi Camertes.

[l] *Fœdus*] Non tantum civitate Marius hunc Annium donavit, juxta fœdus illud ictum cum Camertibus, sed etiam mille viros, id est duas cohortes integras, (nam quingenti viri cohortem componebant) civitate donavit, juxta Plutarchum.

[m] *P. Africani*] Æmilianum Scipionem intelligit, qui Numantiam oppugnavit; sub quo tunc equestria stipendia Marius meruit.

[n] *Legationibus*] Marius in bello Jugurthino Q. Metelli, et in bello Italico sociali Rutilii legatus fuit.

[o] *Bellicis*] Aliæ legationes sunt publicæ, ut cum quis legatus, aut pacis faciendæ, aut rerum repetundarum causa mittitur: aliæ bellicæ, cum quis imperatoris legatus mittitur, quem vulgo *Lieutenant* dicimus Gallice: ibi autem est argumentum a minori. Si tantum tot bella legisset, quot fecit; aut sub consulibus meruisset; non ignarus belli fuisset: sed neque legit, at gessit ipse, et consul fuit: ergo multo magis novit jura et fœdera.

[p] *Si tanta bella*] Marius Jugurtham cepit, Teutonas in Italia vicit, Cimbros profligavit.

Digitized by Google

set; si tot consulibus meruisset, quoties ipse consul fuisset;[q] omnia jura belli perdiscere ac nosse potuisse: sibi non fuisse dubium, quin nullo fœdere[r] a republica[7] bene gerenda impediretur; a se ex conjunctissima atque amicissima civitate fortissimum quemque esse delectum;[s] neque Iguvinatium,[t] neque Camertium fœdere esse exceptum, quo minus eorum civibus a populo Romano præmia virtutis tribuerentur. XXI. 48. Itaque, cum paucis annis post hanc civitatis donationem, acerrima de civitate quæstio, Licinia et Mucia[u] lege, venisset; num quis[1] eorum, qui de fœderatis civitatibus esset civitate donatus, in judicium est vocatus? nam Spoletinus[x] L. Matrinius,[2] unus ex iis quos C. Marius civitate donasset, dixit causam ex colonia Latina,[y]

ante Ald. etiam Junt. et Hervag. *legisset* H T ψ, Ald. Crat. Lamb. Grut. Græv. Schutz. Orell. *adisset* χ. *quanta bella et gessisset* T χ. *quanta gessit confecit* Erf. *confecit* H S. *fecit* T. *quanta bella et gessit et confecit* Crat. *quanta gessit et confecit* Naug. Lamb. Grut. Græv. Weisk. Orell. *si sub tot* edd. ante Hervag. Mox, *consul fuit* conj. Weisk.—7 H S *nonnullo fœdere republica;* χ *nullo f. ac republica.* Mox, *quenquam esse* ψ. Deinde, *Ignatium neque Camertum* H S ψ. *Ignatium* etiam edd. ante Hervag. *Fulginatium* n. C. Hervag. Naug. Lamb. *Ignatrium nec Cameranum* T.

CAP. XXI. 1 Cod. χ habet *inquis*. Mox, *est civ. donatus* legitur in H S. in *j. vocatur* in χ.—2 *T. Macrinius* H S et edd. ante Manut. *T. Matrinius* Manut. Steph. Lamb. Mox, *donasset et dixit* ψ. *P. Antistius* conj. Manut. Pro *Spoletinus dixit*, H S *Spoletinum dixit;* Lall. et Orell. *non dixit*, omisso

NOTÆ

q *Quoties ipse consul fuisset*] Septies consulatum adeptus est Marius.

r *Quin nullo fœdere*] Id est, nullum fœdus debet esse quod sit contra rempublicam.

s *Delectum*] Ut bonus et sapiens imperator deligebat fortissimos quosque, ut eos civitate donaret.

t *Iguvinatium* [*Fulginatium*] Hodie *Folengium* dicitur in Ducatu Spoletino.

u *Licinia et Mucia*] Tulere L. Licinius Crassus, et Q. Mucius Scævola coss. anno urbis conditæ 658. ut socii Latini, Romanæ civitatis jure privati, suas in civitates redigerentur. Cum autem plures populi se pro Romanis gererent, ea lege ita alienati sunt, ut ea vel maxima causa fuerit belli Italici, quod post tres annos gestum est.

x *Spoletinus*] Exemplum a re simili. Matrinius licet non esset e populo fundo populi Rom. civitate tamen donatus est a Mario, nec idcirco condemnatus est. 'Spoletinus' autem a Spoleto dicitur, quæ urbs est Umbriæ. Huc autem colonia populi Rom. post bellum Punicum primum deducta fuit.

y *Ex colonia Latina*] Coloniæ Latinæ jus Latii habebant, non autem civitatis: quare nonnulli ex illis coloniis jure civitatis donabantur.

Digitized by Google

inprimis firma et illustri: quem cum disertus homo, L. Antistius,[1] accusaret, Spoletinus dixit,[a] fundum populum[b] Spoletinum non esse factum. Videbat enim, populos de suo jure,[c] non de nostro, fundos fieri solere; sed, cum lege Apuleia[d] coloniæ non essent deductæ, qua lege Saturninus C. Mario tulerat, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset, negabat[3] hoc beneficium, re ipsa sublata, valere debere. 49. Nihil habet similitudinis[e] ista accusatio: sed tamen tanta auctoritas in C. Mario fuit, ut non per L. Crassum,[4] affinem suum, hominem incredibili eloquentia, [*p.* 65.] sed paucis ipse verbis causam illam gravitate sua defenderit et probarit.[5] Quis enim esset, judices, qui imperatoribus nostris, in bello, in acie, in exercitu, delectum[6] virtutis; qui sociis, qui fœderatis, in defendenda republica nostra spem præmiorum eripi vellet? Quodsi vultus C. Marii, si vox, si ille imperatorius ardor oculorum,[f] si recentes triumphi, si præsens valuit aspectus;[7]

Spoletinus; Lamb. de Pantag. conj. *item Spoletinus non dixit.*—3 Codd. χ ψ *negabant.*—4 Cod. χ *ut non L. Crassum,* omissa præpositione *per.*—5 Schutz. conj. *causam illam defenderit, gravitate sua probarit.*—6 Cod. χ *delecta.*—7 Idem cod. *affectus.* Idem paulo post, *vivat inde mortales,* omisso *auctoritas.*

NOTÆ

[1] *L. Antistius*] De Antistio Cicero loquitur de Clar. Orat. ad quem, post tribunatum primum, multæ causæ, deinde omnes, maximæ quæcumque erant, deferebantur.

[a] *Spoletinus dixit*] Antistius erat Spoletinus.

[b] *Populum*] Volebat ut ipsi fundi populi uterentur suo jure, sed in suos populos, non vero in populum Romanum.

[c] *De suo jure*] Id est, de eo jure quod acceperunt a Romanis: jus enim ponitur pro ipsis rebus quæ jure constituuntur. Jure autem constituuntur possessiones agrorum et ædium: non suo jure, sed beneficio populi Romani; id est, non habent ipsi hanc auctoritatem, ut fundos seipsos facere possint.

[d] *Lege Apuleia*] Tulit L. Apuleius Saturninus, tribunus plebis, C. Mario VI. et L. Valerio coss. anno urbis 653. ut in singulas colonias ternos cives Romanos C. Marius facere posset. Ostendit itaque Cicero quid responderit Antistius Matrinio Spoletino, habuisse quidem Marium potestatem conferendi civitatem; sed cum nullæ deductæ fuissent coloniæ, non valuisse illud beneficium.

[e] *Similitudinis*] Nempe cum Cornelii accusatione: unde infertur, quod si Marius causam Matrinii obtinuit, multo mag s suam debet Pompeius, quæ et præstantior et justior est.

[f] *Ardor oculorum*] Tantus inerat oculis Marii ardor, ut, cum ad eum,

Digitized by Google

valeat auctoritas, valeant res gestæ, valeat memoria, valeat fortissimi et clarissimi viri nomen æternum: sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortes, ut illi vivi fruantur opibus suis; horum, etiam mortuorum, (si quisquam hujus imperii defensor mori potest) vivat auctoritas immortalis. XXII. 50. Quid? Cn. Pompeius, pater,[1] [g] rebus Italico bello maximis gestis, P. Cæsium, equitem Romanum, virum bonum, qui vivit Ravennæ,[2] [h] fœderato ex populo, nonne civitate donavit? quid? cohortes duas [i] universas Camertium? quid? Heracliensium [k] legionem,[3] P. Crassus, vir amplissimus, ex ea civitate, quacum prope singulare fœdus, Pyrrhi temporibus, C. Fabricio consule, ictum putatur? quid? Massiliensem Aristonem Sulla?[4] quid? quoniam de Gaditanis agimus, idem heros [l] novem Gaditanos?[5]

CAP. XXII. 1 *Magni pater* H S ψ, Rom. Ven. 1480. 1488. Junt. Hervag.—2 ‘*Qui vivit Ravennatem*] Immanes per totum hoc caput hinc incipiunt corruptelæ. Scil. hinc inde ab Aldo seniore edunt, *virum bonum, qui vivit Ravennæ, fæd.* quo nihil magis ridiculum dici poterat. Mihi persuasum est, sic correxisse Aldum lectionem Junt. *virum bonum, qui vivit, Ravennæ natum, fæd.* Sed tres codd. Oxon. Rom. Venett. 1480. 1488. *virum bonum, Q. Vibium Ravennatem fæd.* Erf. *virum Ravennatem*; ut ego edidi † *qui vivit, Ravennatem*, cum corruptelæ signo, habet cod. Steph. probante Manut. *qui vivit, Ravennate* unus cod. Oxon. Barb. Fortasse *quem nostis, Ravennatem*, ut § 23.’ *Orell.* ‘*Cohortes duas universas Camertinum*] Hæc quoque corrupta. Sic ex meis primus Cam. seq. Priores, Venet. 1488. Crat. Hervag. omittunt *universas*. Totum hoc membrum, *Quid? coh. duas u. Camertium?* subdititium censet Garat. *Cohortes* istæ sane ortæ sunt ex *legione* mox sequente.’ *Idem.*—3 ‘*Heracliensam Alexam*] Sic tandem verissime monentibus Lamb. et Garat. e vestigio codd. optt. et edd. vett. erat scribendum. *quid derade se malexat* Pal. 9. *quid Eraclesina lex* Venet. 1483. *Quid? Heracliensium legionem?* Junt. seqq. Scil. pleræque lectiones, quas Garat., Juntina destitutus, Aldo seniori tribuit, Juntinæ sunt. Anne Beroaldinæ?’ *Idem.*—4 *Aristotilem si illa* Erf. Actutum, *quid? quod cum Gaditanis* H ψ.—5 Ita codd. ple-

NOTÆ

obscura quadam nocte delitescentem apud Minturnenses, sicarius missus esset a Cimbris, qui eum interficeret, ita scintillantibus oculis eum terruerit, ut infecta re aufugerit. Vide Appian. de Bell. Civil. lib. I.

[g] *Cn. Pompeius pater*] Cn. Pompeius Strabo Cn. Pompeii Magni pater fuit. Is Picentes prælio fudit, et Prænestinos in ditionem accepit.

[h] *Ravennæ*] Ravenna urbs Galliæ togatæ fuit.

[i] *Cohortes duas*] Has cohortes Pompeius donavit civitate.

[k] *Heracliensium*] Heraclea Tarentinorum colonia fuit, et ‘æquissimo jure ac fœdere,’ ut ait Cicero Orat. pro Arch. poëta, conjuncta cum Romanis.

[l] *Idem heros*] Vel legendum *cives*,

Digitized by Google

quid? vir sanctissimus, et summa religione ac modestia, Q. Metellus Pius, Q. Fabium Saguntinum? quid?[6] hic, qui adest, a quo hæc, quæ ego nunc percurro, subtilissime sunt omnia perpolita, M. Crassus, non Aletrinensem[7] [m] fœderatum civitate donavit, homo tum gravitate et prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largienda civitate? 51. Hic tu, Cn. Pompeii beneficium, vel potius judicium, et factum infirmare conaris, qui fecit, quod C. Marium fecisse audierat; fecit, quod P. Crassum, quod[8] L. Sullam, quod Q. Metellum, quod denique domesticum auctorem, patrem suum, facere viderat? Neque vero in uno Cornelio id fecit:[9] nam et Gaditanum Hasdrubalem ex bello illo Africano, et Mamertinos[n] obvios, et quosdam Uticenses,[o] et Saguntinos fabros,[10] civitate donavit. Etenim, cum ceteris præmiis digni sunt, qui suo labore et periculo nostram rempublicam defenderunt;[11] tum certe dignissimi sunt, qui civitate ea donentur, pro qua pericula ac tela subierunt. Atque utinam, qui ubique sunt propugnatores[*] hujus imperii, possent in hanc civitatem venire, et contra, oppugna-

[*] *Defensores.*

rique, Ven. 1483. Junt. Grut. seqq. *idem heros LX. Gaditanos* Hervag. Lamb. *idem prætor LX Gaditanos* Naug. *idem Hunnonem Gaditanum* conj. Garat.—6 *Fabius agant? numquid* H S χ. *Fabius Saguntinus? quid* ψ. Mox, *qui abest* H χ.—7 Ita pleræque edd. inde a Junt. *Averniensem* H S ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Ald. *Aveniensem* χ et Barb. *Apeniensem* T. *Avenionensem*, vel *Aventicensem*, conj. Gronov. *Alventicensem* Schutz. *Avennensem* Erf. et Pall. Mox, *homo tum grav.* Erf. cod. Steph. Lamb. Orell.—8 Voc. *quod* deest in χ.—9 Steph. et Lamb. e codd. *id in uno Cornelio fecit.* Mox, *Gaditanos* Erf. H S ψ. *Gaditano* χ. *Adstrubali* χ. *illo* deest in H S. Deinde *obvios* deest in Guelf. *Ovios* conj. Buchan. *omnes* suspic. Beier. Frag. Cic. p. 206.—10 Ita omnes fere edd. *Fabios* Erf. Barb. a m. pr. cod. Steph. Orell. *fabius* sup. lin. H χ. *et Mamertinos quosdam, et Uticenses, et Saguntinos civitate, &c.* conj. Ernesti et Garat.—11 Ita conj. Ernesti; *defendunt* ceteri.—

NOTÆ

vel vox ista *heros* ad Sullam referenda est.

[m] *Aletrinensem*] Aletrinum Italiæ municipium est Arpino vicinum.

[n] *Mamertinos*] Mamertini populi sunt Siciliæ, quorum urbs Messana dicitur. Hos autem donavit civitate cum aliis, cum ex bello Africano, quod contra Domitium et Hiarbam gessit, reversus est.

[o] *Uticenses*] Uticenses ab Utica dicti, quæ urbs, ad Africæ littus, pæne Carthagini æqualis fuit.

Digitized by Google

tores reipublicæ de civitate exterminari! Neque enim [12] ille summus poëta [p] noster, Hannibalis illam magis cohortationem, quam communem imperatorum, voluit esse; 'Hostem qui feriet, erit,' inquit, 'mihi Carthaginiensis,[b] [13] Quisque erit, cujatis;' etsi id habent hoc leve,[14] et semper habuerunt. Itaque et cives undique fortes viros [15] asciverunt, et hominum ignobilium virtutem persæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt.

XXIII. 52. Habetis imperatorum summorum, et sapientissimorum hominum, clarissimorum virorum, interpretationem juris ac fœderum: dabo etiam judicum, qui huic[c] quæstioni præfuerunt; dabo universi populi Romani; et dabo sanctissimum judicium senatus.[1] Judices cum præ se[2] ferrent,[q] palamque loquerentur, quid essent lege Papia [r] de M. Crasso,[s] Mamertinis repetentibus,[t] judicaturi; Mamer-

[b] *Donabo civitate Carthaginiensi.* [c] *Simili.*

12 Voc. *enim* omittunt H S T χ ψ. Barb. edd. ante Hervag. et Naug. Mox, *imperatoriam* Erf. Barb. H S T ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Orell. probante Garat. *imperatorum omnium* Lamb.—13 Ita Ven. 1483. Grut. Græv. *feriet, inquit, mihi erit Karth.* cod. Steph. Schutz. Orell. *erit mihi Karth.* Junt.—14 Ita Grut. Græv. Schutz. *Quisquis erit, cujati siet. Id habent omnes leve* Manut. Steph. Lamb. Lall. *Quisquis erit civitatis: si et id habent hoc leve* Erf. Franc. Rom. Ven. 1480. 1483. Hervag. *Q. erit civitatis, et si id habent omnes leve* Junt. *cujatis; etsi id illi habent hodie leve* conj. Schutz. *quisqui' siet* Merula. 'Excidit fortasse aliquid, ut *fuerit, siet. Habent hoc omnes impp. po. Ro.* vel *nostri leve, &c.*' Orell.—15 Ita Steph. Grut. Lamb. seqq. *Itaque et cives fortissimos undique fortes viros* edd. ante Steph. unde Garat. conj. *fortes* potius quam *fortissimos* del. esse. *fortissimos* habent etiam H S T χ ψ. *sibi* pro *cives* conj. Lamb. *consciverunt* T.

CAP. XXIII. 1 Codd. Steph. et Guelf. *dabo sanctissimum et sapientissimum etiam judicium senatus*; ita Orell. deleto *etiam*; ita Lamb. nisi quod *etiam* collocat ante *sanctiss.* Ven. 1483. Junt. Hervag. Grut. *dabo sanctissimum etiam j. s.* Erf. *dabo et sapientissimum j. s.*—2 *Judices cum sæpe* H S T χ ψ.

NOTÆ

[p] *Summus poëta*] Ennium intellige, qui secundum bellum Punicum carminibus suis descripsit.

[q] *Præ se ferrent*] Præ se ferre, est rem aliquam non dubiis, sed manifestis signis ostendere.

[r] *Lege Papia*] Tulit C. Papius, tribunus plebis, Cotta et Manlio coss. anno 689. ut peregrini expellerentur.

[s] *De M. Crasso*] M. Crassus Mamertinus erat, et factus civis Romanus Romana nomina de more sumsit.

[t] *Repetentibus*] Mamertini hunc Crassum quasi civem suum judicio repetebant: at cum ipsis innotuisset, eum absolvendum esse a judicibus, ab hac causa destiterunt.

Digitized by Google

tini, publice suscepta causa, destiterunt. Multi in civitatem[3] recepti ex liberis fœderatisque populis, sunt liberati: nemo unquam est de civitate accusatus, quod aut populus fundus factus non esset, aut quod fœdere civitatis mutandæ jus impediretur. 53. Audebo etiam hoc contendere, nunquam esse condemnatum, quem constaret ab imperatore nostro civitate donatum. Cognoscite nunc populi Romani judicium, multis rebus interpositum, atque in maximis causis re ipsa atque usu comprobatum. Cum Latinis omnibus fœdus ictum,[4 u] Sp. Cassio, [*p.* 66.] Postumio Cominio, consulibus, quis ignorat? quod quidem nuper in columna aënea[5 x] meminimus post Rostra incisum et perscriptum fuisse. Quomodo igitur L. Cossinius[y] Tiburs,[6 z] pater hujus equitis Romani, optimi atque ornatissimi viri, damnato T. Cœlio, quomodo ex eadem civitate T. Coponius, civis item summa virtute et dignitate, (nepotes T. et C. Coponios nostis[a]) damnato C. Massone, civis Romanus est factus? 54. An lingua et ingenio patefieri aditus ad civitatem potuit, manu[7] et virtute non potuit?

Mox, *lege Papinia* χ. *de M. Cassio* cod. Steph. et Erf. Deinde, *repentibus judicari* χ.—3 *Multi in civitate* S T χ ψ. *sunt liberati* omittunt H S T χ ψ, et edd. ante Grut. *recepti sunt* Lamb.—4 Cod. ψ *fœdus esset cum.*—5 Erf. *athenea;* edd. fere omnes *ænea.* Hæc, *quod quidem . . . fuisse,* suspecta sunt Weiskio.—6 *L. Cassinius Tiburs* Erf. *L. Cosminius Tybur* H S T ψ, et edd. ante Hervag. *Eos Mimius Tibur* χ. Mox, *damnatio* χ. Deinde, verba, *civis item . . . Massone,* desunt in T χ. *Coponius* ψ. *damnatos* H S ψ. *Masso* H. *est facius nostris* χ ψ.—7 Cod. χ *sine manu.* Mox, pro *anne* Junt. habet

NOTÆ

[u] *Cum Latinis omnibus fœdus ictum*] Sp. Cassio et Postumio Cominio consulibus, anno urbis conditæ 250.

[x] *Columna aënea*] In columnis aëneis Romani veteres scribebant suas leges et fœdera, ut testatur Halic. et in Campo Martio collocabantur, in quo erant rostra, et suggestum oratorum.

[y] *L. Cossinius*] Cossinius accusatus fuerat a Cœlio apud populum, quod non recte civitate fuisset donatus: at ipse damnatus est a populo, quod factum illud probare non potuisset.

[z] *Tiburs*] A Tibure Tiburs dicitur. Tibur civitas est in Sabinis, fontibus irrigua, et Græca origine a Tiburto, Amphiarai filio, condita, et abe jus nomine *Tibur* appellata. Virg. Æneid. VII.

[a] *Coponios nostis*] Summi erant oratores Coponii.

Digitized by Google

anne de nobis trahere spolia [b] fœderatis licebit, de hostibus non licebit? an, quod adipisci poterunt dicendo, id eis assequi pugnando non licebit? an accusatori majores nostri majora præmia, quam bellatori, esse voluerunt? XXIV. Quodsi acerbissima lege Servilia [c] principes viri ac gravissimi,[1] et sapientissimi cives, hanc Latinis, id est, fœderatis, viam ad civitatem populi jussu [d] patere passi sunt; neque in his est hoc reprehensum Licinia et Mucia lege;[d] (cum præsertim genus ipsum accusationis et nomen, ejusmodi præmium quod nemo assequi posset nisi ex senatoris calamitate,[e] neque senatori neque bono cuiquam nimis jucundum esse posset) dubitandum fuit,[e] quin, quo in genere judicum præmia rata [2] essent, in eodem judicia imperatorum valerent? num fundos igitur factos populos Latinos arbitramur aut Servilia lege, aut ceteris,[f] quibus, Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re præmium

[d] *Suffragiis.* [e] *Condemnatione.*

an. Lamb. *nobis detrahere.* Tum *fœd. licebat* χ ψ. *non licebat* Erf. *adipisci poterant* H. *pug. non licebat* Erf. *p. non liceat* H T ψ. *an accusatur* χ. *an accusatores . . . quam bellatorum* Erf.

CAP. XXIV. 1 Erf. et Lamb. *viri gravissimi.* Mox, *neque his e. h. r. licinia* χ. *neque iis, &c.* Ven. 1483. *præsertim hoc genus* Erf. Græv. *præsertim in genus* tres codd. Oxon. et edd. quædam vett. *et ejusmodi* conj. Ernesti. *neque ab iis est hoc r. L. et M. l. cum præsertim genus ipsum accusationis et nomen, et ejusmodi præmium* suspic. Orell. Deinde, *assequi posset* est e conj. Ernesti; receperunt Schutz. et Orell. *calamitates . . . cuiquam minis* χ.—2 Cod. χ *judiciorum p. rara.* Mox, *Latinos* omittunt Ernesti et Schutz. errore typogr. *aut Serviliæ legi* Orell. e Valesii et Mazochii conj. Deinde,

NOTÆ

[b] *De nobis trahere spolia*] Licebat oratoribus ex populo quolibet fœderato accusare cives Romanos: immo vero si quis senator ipsorum industria damnatus fuisset, civitate donabantur: unde arguit Cicero, quod si id beneficium assequantur oratores, idem illis concedi debere ex populis fœderatis, qui rempublicam armis defenderint.

[c] *Lege Servilia*] Tulit C. Servilius Glaucia, tribunus plebis, ut Latinis jus esset civitatis assequendæ in locum ejus, quem accusando repetundarum damnassent. De hac Asconius pro Scauro loquitur, sed de tempore quo lata est, non constat.

[d] *Licinia et Mucia lege*] De hac lege superius, § 48.

[e] *Dubitandum fuit*] Id est, minime dubitandum est.

[f] *Aut ceteris*] Nempe accipiendis.

Digitized by Google

civitatis? 55. Cognoscite nunc judicium senatus, quod semper est judicio populi comprobatum. Sacra Cereris,[g] judices, summa majores nostri religione confici cærimoniaque[h] voluerunt:[3] quæ cum essent assumta de Græcia,[i] et per Græcas semper curata sunt sacerdotes, et Græca omnia nominata: sed cum illam, quæ Græcum illud sacrum monstraret et faceret, ex Græcia deligerent; tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt,[4] ut Deos immortales scientia peregrina et externa, mente domestica et civili precaretur. Has sacerdotes video fere aut Neapolitanas aut Velienses[k] fuisse, fœderatarum sine dubio civitatum. Mitto vetera: proxima dico: ante[5] civitatem Veliensibus datam, de senatus sententia C. Valerium Flaccum, prætorem urbanum, nominatim ad populum de Calliphana[l] Veliense, ut ea civis Romana esset, tulisse. Num igitur[m] aut fundos factos[6] Velienses, aut sacerdotem illam civem

quibus erat Latinis hominibus propositum Schutz.—3 Erf. *conficere mimaque voluerunt;* Pal. 9. etiam *conficere.* Mox, *de Græcia sacrata sunt semper sacerdotes* Erf. Deinde, *Græca omina nominata* cod. Victorii; *Græca omnia nomina* χ. *sed cum illa* H.—4 Cod. χ *tum sacra pro c. c. f. noluerunt.* Paulo post, *precarentur* T, Ald. Lamb.—5 Weisk. conj. *proxime dico ante.* Pro *prætorem urbanum* codd. Grævii habent *P. R.* Mox, *da calliphiniana Velliense* Erf. *de Calliphiana Vel.* 8 ψ. *de Calipphina Vel.* T. *de Caliphena Vel.* χ.—6 Idem codex

NOTÆ

[g] *Sacra Cereris*] Hæc sacra ex Græcia translata sunt Romam, quæ ab matronis ob inventam Proserpinam colebantur. Eorum origo ad Evandrum refertur ab Halic. lib. I.

[h] *Cærimonia*] Observabatur jejunium quinto quoque anno in honorem Cereris, ut habetur ex Liv. lib. XXXVI.

[i] *De Græcia*] Una Græcia Magna dicta est, quæ Italiæ pars est: altera Græcia fuit trans mare, ubi Athenæ, in quibus hæc eadem sacra viguerunt. Nunc regnum Neapolitanum dicitur.

[k] *Velienses*] A Velia 'Velienses,' sive 'Velini' dicti sunt. Velia autem oppidum est Lucaniæ in sinu Pæstano conditum a Phocensibus, et Romana civitate donata bello sociali, paulo post Gracchi necem.

[l] *Calliphana*] Calliphana antistes fuit Deæ Cereris, ut notat Val. Max. III. 1.

[m] *Num igitur*] Concludit per enumerationem: aut populi fundi facti sunt, aut non fuit cives Romana hæc Calliphana, aut contra leges factum est. Non populi fundi facti sunt, hæc autem fuit civis Romana, nec tamen contra leges factum est. Ergo Veliensibus licuit fieri cives Rom. etsi populi fundi facti non essent.

Digitized by Google

Romanam factam non esse, aut fœdus et a senatu et a populo Romano violatum arbitrabimur?

XXV. 56. Intelligo, judices, in causa aperta,[*] minimeque dubia, multo et plura,[1] et a pluribus peritissimis[a] esse dicta, quam res postularet: sed id factum est, non ut vobis rem tam perspicuam dicendo probaremus, verum ut omnium malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus: quos ut accusator incenderet,[2] ut aliqui sermones hominum, alienis bonis mœrentium, etiam ad vestras aures permanarent, et in judicio ipso redundarent, idcirco illa in omni parte orationis summa[3] arte aspergi videbatis; tum pecuniam L. Cornelii, quæ neque invidiosa[b] est, et quantacumque est, ejusmodi est, ut conservata magis, quam correpta[c] esse videatur; tum luxuriam,[d] quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur; tum Tusculanum,[e] quod Q. Metelli fuisse meminerat, et L. Crassi; Crassum emisse de libertino homine,[f] Soterico

[*] *Clara.*

---

fundus factus. Paulo post, *arbitrabamur* Erf. H S, Rom. Venet. 1480. *arbitramur* Barb. Lamb.

CAP. XXV. 1 Cod. χ *multa et plura.* Mox, *non* deest in H.—2 Cod. χ *intendet.* Pro *aliqui* Ernesti conj. *maligni;* recepit Schutz. refutarat jam Garat. *alienis b. inhærentium* H χ ψ. *etiam ad v. a. permearent* χ.—3 Ita C, Hervag. Camer. Basil. 1540. Grut. Schutz. *suæ* Erf. alii codd. ap. Græv. H T χ ψ, Victor. Steph. Mannt. Lamb. Græv. *sua* S, et edd. ante Hervag. *aspergi videbamus* χ. Paulo post, *quam corrupta* χ ψ, codd. Grævii, cum edd. vett. Venett. Mediol. Ascens. Crat. Victor. Mannt. Lamb. *crimine aliquo criminis* Erf. *crimine a. libidini* H. Deinde verba, *Crassum e. d. l. h. S. M. a. M. p. d. V. V. b. non tenebat,* desunt in H S T χ ψ. [4] Hæc primus e codd. inseruit

NOTÆ

[a] *A pluribus peritissimis*] Crassus et Pompeius jam defenderant Balbum, ut dictum est initio hujus Orat.

[b] *Invidiosa*] Ait, pecuniam Balbi non invidiosam esse, quia neque magna est, neque copiosa: tantam tamen fuisse ait Strabo lib. III. ut circa Cades urbem ædificaverit, quam Neapolim appellavit.

[c] *Conservata magis, quam correpta*] Asserit, hanc pecuniam non male partam fuisse, sed eam acceptam a parentibus conservavisse diligentia sua et parsimonia.

[d] *Tum luxuriam*] Hic luxuriam pro luxu usurpat; quæ vel in nimio apparatu et sumtu, vel in splendore et familia, vel in cultu et supellectili, vel in ædificiis et conviviis reprehenditur.

[e] *Tusculanum*] Vide ad c. 18. § 31.

[f] *Libertino homine*] Libertinus dic-

Marcio, ad Metellum pervenisse de Venonii Vindicii bonis, non tenebat: simul illud nesciebat, prædiorum nullam esse gentem;[g] emtionibus ea solere sæpe ad alienos homines,[h] sæpe ad infimos, non legibus, tanquam tutelas,[i] pervenire. [*p.* 67.] 57. Objectum est etiam, quod in tribum Crustuminam[4 k] pervenerit; quod hic assecutus est legis de ambitu præmio,[l] minus invidioso, quam qui legum præmiis prætoriam sententiam,[m] et prætextam togam[n] consequuntur. Et adoptio Theophanis[5 o] agitata est; per quam Cornelius nihil est, præterquam propinquorum suorum hæreditates, assecutus.

XXVI. Quanquam istorum animos, qui ipsi Cornelio invident, non est difficillimum mitigare: more hominum in-

Naug. Abeunt etiam ab Hervag.' *Orell.* *venisse non indici bonis* Erf. Verba, *sæpe ad alienos homines* desunt in H S T χ ψ. *sed sæpe ad infimos* T.—4 H *quo in tribu Clustuminam*: χ *quod vi tribuni Clustiminam.*—5 *Theophanii* Erf. H.

NOTÆ

tus est, qui ex justa servitute manumissus est.

g *Prædiorum nullam esse gentem*] Prædia non habent familiam aut cognationem, ut homines; et licet aliquando nomen accipiant a possessore, non habent posteritatem, quæ ab uno succedat ad alium ejusdem familiæ.

h *Ad alienos homines*] Sæpe prædia ad homines qui non sunt agnati, et a viris nobilibus ad ignobiles venditione perveniunt.

i *Tanquam tutelas*] Non ut tutela legitima ad agnatos ex lege XII. Tabularum, ita et prædiorum possessio ad eosdem legibus pervenit.

k *Tribum Crustuminam*] Tribus sua nomina sumebant, vel a majoribus, ut Romelia a Romulo; vel a municipiis, ut Crustumina ista a Crustumio, municipio Romano. Quicumque autem civitate donabatur, eum in aliquam tribum venire oportebat.

l *Legis de ambitu præmio*] Lex illa permittebat, ut qui alium accusaverat aliquo crimine, in tribum illius transiret, si nobilior ei videretur.

m *Prætoriam sententiam*] Nota quod in sententia dicenda, primum vel princeps senatus, vel consulares rogabantur; secundo consulares; tertio prætorii, &c. Si quis vero prætorium hominem accusasset et damnasset, loco illius sententiam dicebat.

n *Prætextam togam*] Prætexta toga populi suffragiis concedebatur: at senatoribus, certis quibusdam diebus, ludorum, verbi gratia, aut sacrificiorum, beneficio legis permittebatur. De prætexta sæpe dictum est.

o *Adoptio Theophanis*] Theophanes ille, libertus Pompeii, et ille quidem Mitylenæus, adoptavit Balbum; qua de re loquitur Cicero Epist. ad Att. VII. 6.

Digitized by Google

vident, in conviviis rodunt,[b] in circulis[c] vellicant:[1] non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt. 58. Qui amicis[2] L. Cornelii[p] aut inimici sunt, aut invident, hi sunt huic multo vehementius pertimescendi: nam huic quidem ipsi quis est unquam inventus inimicus? aut quis jure esse potuit? Quem bonum non coluit? cujus fortunæ dignitatique non concessit?[3] Versatus in intima familiaritate hominis potentissimi,[q] in maximis nostris malis[r] atque discordiis[4] neminem unquam alterius rationis ac partis, non re, non verbo, non vultu denique offendit. Fuit hoc sive meum, sive reipublicæ fatum, ut in me[5] unum omnis illa inclinatio communium temporum[d] incumberet: non modo non exultavit in ruinis nostris [nostrisque discordiis] Cornelius; sed omni officio, lacrymis, opera, consolatione, omnes, me absente,[s] meos sublevavit. 59. Quorum ego testimonio ac precibus munus[6] hoc meritum huic, et, ut a principio dixi, justam et debitam gratiam refero: speroque, judices, ut eos, qui principes fuerunt conservandæ

[b] *Detrahunt.* [c] *Sermonibus.* [d] *Calamitatum.*

Cap. xxvi. 1 Erf. H T χ ψ, aliique codd. ap. Græv. item edd. ante Ald. *in circulis idcirco vellicant;* edd. quædam vett. et Mediol. *invident in conviviis volunt in circulis: idcirco vellitant non illo inimico.* Pro *inimico* Lamb. conj. *mimico.* Pro *maledico dente* H S χ ψ habent *maledicente;* T *maxime dente.*—2 *Qui amici* H S χ, ed. pr. Mediol.—3 H S χ ψ, Barb. Guelf. edd. ante Naug. Cam. *Cessit.* Verba, *non coluit? c. f. d. n. concessit? V. in i. f. h. potentissimi,* desunt in T.—4 Manut. et Steph. *malis vestrisque discordiis,* contra codd. *rationis aut patris* χ.—5 T *ut etiam si in me;* χ *ut etiam in me.* Naug. omittit *unum.* S omittit *illa.* ψ omittit *communium.* Franc. habet *omnis indignatio communium.* Mox, alterum *non* omittunt H S ψ. Deinde, *in ruinis nostris vestrisque discordiis* Barb. duo codd. ap. Lall. Ald. Hervag. Manut. Steph. *nostrisque discordiis* delevit Schutz. *in r. vestris, vestrisque discordiis* Rom. Venett. 1480. 1483. *in r. vestris, nostrisque discordiis* Naug. Grut. Græv. *Cornelius* omittunt H S. *meos* omittit χ.—6 H S *minus.* Steph. et Lamb. 1566. *hoc*

NOTÆ

[p] *Qui amicis L. Cornelii*] Refert hoc odium non tam in Balbum, quam in amicos Balbi, nempe in Pompeium et Cæsarem; quare non est ipsi metuendum a suis inimicis, quos nullos habet, sed ab inimicis Pompeii et Cæsaris.

[q] *Potentissimi*] Cæsaris amicus fuit Balbus.

[r] *In maximis nostris malis*] Intelligit Clodii factiones, quibus succubuit Cicero.

[s] *Me absente*] Cum exulavit Cicero, ejus familiæ affuit Balbus.

Digitized by Google

salutis, aut dignitatis meæ,[7] diligitis, et caros habetis, sic, quæ ab hoc pro facultate hujus, pro loco[e] facta sunt, et grata esse vobis, et probata. Non igitur a suis, quos nullos habet, sed a suorum, qui et multi[8] et potentes sunt, urgetur inimicis: quos quidem hesterno die Cn. Pompeius copiosa oratione et gravi, secum, si vellent, contendere jubebat; ab hoc impari certamine, atque injusta contentione avocabat. XXVII. 60. Et erat æqua lex,[f] et nobis,[1] judices, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utilis, ut nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus.[g] Ac, si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cum me præsertim rerum varietate, atque usu ipso, jam perdoctum viderent;[2] etiam ab illis eos majoribus discordiis avocarem. Id enim contendere mihi de republica, cum id defendas[3] quod esse optimum sentias, et fortium virorum, et magnorum hominum semper putavi: neque huic unquam labori, officio, muneri defui: sed contentio tamdiu sapiens est, quamdiu aut proficit[h] aliquid, aut, si non proficit, non obest civitati. 61. Voluimus[4] quædam, contendimus, experti[i] sumus: obtenta non sunt: dolorem alii, nos luctum mœroremque suscepimus. Cur ea, quæ mutare non possumus, convellere malumus, quam tueri? C. Cæ-

[e] *Tempore.* [f] *Conditio.*
[g] *Abstineamus.* [h] *Prodest.* [i] *Passi.*

merito. Erf. omittit *huic.* χ omittit *et.*—7 Junt. *ac dig. meæ.* Mox, *quæ ab hac* Erf. *quæ ad hæc* χ. *facultate ejus* Lamb. *hujus* delendum censebat Garat. —8 H S *qui multi.* χ *urgetur inimicus.* Paulo post, *imperito certamine* H S T χ ψ, et edd. ante Junt. *improbo certamine* Ald. Junt. Hervag. Steph. *impari* habent Pal. 9. Guelf. Erf. ut conj. Lamb. recepit Grut. et seqq. *advocabat* χ.

Cap. XXVII. 1 Erf. H T χ ψ *et vobis.* Mox, *qui n. familiaribus* χ.—2 Erf. *eam perdoctum viderent;* ψ *jam perductum viderent.* Actutum, *et jam ab illis* Erf. *avocarent* H.—3 *Ita enim contendere de republica, ut id defendas* codd. Ursin. et Græv. item edd. Schutz. Græv. Orell. *Id enim contendere mecum de rep. cum id defendas* Junt. Hervag. *Id enim contendere mihi videtur e rep. cum id defendas* Manut. Steph. Lamb. nisi quod hic *Ita enim* legit; *Etenim contendere de rep. cum id defendas* conj. Abramius; *Id enim contenderem de rep.* Erf. *cum defendas* alii codd. *quod e. o. senties* χ. *et id fort.* H S ψ, Manut. Steph. Lamb. Paulo post, *aut profecit* H S. *aliquid* deest in χ. *aut non profecit* H S.—4 *Volumus* H S χ ψ. *dolorem aut nos luctum* Erf. *dolorem* deest

Digitized by Google

sarem[t] senatus et genere supplicationum[u] amplissimo ornavit, et numero dierum novo.[5] Idem, in angustiis[4] ærarii, victorem exercitum stipendio affecit; imperatori decem legatos[x] decrevit; lege Sempronia[y] succedendum non censuit.[6] Harum ego sententiarum et princeps et auctor fui: neque me dissensioni[z] meæ pristinæ putavi potius assentiri, quam præsentibus reipublicæ temporibus et concordiæ convenire.[7] Non idem aliis videtur: sunt fortasse in sententia firmiores: reprehendo neminem; sed assentior non omnibus: neque esse inconstantis puto, sententiam aliquam,[8] tanquam aliquod navigium, atque cursum, ex rei-

[4] *Tenuitate.*

in χ. *dolorem in alienos* H S ψ. *luctus* χ.—5 Ita Manut. Steph. Lamb. Grut. seqq. *dierum novem* H S χ ψ, et codd. plerique, cum edd. ante Hervag. *dierum XV* Hervag. Camer.—6 Erf. *non cessarit.*—7 Græv. conj. *inservire.*—8 H S ψ *in sententiam aliquam;* cod. Steph. omittit *aliquam;* uncis inclusit

NOTÆ

[t] *C. Cæsarem*] Cicero vult exemplo suo Cæsaris inimicos ab odio suo revocare. Cæsar enim et Cicero inimici fuerunt: cum autem vidisset Cicero Clodium tribunum plebis designatum fuisse, atque eum Cicero pertimesceret, ab Cæsare impetravit, licet inimico propter conjurationem Catilinæ, ut ei legatus in Galliam iret. Ratus Clodius ereptum sibi Ciceronem, redire cum eo in gratiam simulavit. Quare Cicero ire renuit cum Cæsare: at id graviter Cæsar ferens, in Ciceronem Clodium incitat, ab eo Pompeium removet, dicit testimonium contra eum: sed has inimicitias Cicero reipub. causa deposuit. Vide Plut. in Vita Ciceronis.

[u] *Supplicationum*] Mos fuit apud Romanos, ut propter rem bene gestam, nomine imperatoris, supplicationes ad templa, gratulationis causa, per aliquot dies, cum conjugibus et liberis, celebrarent. Ait autem Orat. de Provinc. Consul. quindecim dies decrevisse sua sententia. Cum autem de istis loquatur, legendum est quindecim, non novem.

[x] *Legatos*] Hic legati sumuntur pro iis, qui, lecti publice a senatu, ad imperatores honoris causa mittebantur.

[y] *Lege Sempronia*] Tulit Sempronius, ut senatus quotannis ante comitia consularia designandis consulibus provincias arbitratu suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se sortirentur; quod ante, vel post designatos, vel post initum consulatum, facere solebat; præterea cum antea senatus decreto per tribunos intercedi posset, ne deinceps liceret. At cum Cæsar per quinque annos bellum Gallicum gessisset, atque per tot iterum prorogari sibi postularet, Cicero censuit non revocandum eum esse ex Gallia ante bellum illud confectum.

[z] *Dissensioni*] Dissensit Cicero a Cæsare propter exilium suum.

Digitized by Google

publicæ tempestate moderari. 62. [p. 68.] Sed si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quos semel[9] susceptum sit; (quos video esse nonnullos) cum ducibus ipsis, non cum comitatu assectatoribusque[a] confligant. Illam enim fortasse pertinaciam nonnulli, virtutem alii putabunt: hanc vero iniquitatem[l] omnes, cum aliqua crudelitate conjunctam. Sed, si certorum hominum mentes nulla ratione placare, judices, possumus;[10] vestros quidem animos certe confidimus, non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos.

XXVIII. 63. Quid enim est, cur non potius ad summam laudem huic, quam ad minimam fraudem, Cæsaris familiaritas valere debeat? Cognovit adolescens:[m] placuit homini prudentissimo: in summa amicorum copia cum familiarissimis ejus[1] est adæquatus:[n] in prætura, in consulatu præfectum fabrum[b] detulit: consilium hominis probavit, fidem est complexus:[o] officia, observantiamque dilexit: fuit hic multorum illi laborum socius aliquando; est fortasse nunc nonnullorum particeps commodorum.[2]

[l] *Vitium.* [m] *Cornelius.*
[n] *Adæquavit suis familiarissimis.* [o] *Adamavit.*

Orell. *in aliquod* H ψ. *cursum* omittunt H T χ, et edd. ante Junt. *atque cursum* desunt in Junt. et Hervag.—9 Ita Erf. Lamb. seqq. *in quo semel* multi codd. etiam H ψ, et edd. pleræque ante Lamb. *ex quo semel* Hervag. Mox, *aspectatoribusque confligant* H χ ψ. *non comminatum aspectatoribusque confligunt* Erf.—10 Ita Grut. Græv. *judices, placare possumus* Erf. Barb. Venet. 1480. Junt. Naug. Camer. Lamb. *placare possumus judices* Rom. Venet. 1483. Ald. Hervag. Manut. Steph.

CAP. XXVIII. 1 Erf. *cum familiarissimis etiam.* Mox, *in consulatu præfecturam* cod. Ursin. *Fabium detulit: c. h. comprobavit* χ. *cons. hominum probavit* Erf. *fidem complexus officia observantiam dilexit* al. ap. Græv.—2 Cod. χ *incom-*

NOTÆ

[a] *Assectatoribus*] Assectatores dicuntur, qui se comites præstant.

[b] *Præfectum fabrum*] *Fabrum* pro *fabrorum* ponitur. Dicebatur autem præfectus fabrorum, ad quem castrorum posito, valli et fossæ destinatio pertinebat: præerat præterea fabris, tignariis, instructoribus, carpentariis, ferrariis, reliquisque artificibus ad hybernorum ædificia fabricanda, ad machinas, turresque ligneas, ceteraque, quibus vel oppugnantur civitates, vel defenduntur, &c.

Quæ quidem si huic obfuerint apud vos, non intelligo, quod bonum cuiquam sit apud tales viros profuturum. 64. Sed, quoniam C. Cæsar abest longissime, atque in iis est nunc locis,[c] quæ regione[3] orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Romani definiunt; nolite, per Deos immortales! judices, hunc illi acerbum nuntium velle perferri,[4] ut suum præfectum fabrum, ut hominem sibi carissimum et familiarissimum, non ob ipsius aliquod delictum, sed ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. Misereminì ejus, qui non de suo peccato, sed de hujus summi[5] et clarissimi viri facto;[d] non de aliquo crimine, sed, periculo suo, de publico jure disceptat; quod jus si Cn. Pompeius ignoravit, si M. Crassus,[6] si Q. Metellus, si Cn. Pompeius pater, si L. Sulla, si L. Crassus, si C. Marius, si senatus, si populus Romanus, si, qui de re simili judicarunt, si fœderati populi, si socii, si illi antiqui Latini; videte, ne utilius vobis et honestius sit, illis ducibus errare, quam hoc magistro[e] erudiri. Sed, si de certo, de perspicuo, de utili, de probato, de judicato vobis jure esse constituendum videtis; nolite committere, ut in re tam in-

modorum. Voc. *obfuerint* deest in ψ. Tum, *quod homini cuiquam* χ ψ.—3 H S T χ ψ, et edd. ante Manut. *regiones;* Erf. *regionem;* H *orbis.* Mox *Romani disfinivit* χ.—4 Ita Erf. et cod. Victorii, Gembl. cum edd. Grut. et seqq. *proferri* Pal. 9. *deferri* H S T χ ψ, et edd. ante Grut.—5 Erf. *sed hujus summi.* Mox, *sed de periculo suo, de jure publico* edd. vett. Nostram lect. servant Erf. Barb. Pall. Ald. et seqq. *Pompeius pater* H S T χ ψ. *Pompeii pater* Erf.—6 '*Si P. Crassus, si Q. M. si Cn. P. pater, si L. S. si M. Crassus*] Sic constitui locum de Garat. sententia. Scil. inde ab Hervag. sic editur, *si M. Crassus, si Q. M. si Cn. P. pater, si L. S. si L. Crassus.* Sed pro v. *si M. Crassus* Ven. 1480. Junt. *si prætor Crassus,* quod ortum e nota *P.* Cf. cap. XXII. et infra eadem ed. duo codd. Oxon. *si M. Crassus.* Alii, v. c. Erf. Junt. posteriore loco *si Crassus.* Codd. Oxon. et edd. ante Hervag. *si Cn. Pompeius pater ign. . . . si Cn. Pompeius* (*filius* addunt Ven. 1480. et Junt.) *si L. Sylla,' &c.* Orell. *si senatus, sive populus . . . judicarunt* H S. Paulo post, *illis duci-*

NOTÆ

[c] *In iis est nunc locis*] Erat tunc in Gallia Cæsar, et in ea parte, quæ Aremorica dicitur.

[d] *Viri facto*] Orat judices ut Balbum non condemnent propter gratiam quam a Pompeio recepit, qui eum jure civium donavit.

[e] *Quam hoc magistro*] Non tam audiendus est ille Balbi accusator, quam tot imperatores, quibus errantibus, errare gloriosius est, quam ab eo accusatore erudiri.

Digitized by Google

veterata [f] quicquam novi sentiatis.[7] Simul et illa, judices, omnia ante oculos vestros proponite: primum, esse omnes etiam post mortem reos, clarissimos illos viros, qui fœderatos civitate donarunt; deinde senatum, qui persæpe hoc judicavit;[8] populum, qui jussit; judices, qui approbarunt: tum etiam illud cogitatote; sic vivere ac vixisse Cornelium, ut, cum omnium peccatorum quæstiones sint,[g] non de vitiorum suorum pœna, sed de virtutis præmio in judicium vocetur. Accedat etiam illud, ut statuatis hoc judicio, utrum posthac amicitias clarorum virorum calamitati [p] hominibus, an ornamento esse malitis. Postremo illud, judices, fixum in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Cornelii, sed de beneficio Cn. Pompeii judicaturos.

[p] *Ignominiæ.*

bus carere χ.—7 Pantag. conj. *censeatis.*—8 Cod. ψ *qui per se hoc judicavit.* Paulo post, *ut cum omnes* Lamb. et Weisk.

NOTÆ

[f] *Tam inveterata*] Res inveterata hic sumitur pro ea re, quæ jam antiquitate confirmata est.

[g] *Quæstiones sint*] Quæstiones publica judicia sunt; inde ducto nomine, quod in iis reus in judicium vocatus, nocens sit, an innocens, constituto judicio quæritur.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

IN L. CALPURNIUM PISONEM

ORATIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

Cum in sententiam a Cicerone in Oratione de Provinciis Consularibus dictam factum esset senatusconsultum, quo Piso et Gabinius revocabantur, et ille redisset e Macedonia; ausus est, in senatu, graviter de Cicerone conqueri, et nonnulla in eum contumeliose dicere. Hac injuria incensus Cicero, hanc orationem habuit, qua quicquid doloris conceperat, in eum omne effudit. Præcipua dicendi materia ducta est a comparatione sui cum Pisone. Contendit enim consulatum cum consulatu, exitum ex urbe cum exitu, reditum in urbem cum reditu, et vitam urbanam atque assiduam cum vita urbana. Præterea crimina provincialia, crudelitatem, avaritiam, intemperantiam, strictim, sed acerbe, perstringit.

Fragmenta[1] *principii ab Asconio servata.*

CIRCA VERS. A PRIMO.*

[*Ed. Ald. p.* 79.] * Quod minimum specimen in te ingenii: ingenii autem? immo ingenui hominis, ac liberi; qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.

1 Orell. hanc Orationem orditur his verbis e Quintil. IX. 4. 76. *Pro Dii immortales! quis hic illuxit dies?* Tum nescio quis ap. Orell. conj. *inquam*

Digitized by Google

CIRCA VERS. A PRIMO LXXX.

Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet: neque enim hoc mea natura fert; nec municipii, præsertim de me optime meriti, dignitas patitur.[2]

PAULO POST.

De avo Pisonis paterno.[3]

Hic cum ad Padum Placentiæ forte consedisset, paucis post annis in eam civitatem[4] (nam tum erat civitas) ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi cœptus est.[5]

CIRCA VERS. A PRIMO.*

Lautiorem pater tuus socerum, quam C. Piso[6] * in illo luctu: non ei filiam meam collocavi, quem ego, potestas cum omnium fuisset, unum potissimum delegissem.[7]

I. 1. * * Jamne vides,[1] bellua,[a] jamne sentis,[b] quæ sit

pro *ingenii autem.*—2 Schutz. et Orell. inserunt ex Asconio, *Insuber quidam fuit, idem mercator et præco; is cum Romam cum filia venisset, adolescentem nobilem Cæsonium, hominis furacissimi filium, ausus est appellare; filiam collocavit.* Schutz. legit *filium ausus est appellare si filium collocavit.* Orell. conj. *ei filiam collocavit.* Huic Fragm. Orellius subjungit e Diomed. lib. II. *Quæ te belluam ex utero, non hominem fudit.*—3 Orell. e cod. Grævii *materno.*—4 Ascon. et Hotom. *pauci in eam civitatem.*—5 Orell. addit ex Arusiano Garatonii ad Pison. p. 320. *Majorem sibi Insuber ille avus adoptavit.* Ipse cod. habebat *Majore sibi insuper, &c.* Cf. § 34.—6 Verba *gener meus* excidisse putat Ernesti.—7 Hic Schutz. et Orell. adjiciunt, * *Cum tibi tota cognatio serraco advehatur.* * *Caput opponis, cum eo coniscans.* Servavit hæc Quintil. VIII. 3. 21. Orellius denique e Diomed. lib. I. *Proxime Pompeium sedebam.* In Addendis vero hoc Fragm. deleri jussit; nam ipsa ista verba leguntur Ep. ad Att. I. 14.

NOTÆ

[a] *Jamne vides, bellua*] Crédiderunt nonnulli nihil in hoc exordio desiderari, sed abruptum et inflammatum esse; verum aliter sentiunt benemulti, adducti auctoritate Asconii Pediani, antiquissimi interpretum, qui Ciceronem commenti sunt: citat enim vir eruditus fragmenta quædam illius exordii, e quibus conjicitur tantum secundam illius partem restare.

[b] *Jamne sentis*] Pisonis stupiditatem indicat, qui belluarum instar tantum videt et sentit; quo gemino sensu inprimis illæ præditæ sunt.

Digitized by Google

hominum querela frontis tuæ?[a][c] nemo queritur, Syrum nescio quem,[d] de grege noviciorum,[e] factum esse consulem: non enim nos color iste servilis,[f] non pilosæ genæ, non dentes putridi[2] deceperunt: oculi,[g] supercilia,[h] frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit: pauci ista tua lutulenta vitia[i] noveramus; pauci tarditatem ingenii, stuporem, debilitatemque linguæ: nunquam erat audita vox in foro;[k] nunquam periculum factum consilii;[l] nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factum aut militiæ,[m] aut domi: obrepsisti[b] ad honores errore hominum, commenda-

[a] *Quantum homines querantur de fronte tua.* [b] *Pervenisti clam.*

Cap. i. 1 *Jamne sentis* C H S χ, Rom.—2 H S *putidi.* Mox, *impulis* C. *in fraudes h. impulit* al. ap. Græv. *in errorem* edd. vett. *hos fefellit hic in fraudem induxit* T. *decepit, fefellit, in fraudem induxit* multæ edd. *fefellit hic in fraudem induxit* Junt. *hic in fraudem h. i. fefellit, in fraudem induxit* Lamb. 1566. *indulxit* C S. *indulsit* χ. *luculenta v. novimus* C S. *luculenta noramus*

NOTÆ

[c] *Frontis tuæ*] Frons judex est severitatis, et clementiæ; quam Genio olim dedicatam fuisse Alexander ab Alexandro scribit.

[d] *Syrum nescio quem*] Servis sæpe nomina nationum suarum imponebant, ut Strabo ait lib. VII. et præ ceteris nationibus nati fuerunt ad servitutem Syri, Judæi, et Cappadoces, ut dixit Orat. de Provinc. Consul. § 10. Censent aliqui hic Gabinium designare, qui Syriæ præerat.

[e] *Noviciorum*] Loquitur de venalibus illis servis, qui recentes nondum per annum servierant.

[f] *Color iste servilis*] Atrum colorem indicat, quo maxime fuerunt Syri.

[g] *Oculi*] Oculi quasi nuntii sunt animi: ex iis enim iratus, lætus, &c. conjicitur.

[h] *Supercilia*] Fastum et superbiam supercilia denotant: quæ deflexa sunt, austeros; inflexa, irrisores; demissa, malevolos arguunt.

[i] *Lutulenta vitia*] Vitia omnium turpissima in Pisone reprehendit, quibus, quasi sus luto, delectabatur.

[k] *Audita vox in foro*] Stupiditatem hominis describit, quæ tanta fuit, ut nunquam in foro auditus fuerit, sive in accusando, sive in defendendo quoquam.

[l] *Periculum factum consilii*] Piso non modo nunquam fuerat auditus in foro, sed ne quidem in senatu cum de repub. agebatur: hac enim Romæ duplici re commendabantur.

[m] *Aut militiæ*] Romani vel domi eloquentia, vel militiæ, rebus præclare gestis, gloriam sibi ac nomen faciebant.

Digitized by Google

tione fumosarum imaginum,[n] quarum simile habes nihil, præter colorem. 2. Is mihi etiam gloriabitur,[3] [o] se omnes magistratus sine repulsa assecutum? Mihi ista licet de me, vera cum gloria, prædicare: omnes enim honores[c] populus Romanus mihi ipsi, homini novo,[4] [p] detulit. Nam, tu cum[5] quæstor[q] es factus, etiam qui te nunquam viderant, tamen illum honorem nomini[r] mandabant[d] tuo. Ædilis es factus: Piso[s] est a populo Romano factus, non iste Piso.[t] Prætura item majoribus delata est tuis: noti erant illi

[c] *Magistratus.* [d] *Concedebant.*

Faërn. T.—3 Ita Ald. Hervag. Faërn. Grut. seqq. *gloriebatur* H S T χ, Rom. Ven. 1483. Lamb. *gloriatur* Ven. 1480. Junt.—4 Ita Hervag. Naug. seqq. *mihi ipsi abunde novo homini* Junt. *mihi ipsi non nomini* cod. Ursini. *novo* omittunt C H S T χ, et edd. ante Hervag.—5 *Nam tum cum* H S T, et edd. ante

NOTÆ

[n] *Commendatione fumosarum imaginum*] Suam nobilitatem commendabant Romani ostensione imaginum, quas suorum majorum asservabant in ædium atriis. 'Fumosas' vero appellat, aut quia antiquitate nigredinem, aut quia, ignibus coram iis accensis, fuliginem contraxerant. Soliti enim Romani diebus festis ante eas thus et cereos accendere, ut dicitur a Cic. Offic. lib. III.

[o] *Is mihi etiam gloriabitur*] Piso contra Ciceronem dixerat se omnes magistratus adeptum esse; sed illi reponit Cicero hanc gloriam non sua, sed majorum suorum causa illi, at sibi propter se delatam esse.

[p] *Mihi homini novo*] Novus homo dicitur, quem ante nemo in familia magistratum obtinuerat, sed qui sua virtute sibi adeptus est.

[q] *Quæstor*] Quæstores, ut ait Varro, a quærendo dicti sunt; quia conquirebant pecunias publicas. Regibus primum Romæ imperantibus instituti sunt, et postea populi suffragio creati, sicut reliqui magistratus.

[r] *Nomini*] Piso erat ex illustrissima familia Pisonis Frugi, cujus magna et præclara extiterant in rempub. officia. Hujus meminit Cicero in Orat. pro Fonteio. Quare ad contemtum Pisonis, contra quem agit, non tam illi, quam nomini suo delatam fuisse præturam, contendit.

[s] *Ædilis es factus: Piso*] Æediles alii plebeii fuerunt, alii curules. Curulium autem triplex fuit procuratio: primum ut ludos curarent; deinde ut ædes sacras, publicasque, item vias publicas tuerentur; postremo, ut ne in mancipiorum venditione et mensuris fraus admitteretur. Plebeiorum vero quadruplex fuit, ex Dionys. Hal. 1. ut essent tribunorum administri; 2. ut curarent plebeios ludos; 3. ut cloacas tuerentur; 4. ut annonæ præessent. Hi omnes a populo creabantur, et magistratum Kal. Januar. inibant.

[t] *Non iste Piso*] Pisonem intelligit, qui Frugi cognominatus est; vir tanta virtute, atque integritate, ut optimis illis temporibus, cum inveniri nemo non bonus posset, solus tamen Frugi vel ab inimicis vocaretur.

Digitized by Google

mortui: te vivum[6] nondum noverat quisquam. Me cum quæstorem[u] inprimis, ædilem priorem, [*p.* 80.] prætorem primum[x] cunctis suffragiis populus Romanus faciebat; homini ille honorem, non generi; moribus, non majoribus meis; virtuti perspectæ,[7] non auditæ nobilitati deferebat. Nam quid ego de consulatu loquar? parto vis, anne gesto?[*] 3. Miserum me![a] cum hac me nunc peste[8] atque labe confero? sed nihil comparandi causa loquar: at tamen ea, quæ sunt longissime disjuncta, comprehendam. Tu consul es renuntiatus[b] (nihil dicam gravius, quam quod omnes fatentur) impeditis reipublicæ temporibus,[c] dissidentibus consulibus Cæsare et Bibulo; cum hoc non recusares, quin ii,[9] a quibus dicebare consul, te luce dignum non putarent, nisi nequior, quam Gabinius,[d] extitisses. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas non prius tabella, quam voce[e] priorem consulem declaravit. II. Sed omitto, ut sit factus uterque[1] nostrum: sit sane

[*] *Quomodo pepererim, aut gesserim?*

Ald. *qui te nunc viderunt* χ.—6 Pro *te vivum* C H S χ habent *trivium*; T *te vinum*.—7 C H S T χ *perfectæ*.—8 Edd. vetustiores ap. Græv. *cum hac me peste*. Mox, *ac tamen ea* H S χ, Crat. Hervag. Faërn. Lamb. 1566. Grut. Græv. *ac tamen est* C.—9 C S *non recusares iis*; H χ *non recusares his*. Verba *ii, a q. d. consul* desunt in T. *quin te luce* C H S χ.

NOTÆ

[u] *Me, cum quæstorem*] Jam se confert cum Pisone Cicero, atque ejus honorem extenuat, dum se superiorem in assequendis magistratibus ostendit, quia sibi, non majoribus delati sunt.

[x] *Prætorem primum*] De prætoribus et eorum numero dictum est in Orat. pro Lege Manil. § 2.

[a] *Miserum me*] Retractatio, qua se reprehendit, quod se cum Pisone comparet.

[b] *Tu consul renuntiatus*] Vel præconis, vel ipsius consulis voce magistratus renuntiabantur.

[c] *Impeditis reipub. temporibus*] Loquitur de civili dissidio, quod tum exortum est, quando Bibulus obstitit Cæsari, qui ut egentium sibi voluntates devinciret, rogationem de coloniis deducendis, et agris dividendis tulit. Plut. in Pomp.

[d] *Nequior, quam Gabinius*] Gabinius ille, ut dicit Cicero in Orat. post Reditum in Sen. prima ætatis suæ tempora ad omnes libidines divulgavit, et egestatem, et luxuriam domestico lenocinio sustentavit; et, ut Plutarchus, inter omnes Pompeii scurras assentator fuit.

[e] *Tabella, quam voce*] Declarabant quem eligebant vel scripto, vel voce.

Digitized by Google

Fors domina Campi:[f] magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quam quemadmodum ceperimus.

4. Ego [2] Kalendis Jan.[g] senatum, et bonos omnes, legis Agrariæ,[h] maximarumque largitionum metu liberavi: ego agrum Campanum, si dividi non oportuit, conservavi: si oportuit, melioribus auctoribus [i] reservavi. Ego in C. Rabirio,[3] perduellionis reo,[k] XL annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam, atque defendi. Ego adolescentes bonos [l] et fortes,[4] sed usos ea conditione fortunæ, ut, si essent magistratus adepti, reipublicæ statum convulsuri [b] viderentur, meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia,[c] comitiorum ratione privavi. 5. Ego Antonium collegam, cupidum provinciæ,[m] multa [5]

[b] *Perdituri.* [c] *Nullo odio concepto in senatum.*

Cap. II. 1 C *utrisque*, cum puncto sub *s*; H S χ *utrique*.—2 *Ergo* Erf. et Pith.—3 *Rabirii* C H S χ.—4 Cod. χ *et fratres*.—5 Codd. Faërni, T,

NOTÆ

Cicero communi omnium voce consul declaratus est.

[f] *Domina Campi*] Fortuna et casus sæpius regebant comitia quæ in Campo Martio habebantur, quam consilium et ratio.

[g] *Kalendis Jan.*] Initio Januarii consules magistratum inibant: quod manifeste docet Ovid. ex Ponto lib. IV. 'Ergo ubi, Jane biceps! longum reseraveris annum, Pulsus et a sacro mense December erit; Purpura Pompeium summi velabit honoris, Ne titulis quicquam debeat ille suis.'

[h] *Legis Agrariæ*] Cassio et Proculo coss. primum lata est lex Agraria, et magnis postea rerum motibus, per annos fere triginta, jactata, et restaurata a Rullo tribuno plebis, qua Campanum agrum populo dividebat; sed hanc legem sustulit Cicero statim atque consul renuntiatus est. Vide Orat. pro Lege Agraria.

[i] *Melioribus auctoribus*] Pompeio et Cæsare.

[k] *In Rabirio perduellionis reo*] Rabirius cum telo fuerat in collisione Saturnini oppressi, qui seditionem tribunus plebis excitaverat: deinde ejus caput per ludibrium circumtulerat. Triginta sex annis post a Labieno tribuno plebis in judicium Rabirius, apud populum, perduellionis reus, vocatus est, et defensus a Cicerone consule. Vide ejus Orat.

[l] *Adolescentes bonos*] Tulit legem Cornelius Sulla, ut proscriptorum liberi honorum petendorum potestate privarentur. Cum tamen petere vellent, Cicero contra eos orationem habuit. Vide Plin. lib. VII.

[m] *Cupidum provinciæ*] Obtigerat Macedonia Ciceroni in sortitione provinciarum, et Antonio Gallia. Cum optaret Macedoniam Antonius, quia opulentior, cum ea Galliam commu-

Digitized by Google

in republica molientem,[n] patientia atque obsequio meo mitigavi. Ego provinciam Galliam,[o] senatus auctoritate,[6] [p] exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio commutavi, quod ita existimabam tempora reipublicæ ferre, in concione deposui, reclamante populo Romano. Ego L. Catilinam,[q] cædem senatus, interitum urbis, non obscure, sed palam molientem, egredi ex urbe jussi;[r] ut, a quo legibus non poteramus, mœnibus tuti esse possemus. Ego tela[s] extremo mense[t] consulatus mei intenta jugulis civitatis, de conjuratorum nefariis manibus extorsi. Ego faces jam accensas[u] ad hujus urbis incendium,[7] comprehendi, protuli, exstinxi. III. 6. Me Q. Catulus,[1] [x] princeps hujus ordinis, et auctor publici consilii, frequentissimo senatu, parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet,[2] L. Gellius,[y] his audientibus,

Faërn. et Lamb. *multaque*.—6 Ernesti conj. *auctoritate mandatum*. Mox, *commutavi* est de Hotomanni conj. *communicavi* exhibent codd. et edd.—7 Codd. *incensum*.

CAP. III. 1 *Meque Q. Catulus* Erf.—2 Erf. *qui juxta te sedet*; χ *qui pro*

NOTÆ

tavit Cicero, et sic pactione provinciæ eum ad remp. revocavit.

[n] *In republica molientem*] Favere Antonius Catilinæ non obscure videbatur, ut se ære alieno liberaret.

[o] *Provinciam Galliam*] Deposuit Galliam, quia sibi ita expedire reipub. videbatur; et ait Epist. Famil. v. 11. eam fratri suo trádere voluisse.

[p] *Senatus auctoritate*] Pertinebat ad senatum provincias decernere, quas sine ejusdem auctoritate deponere nemini fas fuit.

[q] *L. Catilinam*] Vide Orationes in Catilinam, ubi de tota hujus conjurationis serie fusius dictum est.

[r] *Jussi*] Jussit exire Catilinam, non propria sua auctoritate consulari, sed auctoritate senatusconsulti.

[s] *Ego tela*] A Catilina imperium interficiendi Ciceronis C. Cornelio et M. Cethego datum fuerat. Sed horum insidias, quibus per salutationes, et officii speciem, interfecturi consulem fuerant, prodidit Fulvia noctu ad Ciceronem profecta.

[t] *Extremo mense*] Nonis Decembribus, quia novi Kal. Jan. inibant magistratum.

[u] *Faces jam accensas*] Significat se per Flaccum prætorem in ponte Mulvio literas conjuratorum comprehendisse, quas publice legit in senatu, quibus omnia conjuratorum consilia detecta sunt.

[x] *Q. Catulus*] Q. Catulus, senator magnæ auctoritatis in senatu, patrem patriæ Ciceronem nuncupavit, quæ appellatio nemini antea fuerat decreta. Plut. in Vita Cic.

[y] *L. Gellius*] Vir censorius.

Digitized by Google

civicam coronam[a] deberi a republica dixit. Mihi togato senatus, non, ut multis, bene gestæ,[a] sed, ut nemini, conservatæ reipublicæ, singulari genere[3] supplicationis,[b] Deorum immortalium templa patefecit. Ego cum in concione, abiens magistratu, dicere a tribuno plebis[c] prohiberer, quæ constitueram; cumque is mihi tantummodo, ut jurarem,[4] permitteret; sine ulla dubitatione juravi, rempublicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam. 7. Mihi populus Romanus universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit, cum meum jusjurandum tale, atque tantum, juratus ipse,[d] una voce et consensu approbavit. Quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus,[e] ut nemo,

te sedet. C *hic audentibus.* Mox, *de quercu civicam coronam* Erf. *a populo Romano dixit* T et Lamb.—3 Schutz. *bene gesta ... conservata re publica;* Lamb. e cod. ut ait, *bene gestæ ... conservatæ reip. testimonium dedit, et singulari genere.*—4 Ascon. *a trib. pl. dicere prohiberer ea, quæ c., cum is mihi tantummodo*

NOTÆ

[a] *Civicam coronam*] Ex Gell. v. 6. 'Civica corona appellatur, quam civis civi, a quo servatus est in prælio, testem vitæ salutisque perceptæ, dat. Ea fit ex fronde querna; quoniam cibus, victusque antiquissimus quernus capi solitus sit.'

[a] *Non, ut multis, bene gestæ, &c.*] Gloriatur hic Cicero honorem, qui nemini antea concessus fuerat, sibi decretum esse. Nam vulgo supplicationes eis decernebantur, qui bene rem in bello gesserant; at sibi, propter conservatam rempub. delatæ sunt, quando sine ferro, sine armis, a Catilinæ conjuratione rempub. vindicavit.

[b] *Supplicationis*] De his supplicationis honoribus dictum est fuse in Orat. in Catil. III. § 15. et pro Rab. § 61.

[c] *A tribuno plebis*] Mos fuit, ut cum deponerent magistratum, se nihil contra leges fecisse jurarent. At cum Cicero concionem tunc apud populum habere vellet, a Q. Metello Nepote prohibitus est, qui pro rostris subsellia collocavit, ne conscenderet; sed tantum permisit, ut ex inferiori loco magistratum ejuraret: quæ non usitata, sed nova jurisjurandi formula est, ait Plut. in Cic. Timebant vero tribuni plebis, ne qua populi seditio concitaretur.

[d] *Juratus ipse*] Audito Ciceronis juramento, quo se leges et rempub. servavisse testabatur, populus vicissim juravit ita esse, et illius opera conservatam fuisse rempub.

[e] *E foro reditus*] Sæpe honoris causa viros principes et bene meritos de repub. populus redeuntes e foro vel senatu domum deducebant, et comitabantur. Quod præcipue Ciceroni contigit, cum conjuratos jussit in carcere trucidari. Vide Plut. in Vita Cic.

Digitized by Google

nisi qui mecum esset,[5] civium esse in numero videretur. Atque ita est[f] a me consulatus peractus, ut nihil sine consilio senatus, [*p.* 81.] nihil non approbante populo Romano, egerim; ut semper in Rostris curiam, in senatu populum defenderim; ut multitudinem cum principibus, equestrem ordinem cum senatu conjunxerim. Exposui breviter consulatum meum.

IV. 8. Aude nunc,[g] o furia! de tuo dicere: cujus fuit[1] initium ludi Compitalitii,[h] tum primum facti post L. Metellum et Q. Marcium[i] consules, contra auctoritatem hujus ordinis: quos Q. Metellus, (facio injuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares hæc civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) sed ille, designatus consul, cum quidam[2] tribunus[k] plebis, suo auxilio magistros, ludos[l] contra senatusconsultum facere jussisset, privatus[m] fieri vetuit; atque id, quod nondum potestate poterat,[n] obtinuit auctoritate. Tu, cum in III Kalendas

jurare; χ *juraret;* H *vitarem.*—5 H *qui non mecum esset.*

CAP. IV. 1 C H S χ *cujus sit.* Mox, *L. Luscellum et C. Marium* C H S χ. *L. Luscellum et C. Marcium* Erf. *L. Luscellium et C. Marium* edd. vett. *L. Aurelium et C. Marium* al. Paulo post, *qui illos* C H S χ. *cui paucos* Lamb. *hac* omisit Faërn.—2 Ed. Wald. Ven. 1480. Grut. *quidem.* Mox, *magnos ludos* C

NOTÆ

[f] *Atque ita est*] Brevem quasi gesti sui consulatus epilogum subjicit, ad aliam partem transiturus.

[g] *Aude nunc*] Jam aggreditur de Pisonis consulatu dicere, cujus indignitatem ostendit in hunc modum: pertinet ad consulem senatusconsulta tueri; at contra Piso ludos fieri, leges convelli, et alia ejusmodi passus est: Metellus, designatus consul, obtinuit ne ludi spectarentur; contra Piso consul fecit, &c.

[h] *Ludi Compitalitii*] Ludi Compitalitii dicti sunt a compitis, ubi in Larium honorem celebrabantur. Nullus eis dies certus præfinitus erat, sed non longe a Saturnalibus fuisse celebratos Dionysius lib. IV. testatur. Hi primum a Servio Tullio instituti sunt, sed sublatis collegiis aboliti sunt.

[i] *L. Metellum et Q. Marcium*] Consules fuerant novem abhinc annis.

[k] *Quidam tribunus*] Herennius, vel Mummius.

[l] *Magistros* [*magnos* [*ludos*] Videtur hæc vox *magnos* corrigenda; et loco ejus *magistros* reponendum.

[m] *Privatus*] Designatus quidem consul erat, sed tunc tantum privatus.

[n] *Potestate poterat*] Potestas respicit magistratum, et auctoritas personam.

Digitized by Google

Jan.[3] Compitaliorum dies incidissent,[o] Sex. Clodium, qui nunquam antea prætextatus[p] fuisset, ludos facere, et prætextatum volitare passus es, hominem impurum, atque non modo facie, sed etiam oculo tuo dignissimum. 9. Ergo[4] his fundamentis positis consulatus tui, triduo post, inspectante et tacente te, a P. Clodio, fatali portento prodigioque reipublicæ, lex Ælia et Fufia[q] eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii: collegia,[r] non ea solum quæ senatus sustulerat, restituta,[5] sed innumerabilia quædam nova ex omni fæce urbis ac servitio concitata. Ab eodem homine, in stupris inauditis nefariisque versato, vetus illa magistra pudoris et modestiæ,[6] severitas censoria,[s]

H S T χ, et edd. ante Grut. *magistros ludorum ludos* Ascon. unde Schutz. de Pighii conj. *magistros vicorum ludos*, probante Ernestio.—3 Ita Græv. et Schutz. *cum in Kalendas Januarias* Erf. codd. plerique, edd. ante Grut. item Oliv. Lall. probante Garat. *cum III Kalend. Jan.* Grut. e codd. Actutum, *Compitalitiorum* ed. Wald. Ven. 1480. *Capitoliorum* T. *dies incidisset* χ, Ascon. Lamb. Oliv. Lall.—4 *Ego* C H S χ. *et tacente tribuno a facili portento* C H S. Deinde, *lex Helya et Suffia* T. *versa est* C H S T. *leges Ælia et Fusia eversæ* Schutz. de conj. Pighii.—5 Ita codd. multi, edd. ante Ald. item Grut. et seqq. *restituta sunt* codd. aliquot, Ald. Lamb. *servitiorum concitatu* Ascon. *servitio constituta* Hervag. Naug. Faërn. Lamb. Lall.—6 Cod. χ *molestiæ*. C H S χ omittunt *censoria*. C S *cum tum interim . . . qui te consule cum Romæ;* H χ *cum Romæ*.

NOTÆ

[o] *Kal. Jan. C. dies incidissent*] Paucis diebus post Saturnalia, incidebat iste dies Compitaliorum, quæ Decembri mense celebrabantur. Compitalibus vero publice servi, et Saturnalibus domi, auctoritatem habebant.

[p] *Prætextatus*] Prætextæ tantum jus habuere magistratus, et qui ludis præerant.

[q] *Lex Ælia et Fufia*] De his dictum est in Orat. de Harusp. Resp. § 58.

[r] *Collegia*] Collegia dicebantur sodalitates et conventus certorum hominum artem aliquam certam factitantium, ut pistorum, sutorum, &c. Ea autem instituta fuisse a Numa Pompilio scribit Plut. in ejus Vita. Hæc quidem senatusconsulto sublata erant propter seditiones, at lege Clodia restituta sunt, ut comparatos sibi homines ad seditiones faciendas haberet.

[s] *Vetus illa . . . . censoria*] Censores per quinque annos suum gerebant magistratum. Eorum erat civium familias et facultates describere, invigilare moribus civitatis, populum in tribus partiri, legere tum senatus, tum equestris ordinis principem, cives improbos notare ignominia, &c. Tulit autem legem Clodius, ne quem censores in legendo præterirent, neve quem ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, et utriusque censoris sententia damnatus esset.

Digitized by Google

sublata est; cum tu interim, bustum[t] reipublicæ, qui te consulem tum Romæ dicis fuisse, verbo nunquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis. v. 10. Nondum, quæ feceris, sed quæ fieri passus sis, dico: neque vero multum interest, præsertim in consule,[u] utrum ipse perniciosis legibus, improbis concionibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur. An potest ulla esse excusatio, non dicam male sentienti, sed sedenti,[a] cunctanti, dormienti in maximo reipublicæ motu consuli? Centum prope annos legem Æliam et Fufiam tenueramus: quadringentos judicium notionemque[1] censoriam: quas leges ausus est non nemo improbus,[x] potuit quidem nemo convellere: quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoque anno judicaretur, nemo tam effuse petulans conatus est. 11. Hæc sunt, o carnifex! in gremio sepulta consulatus tui. Persequere connexos his funeribus[y] dies. Pro[b] Aurelio[z] tribunali, ne conniveute quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, delectus[2] servorum habebatur[a] ab eo, qui nihil sibi unquam nec facere nec pati turpe duxit. Arma in templo Castoris,[b] (o prodi-

[a] *Oscitanti.* [b] *Prope.*

CAP. V. 1 C S χ *indicium rationemque;* Erf. et plerique codd. H T, item edd. ante Manut. *judicium rationemque.* Schutz. e conj. locum sic constituit, *Fusiam tenueramus: quas leges .... convellere; quadringentos .... censoriam.* Mox, *nemo unquam convellere* Ald. Crat. Hervag. Steph. Grut. contra codd. et edd. vett. Paulo post, *quantumvis effuse* Lamb.—2 C *solitis eras i. dilectus;* χ *solutus eras, &c.* Tum, *turpe esse dixit* C H S T χ. *turpe esse duxit* alii codd.

NOTÆ

[t] *Bustum*] Bustum nunc exustum cadaver, nunc et sepulcrum significat.

[u] *Præsertim in consule*] Consul invigilare debet patriæ, et seditiones, et injuriam omnem a civibus amovere.

[x] *Non nemo improbus*] Vatinium designat.

[y] *Connexos his funeribus*] Perturbationem totius reipub. et civium vexationem, quæ Clodio tribuno facta est, funera appellat.

[z] *Aurelio*] Tribunal illud ab Aurelio Cotta Aurelium dictum est. De hoc vide Orat. pro Sextio § 34.

[a] *Delectus servorum habebatur*] Deligebantur servi, qui omnium essent aptissimi ad cædem faciendam.

[b] *In templo Castoris*] Templum Cas-

Digitized by Google

tor[3] templorum[c] omnium!) vidente te, constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit,[d] te consule, arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium ac religionum. Erat non solum domus mea, sed totum Palatium,[4] senatu, equitibus Romanis, civitate omni, Italia cuncta, refertum; cum tu non modo ad eum Ciceronem, (mitto enim domestica, quæ negari possunt; hæc commemoro, quæ sunt palam) non modo, inquam, ad eum, cui primam comitiis tuis[e] dederas tabulam[5] prærogativæ,[f] quem in senatu sententiam rogabas tertium,[g] nunquam aspirasti,[h] sed omnibus consiliis, quæ ad me opprimendum parabantur,[i] non interfuisti solum, verum etiam crudelissime præfuisti. VI. 12. Mihi vero ipsi, coram genero meo,[k] propinquo tuo, quæ dicere

---

et edd. ante Manut.—3 Edd. ante Ernesti, item Schutz. et Orell. *o proditor;* C *perditor.* Pro *constituebantur* χ habet *constituebatur.* Mox, *arce civium* Erf. *aris civium* Pith.—4 *Palatium totum* Faërn. *senatus* χ.—5 Ita Franc. alii codd. cum edd. omnibus; *comitis tui desideraras tabulam* Erf. *comitiis desideras tabulam* Pith.

NOTÆ

tori, victis Latinis, ob beneficium victoriæ, A. Postumius dictator anno 258. in foro Romano posuit, quod longo post tempore, victis Dalmatis, Metellus Dalmaticus ex hostium manubiis, collapsum restituit.

[c] *Proditor templorum*] Elate id dicit, neque enim ulla templa violaverat Piso, sed templum Castoris, et ædem Nympharum, incendi a Publio Clodio impune permiserat.

[d] *Cui templum illud fuit*] Egregia amplificatio, ut pluribus verbis rei indignitatem ostendat.

[e] *Comitiis tuis*] Id est, comitiis aliquibus, quibus Piso præfuit.

[f] *Dederas tabulam prærogativæ*] Hoc est, feceras potestatem magistratum eligendi quem velles. Est enim 'prærogativa' quædam antelatio. Unde tribus prærogativæ dicebantur, quæ primæ omnium sententiam rogabantur.

[g] *Rogabas tertium*] Pompeium primum, deinde Crassum, tum Ciceronem.

[h] *Nunquam aspirasti*] Desidiam notat Pisonis; cum enim ipse Cicero ab inimicis appeteretur, nunquam Piso consul conatus est ei opem ferre.

[i] *Parabantur*] Quæ a Clodio tribuno plebis contra Ciceronem parabantur, vidente Pisone facta sunt.

[k] *Coram genero meo*] Gener Ciceronis unus e Pisonum familia fuit, qui Tulliam Ciceronis filiam uxorem duxerat; quam, mortuo illo suo marito, Crassipedi dedit pater Cicero.

Digitized by Google

ausus es? egere, foris esse[1] Gabinium;[l] sine provincia stare non posse; spem habere a tribuno plebis,[m] si tua consilia cum illo conjunxisses; a senatu quidem desperasse:[n] [*p.* 32.] hujus te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in collega meo;[o] nihil esse, quod præsidium[2] consulum implorarem; sibi quemque consulere oportere. Atque hæc dicere vix audeo: vereor, ne qui sit, qui istius insignem nequitiam,[3] frontis involutam integumentis, nondum cernat. Dicam tamen: ipse certe agnoscet, et cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. 13. Meministine cœnum![p] cum ad te quinta fere hora[q] cum C. Pisone[r] venissem, nescio quo e gurgustio[4] [s] te prodire, involuto capite,[t] soleatum?[u] et, cum isto ore fœtido teterrimam nobis

CAP. VI. 1 Corruptum hoc videbatur Manutio. Mox, *te spem habere* Lamb. Pro *a tribuno plebis* Erf. habet *Clodio Antonio*, e gloss. *si* deest in C H S T χ. *conjunxeris, sed a senatu* C H S T χ, et edd. ante Manut. *conjurasses a senatu* Hotom. et Ursin. *conjunxeris a senatu* Garat.—2 Cod. χ *præsidio*.—3 Idem cod. *malitiam*. Idem paulo post, *certe cognoscet*.—4 Arusianus

NOTÆ

[l] *Egere, foris esse Gabinium*] Abrahamus illas voces de ære alieno, in quo erat Gabinius, intelligit; quia facile latitant debitores, et abesse se fingunt.

[m] *Spem habere a tribuno plebis*] Sperabat Gabinius se provinciam obtenturum a populo, rogante et intercedente pro eo Publio Clodio, tribuno plebis; cum aliter liberare se ære alieno non posset.

[n] *A senatu quidem desperasse*] Non potuit senatus ei provinciam denegare; nam legibus populi Rom. designatis consulibus decernendæ erant provinciæ. Quare hoc potius ad ornamenta provinciarum pertinet, veluti ad exercitum et pecuniam.

[o] *In collega meo*] Antonium collegam suum Cicero mitigavit, cedendo ei Macedoniam, quam sortitus erat.

[p] *Cœnum*] Jam sordes et perfidiam Pisonis exponit, a quo Clodianorum furoribus expositus est. Vocat autem illum cœnum, quasi tanta esset vitiorum fœditas, ut non tam cœnosus quam cœnum esse videretur.

[q] *Quinta fere hora*] Id est, quatuor fere horis ante solitum, cum tantum hora nona soliti essent mensis accumbere, juxta illud Martialis, 'Imperat exstructos frangere nona toros.'

[r] *Cum C. Pisone*] Hic C. Piso Ciceronis gener, et hujus Pisonis propinquus fuit.

[s] *E gurgustio*] Festus ait, gurgustium esse genus habitationis angustum, arundine et straminibus compositum.

[t] *Involuto capite*] Caput involvebant Romani libidini et crapulæ se daturi. Vide Hor. Sat. II. 7. 'Turpis odoratum caput obscurante lacerna.'

[u] *Soleatum*] Soleæ erant calceamenta, quibus plantarum calces tan-

Digitized by Google

popinam[x] inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cum accepissemus, (quid enim facere poteramus?) paulisper stetimus in illo ganearum tuarum[y] nidore atque fumo, unde tu nos, cum[5] improbissime respondendo, tum turpissime eructando ejecisti. 14. Idem illo fere biduo productus in concionem[z] ab eo, cui sic æquatum præbebas consulatum tuum, cum esses interrogatus, quid sentires[6] de consulatu meo; gravis auctor,[a] (Calatinus[b] credo aliquis, aut Africanus,[c] aut Maximus,[d] et non Cæsoninus[7] semiplacentinus[e] Calventius) respon-

quo te e gurg. Paulo post, *pompam inhalasses e. tu uti* H χ. *quod diceret* C S. *vinulentis* C. *vinolentis* χ.—5 Schutz. *tum;* C H S χ *tamen nos cum.* Pro *eructando* Lamb. dedit *ructando*; H *eruptando.*—6 Cod. χ *sentires eis.* Tum *gravius auctor* C.—7 Erf. Franc. 1. Pith. T, et edd. ante Hervag. *non Cæsonius;* χ *non Censonius.*

NOTÆ

tum infime tegebantur, et quæ teretibus habenis vincta erant. Quod calceamenti genus maxime ad fœminas pertinebat, et indecens viris habebatur. His tamen in conviviis utebantur, ut ante accubitum facilius eas deponerent. Vide Horat. in citata superius Sat.

[x] *Teterrimam nobis popinam*] Per metonymiam odorem popinæ significat, in qua ebrietati vacabant.

[y] *Ganearum tuarum*] Ganeæ loca sunt abdita, ac veluti defossa, ubi libidinibus et crapulæ indulgebant.

[z] *Productus in concionem*] Vocatus est Piso in concionem a Clodio tribuno plebis, ut suam sententiam de Ciceronis consulatu diceret.

[a] *Gravis auctor*] Ironia.

[b] *Calatinus*] De auctoritate Calatini loquitur Cicero de Senect. et de ejus paupertate Valer. Max. IV. 4. cujus attritæ manus rustico opere salutem publicam stabiliverunt.

[c] *Africanus*] Carbo P. Africanum a Numantia redeuntem, ab ipsa pæne porta in Rostra perductum, quid de Tiberii Gracchi morte, cujus sororem in matrimonio habebat, sentiret, interrogavit; ut auctoritate clarissimi viri, inchoato incendio, multum incrementi adjiceret. Respondit jure eum cæsum videri: cui cum succlamassent, Non efficietis, inquit, ut solutos verear, quos alligatos adduxi. Vide Val. Max. VI. 2.

[d] *Maximus*] Q. Fabius Maximus, qui Fabiæ genti, rebus præclare gestis, Maximi cognomen adeptus est, dictatura, consulatibus quinque, tribus triumphis, celeberrimus, et, ut ait Cic. de Senectute, cujus 'non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas.'

[e] *Semiplacentinus*] Semiplacentinus appellatur Piso, quia ex genere materno Placentinus erat: Calventinus vero, quia Calventius, maternus avus, Placentiæ præco fuerat. De Pisonis genere dictum est in Orat. pro Sext.

Digitized by Google

des, altero ad frontem [f] sublato, altero ad mentum depresso supercilio, Crudelitatem [g] tibi non placere. VII. Hic te ille homo,[1] [h] dignissimus tuis laudibus, collaudavit. Crudelitatis tu, furcifer,[i] senatum consul in concione [2] condemnas? non enim me, qui senatui parui: [k] nam relatio [l] illa salutaris et diligens fuerat consulis; animadversio quidem et judicium, senatus: quæ cum reprehendis, ostendis, qualis tu, si ita forte accidisset,[3] fueris illo tempore consul futurus: stipendio, mehercule, et frumento Catilinam esse putasses juvandum. 15. Quid enim interfuit inter Catilinam, et eum, cui tu senatus auctoritatem, salutem civitatis, totam rempublicam, provinciæ præmio, vendidisti? Quæ enim L. Catilinam conantem consul prohibui, ea P. Clodium facientem consules adjuverunt. Voluit ille [4] senatum interficere; vos sustulistis: [m] leges incendere; vos abrogastis: [n] interire patriam; vos adjuvistis. Quid est, vobis consulibus,[5] gestum sine armis? Incendere illa conjuratorum manus voluit urbem; vos ejus

CAP. VII. 1 *Hic te homo* Faërn.—2 C *in concionem*. Mox *enim* omittunt Faërn. et χ. *delatio illa* Naug. et Lamb. *etiam diligens* H S. *fuerat bona consulis animadversio* C S χ. *fuerat bona consulis animadversio* T. *bona consulis* etiam Erf. Pith. unde Garaton. conjecit *boni consulis*.—3 Erf. et Pith. dederunt *si justitia accidisset*.—4 *Volunt illi* H S. *Voluit illi* C χ. Mox, *vos obrogastis* Faërnus. *interimere* Junt. ut volebat Ursin. *adjuvistis* suspectum est Ernestio et Garaton. *afflixistis* conj. Schutz.—5 *Quid est vobis consules* Erf. *Quid est a vobis quoque gestum* Franc. Paulo post, *prop-*

NOTÆ

[f] *Altero ad frontem*] Hyperbolice describit Pisonis habitum ac deformitatem.

[g] *Crudelitatem*] Quasi crudelis visus esset Cicero, cum conjuratos morte affecit.

[h] *Ille homo*] Clodius.

[i] *Furcifer*] Furciferi servi dicebantur a furca, quod ob commissum aliquod facinus, furcam collo gestarent. Ita Donatus.

[k] *Qui senatui parui*] Nam senatus decreto morte condemnati fuerant illi conjurationis Catilinariæ socii.

[l] *Nam relatio*] Cicero consul conjurationem a se detectam senatui tantum detulit.

[m] *Vos sustulistis*] Cum senatusconsultum factum esset, ut propter Ciceronem senatus vestem mutaret, consules prohibuere. Immo dixit Gabinius, 'errare homines, si etiam tum senatum aliquid in republica posse arbitrarentur.' Pro Sext. § 28.

[n] *Vos abrogastis*] Abrogarunt leges Gabinius et Piso, cum Clodio non obstitere, qui rogatione sua legem Æliam et Fufiam abrogabat.

Digitized by Google

domum,[o] quem propter urbs incensa non est. Ac ne illi[6] quidem, si habuissent vestri similem consulem, de urbis incendio cogitassent;[p] non enim se tectis privare voluerunt: sed his stantibus[q] nullum domicilium sceleri suo fore putaverunt: cædem illi[7] [r] civium, vos servitutem expetistis. Hic[8] vos etiam crudeliores. Huic enim populo ita fuerat, ante vos consules, libertas insita, ut emori potius, quam servire præstaret. 16. Illud vero geminum[*9a] consiliis Catilinæ et Lentuli, quod me domo mea expulistis,[b] Cn. Pompeium[b] domum suam compulistis: neque enim, me stante, et manente in urbis vigilia, neque resistente Cn. Pompeio, omnium gentium victore, unquam se illi rempublicam delere posse duxerunt. A me quidem etiam pœnas expetistis, quibus conjuratorum manes[c] mortuorum[10] ex-

[*] *Simillimum.* [b] *Misistis in exilium.*

ter quem Ven. 1480. Junt. Faërn. Lamb. in marg. ed. 1584.—6 *Ac ne ille* χ. —7 H *ille.*—8 *His* Manut. et Steph. *Hoc* conj. Orell. Infra *præstaret* suspectum est Ernestio.—9 *Illud vero gemendum* Franc. sed corr. intra lin. *geminum;* C S *geminium;* Budæus conj. *germanum.* Actutum, *consilii* C H S χ. *me* deest in T. *Cn. Pompeio omnium domum* χ. Vide paulo post.—10 Erf. *conjuratorum mees mort.* Pith. *conjuratorum manes mort.* Voc. *mortuorum*

NOTÆ

[o] *Vos ejus domum*] Ciceronis domum incendit, qui detexit consilium conjuratorum, qui urbem incendendam destinarant.

[p] *De urbis incendio cogitassent*] Volebant Catilinariæ conjurationis affines urbem incendere, ut in illa urbis perturbatione Ciceronem consulem interficerent; de quo interficiendo nunquam cogitassent, si Pisoni aut Gabinio in gerendo consulatu par fuisset. Vide Sallust. in Catil. Bel.

[q] *Sed his stantibus*] Non parietes significat, sed patres conscriptos; quasi diceret, quamdiu tales consules et senatores, quales isti sunt, permanebunt.

[r] *Illi*] Conjurati.

[a] *Illud vero geminum*] Id est, effecistis aliquid simillimum quod Catilina et Lentulus effecere.

[b] *Cn. Pompeium*] Domi se suæ continere Pompeius coactus est, quia deprehensus fuerat servus Clodii cum sica, ut Pompeium interficeret.

[c] *Manes*] Manes veteribus mortuorum animæ dicebantur. Festus autem scribit, manes Deos ab auguribus invocari, quod ii per omnia æthera terrenaque manare credebantur: item Deos inferos atque superos dici, quos ideo invocabant augures, quod hi existimabantur vitæ hominum favere.

Digitized by Google

piaretis:[e] omne odium, inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis: quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto, vobis ducibus, mactatus essem.[d] Quod autem majus indicium[11] expectatis, nihil inter vos et Catilinam interfuisse, quam quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis? quod omnes undique perditos collegistis? quod in me carcerem effudistis?[e] quod conjuratos armastis? quod eorum ferro ac furori[12] meum corpus, atque omnium bonorum vitam objicere voluistis? VIII. 17. [p. 83.] Sed jam redeo ad præclaram illam concionem tuam. Tu es ille, cui crudelitas displicet? qui,[1] cum senatus luctum[f] ac dolorem suum vestis mutatione declarandum censuisset, cum videres mœrere rempublicam amplissimi ordinis luctu, o noster[2] misericors! quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus: omitto enim illud, consulem edicere,[g] ut senatus senatusconsulto

[e] *Placaretis.*

gloss. videbatur Abramio.—11 C H S T χ *judicium.* Paulo post, *reliquis concitatis* Erf.—12 Ita Erf. Pal. 2. Grut. et seqq. *ac furori* omittunt C H S T χ, et edd. ante Grut.

CAP. VIII. 1 Ita ed. Wald. Ven. 1480. Junt. Manut. Lamb. in marg. ed. 1584. et Schutz. *cui* Faërn. Lamb. 1566. Grut. reliqui.—2 Cod. χ *o nostri.* H T *omitto enim illum.* Mox, *senatus* deest χ. *non obtemp.* in eodem cod. *ut*

NOTÆ

[d] *Mactatus essem*] Respicit ad antiquum morem, quando ad busta mortuorum humanæ victimæ mactabantur.

[e] *Carcerem effudistis*] Ex ergastulis servi et scelerati homines educti sunt, ut seditio concitaretur.

[f] *Senatus luctum*] Cum lata fuisset lex a Clodio, ut Cicero abiret in exilium, reus Cicero, ut Plutarchus scribit, vestem mutavit, et sordidatus populo supplicavit. Cum Cicerone omnis primum fere equester ordo vestem mutavit; eumque nobilissimi adolescentes numero ad viginti millia sordidati, deprecatores illius salutis, comitabantur. Deinde cum senatus frequens convenisset, ut vestem, tanquam in publico luctu, mutandam censeret, idque consules Piso et Gabinius vetarent, et Clodius cum armis ad curiam versaretur, senatores non pauci e senatu, vestibus discissis, et clamore sublato, se proripuerunt.

[g] *Consulem edicere*] Absente Pisone, cum senatus in æde Concordiæ haberetur, omnes boni, veste mutata, se pro Ciceronis capite, ad pedes Gabinii projecerunt: quorum precibus ab illo repudiatis, L. Mummius ad senatum de republica retulit, se-

Digitized by Google

ne obtemperet; quo fœdius nec fieri, nec cogitari quicquam potest: ad misericordiam redeo ejus, cui nimis videtur senatus in conservanda patria fuisse crudelis. 18. Edicere est ausus cum illo suo pari,[h] quem tamen omnibus vitiis superare cupiebat, ut senatus, contra quam ipse censuisset, ad vestitum rediret.[3] Quis hoc fecit[4] ulla in Scythia[i] tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non sineret? Mœrorem relinquis;[k] mœroris aufers insignia: eripis lacrymas, non consolando, sed minando. Quodsi vestem non publico consilio, patres conscripti, sed privato officio, aut misericordia mutavissent, tamen, id iis[5] non licere per interdicta[d] crudelitatis tuæ, potestatis erat non ferendæ: cum vero id senatus frequens censuisset, ordines reliqui jam ante fecissent; tu, ex tenebricosa popina consul extractus, cum illa saltatrice[l] tonsa,[m] senatum populi Romani[6] occasum atque interitum reipublicæ lugere vetuisti. IX. At quærebat[7] etiam paulo ante de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio; cur non meis inimicis, meis copiis

[d] *Edicta.*

senatusconsulto ne obtemperetur Taurin.—3 C S χ *redire.*—4 *Quis hoc facit* C H S T χ, et edd. ante Manut. *luctu afficere* χ. *mœrorem non relinquis* C H S T χ. Paulo post, *sed nominando* T.—5 Taurin. *sed his.* Idem mox, *per interdicta potestatis tuæ crudelitatis erat;* Ven. 1480. et Junt. *per interdictum.* Deinde, *censuisset, et omnes ordines reliqui* Taurin.—6 Ald. et al. ante Faërn. *senatum reip.* T omittit *populi Romani,* et pro *occasum* habet *occisum.* Tum *reipublicæ* deest in C H S χ, Rom. Ven. 1483. Ald. et al. vett. extat in codd. Faërni, Ven. 1480. Junt. Lamb. et Faërn.

NOTÆ

natusque frequens vestem pro Ciceronis salute mutandam censuit: sed consules edixerunt, ut ad suum vestitum senatores redirent.

[h] *Suo pari*] Pisone.

[i] *Scythia*] Scythia provincia Asiæ gemina fuit, cujus olim populi nullas urbes habuere, nulla mœnia, domos suas secum ferentes; unde ab Horatio 'profugi' dicuntur.

[k] *Mœrorem relinquis*] Summo dolore totam rempublicam affecit Ciceronis exilium.

[l] *Illa saltatrice*] Gabinium in fœminino genere saltatricem appellat, propter mores ejus effœminatos. Saltatricem porro vocat, quia post ejectum Ciceronem, dicitur in convivio nudus saltavisse.

[m] *Tonsa*] Tonsum esse ante paucos annos in deliciis haberi cœperat, cum antea, ad urbis conditæ annum quinquagesimum quartum supra quadringentesimum, populus Rom. intonsus fuisset.

Digitized by Google

restitissem. Quasi vero non modo ego, qui multis sæpe auxilio fuissem,[1] sed quisquam tam inops fuerit unquam, qui, isto non modo propugnatore, tutiorem se, sed advocato,[n] aut astipulatore,[o] paratiorem fore putaret. 19. Ego istius pecudis[p] ac putidæ[3] carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam? ab hoc ejecto cadavere[q] quicquam mihi aut opis, aut ornamenti[*] expetebam? Consulem ego tum requirebam,[4] consulem, inquam, non illum quidem, quem in hoc majali invenire non possem, qui tantam reipublicæ causam gravitate et consilio suo tueretur, sed qui, tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus. Cum enim esset omnis causa illa mea consularis et senatoria,[r] auxilio mihi opus fuerat[5] et consulis et senatus; quorum alterum etiam ad perniciem meam erat a vobis consulibus conversum;[s] alterum reipublicæ penitus ereptum.[t] Attamen,[6] si

[*] *Gloriæ.*

Cap. ix. 1 *At quærebatur* χ. *suo* deest in T.—2 Taurin. *fuerim.* Paulo post, *aut ad stipulatorem* χ.—3 Idem cod. Ven. 1480. Junt. *putridæ.* Actutum, *canis* de Fabri conj. Lamb. in marg. ed. 1584. *volebam niti* Taurin. *aut operis, aut orn.* T. *expectabam* C H S χ, edd. ante Faërn. et Lamb.—4 Taurin. *quærebam.* Verba, *consulem, inquam, n. i. q. quem*, desunt in χ. Mox, pro *majali*, quod servant Taurin. Isidor. Orig. II. 39. Grut. seqq. *animali* exhibent Erf. Franc. C H S T χ, edd. ante Grut. etiam Faërn. et Lamb. *non possum* χ. Deinde, *et* deest in T. *suo* deest in χ.—5 Schutz. de Ernestii conj. *opus erat.* H S *et consulto senatus;* χ *et consulis senatus.*—6 *Ac tamen* χ, aliique codd. Faërn. Lamb. Græv. Paulo post, *cum illo bustario* C H S T.

NOTÆ

[n] *Sed advocato*] Asconius Verrin. I. advocatum in judicio dicit eum esse, qui vel jus suggerit, vel præsentiam suam amico commodat. Etenim moris erat in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos omnes advocare, quorum auctoritate moveri judices putabantur.

[o] *Astipulatore*] Astipulator dicitur, qui vadimonii testis adhibetur.

[p] *Istius pecudis*] De Pisone loquitur, a quo auxilium non petiit, quia propter stoliditatem nihil agere in republica poterat.

[q] *Ejecto cadavere*] Proprie ejectum cadaver de eo dicitur, quod fluctibus agitatum ad terram ejicitur; vel de eo etiam cadavere, cui honos sepulturæ non redditur, quod summe ignominiosum fuit apud veteres.

[r] *Consularis et senatoria*] Cicero fuerat consul, et tum erat senator.

[s] *A consulibus conversum*] Non potuit Cicero expectare auxilium a consulibus Pisone et Gabinio, quia ambo se Ciceronis inimicos declaraverant.

[t] *Ereptum*] Ab iisdem consulibus

Digitized by Google

consilium exquiris meum; neque ego cessissem,[u] et me ipsa suo complexu patria tenuisset, si mihi cum illo bustuario gladiatore,[x] et tecum, et cum collega tuo decertandum fuisset. 20. Alia enim causa[y] præstantissimi viri, Q. Metelli,[z] fuit: quem ego civem, meo judicio, cum Deorum immortalium laude conjungo; qui C. illi Mario, fortissimo viro, et consuli, et sextum consuli, et ejus invictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum esse duxit. Quod mihi igitur[8] certamen esset hujusmodi? cum C. Mario scilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero, barbaro Epicureo,[a] cum altero, Catilinæ laternario?[b] quos neque hercule ego, neque supercilium[9] tuum, neque collegæ tui

Deinde, *et cum Gabinio collega* Taurin.—8 C H S χ omittunt *igitur*. Mox, *barbato Epicuro* H et Junt. *barbaro Epicuro* C S, Gryph. Lamb. Orell. *barbato Epicureo* Ald. Hervag. Naug.—9 Orell. e Taurin. emend. *laternario, consule?*

NOTÆ

tota auctoritas senatui erepta fuerat. Unde nihil ab eo auxilii sperare potuerat Cicero.

[u] *Neque ego cessissem*] Maluit Cicero cedere ei, et abire in exilium, quam certando cum consulibus Pisone et Gabinio, et Clodio tribuno plebis, exponere seditionibus rempublicam.

[x] *Bustuario gladiatore*] Clodium significat, qui, ut scribit Dio lib. XXXIX. cum lex ad populum de revocando Cicerone ferretur, acceptis a fratre Appio gladiatoribus, quos ille in funere Marci propinqui sui daturus erat, impetu in multitudinem facto, multos vulneravit, multosque occidit. 'Bustuarius' porro dicitur a 'busto,' ubi scilicet mortuorum cadavera comburebantur.

[y] *Alia enim causa*] Reddit jam rationem, quare noluerit Clodio resistere.

[z] *Q. Metelli*] Metellus maluit abire in exilium, quam in Gracchorum leges jurare, cum Apuleius Saturninus, Mario consule confisus, minatus est se interdicturum aqua et igne, qui juramentum retractarent. Vide Plutarchum in Mario.

[a] *Cum aliquo . . . barbaro* [*barbato*] *Epicureo*] Pisonem intelligit, qui Epicuri sectæ adhærebat. 'Barbatum' vero vocat, quia prisci illi philosophi barbam alebant ad severitatis ostensionem.

[b] *Catilinæ laternario*] Gabinium denotat, qui comes Catilinæ nocturno tempore ibat ad stupra. Unde in Catil. I. sic ait de eo, 'cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætulisti?' Alibi Gabinii virum Catilinam appellavit; videturque hic etiam eandem obscœnitatem significare. Appellat igitur 'laternarium;' quod ut heri pueros, qui laternas gestant, a tergo sequuntur, sic Catilina Gabinio adolescenti, quasi laternario,

Digitized by Google

cymbala[c] ac crotala[d] fugi: neque tam fui timidus, ut, qui in maximis turbinibus[e] ac fluctibus reipublicæ navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ[10] tui contaminatum spiritum[f] pertimescerem. 21. Alios ego vidi ventos: alias prospexi animo procellas: aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed his unum me pro omnium salute obtuli. Itaque discessu tum meo omnes illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderunt: cum quidem tu, o vecors et amens! cum omnes boni[g] abditi inclusique mœrerent, templa gemerent, [*p.* 84.] tecta ipsa urbis[11] lugerent, complexus es illud funestum animal,[h] ex nefariis stupris, ex civili cruore,[i] ex omnium scelerum importunitate, et flagitiorum impunitate concretum, atque eodem in templo,[k] eodem et loci vestigio et temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris[l] abstulisti. X. 22. Quid ego illorum dierum epu-

Neque hercule ego supercilium; edd. ante Ald. *laternario? quos neque hercule ego supercilium.* 'τὸ *quos* ortum est e *cos.* pro *consule.*' Orell. *lanternario* C H S T. *quos quidem* T. *neque* ante *supercilium* omittunt C H S T χ. Mox, *cymbala ac* omittunt C H S T χ: *ac crotala* omittit Taurin. Deinde, *qui in m. tempestatibus* Marc. Capella Rhet. p. 423. *in* omittit Faërn.—10 Ita plerique codd. et edd. *aut collega* Taurin. et Oreli. ut conj. Schutz. *et collegæ* Mart. Capella; *tum frontis tui, &c.* Lamb. contra omnes codd. et edd.—11 Faërn. *urbis ipsa;* H omittit *ipsa.* Mox, *funestum illud animal* Taurin. Tum *importunitate* suspectum habebat Manut. *ex omnium scelerum et flagitiorum im-*

NOTÆ

perpetuo a tergo affixus esset.

[c] *Cymbala*] Cymbalum genus est instrumenti musici ex ære, concavum illud, et quod ad saltandum pulsabatur, quo in Deorum Matris sacris, et in bello Arabes utebantur.

[d] *Crotala*] Crotalum musicum instrumentum est, quod pulsum in sono vocem ciconiæ imitatur; ipsa enim apud Ægyptios crotalus appellatur.

[e] *Maximis turbinibus*] Per metaphoram intelligit Catilinæ conjurationem, quam exstinxit.

[f] *Contaminatum spiritum*] Vult significare libidines obscœnas Gabinii.

[g] *Cum omnes boni*] Hyperbolice crudelitatem Pisonis describit.

[h] *Funestum animal*] Clodium intellige, qui incestum cum sororibus commisit, et mulieris habitu in operta Bonæ Deæ stupri causa ingressus est.

[i] *Ex civili cruore*] Clodii factionibus multi cives interfecti sunt, cum de exilio et reditu Ciceronis actum est.

[k] *Eodem in templo*] Castoris.

[l] *Arbitria . . . funeris*] Arbitria funeris dicebantur ea, quæ pro mer-

Digitized by Google

las, quid lætitiam et gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimis gregibus [m] intemperantissimas [1] perpotationes prædicem? quis te illis diebus sobrium, quis agentem aliquid quod esset libero dignum, quis denique in publico vidit? cum collegæ tui domus cantu et cymbalis personaret, cumque ipse nudus in convivio saltaret: in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret orbem,[*] fortunæ rotam pertimescebat. Hic autem [n] non tam concinnus helluo, nec tam musicus, jacebat in suo Græcorum [2] fœtore atque vino: quod quidem istius, in illis reipublicæ luctibus, quasi aliquod Lapitharum [o] aut Centaurorum [p] convivium ferebatur; in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. 23. Tu etiam [3] mentionem facies consulatus tui? aut te fuisse Romæ consulem dicere audebis? Quid? tu in lictoribus,[q] in toga et prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta [r] etiam in

[*] *Converteret se in orbem saltando.*

portunitate concretum conj. Garat. *ex omni scelerum importunitate conceptum* Taurin. *impuritate* Junt. Deinde, *eodem loci vest.* Taurin. et Junt.

Cap. x. 1 C H S T, edd. ante Grut. etiam Faërn. et Lamb. *intemperatissimae.* Paulo post, *tui domus cantus* χ. *cum quidem ipse nudus* Taurin. *in quo cum illum saltatorium versaret orbem, ne tum quidem fort.* in eodem cod. probante Peyron.—2 Ita omnes fere codd. et edd. *in suorum Gr.* Taurin. et Orell. *in suo et Gr.* Schutz. e conjectura. Mox, *luctibus symposium* e codd. Lamb. Infra potius leg. esse *symposium ferebatur* dubitanter suspic. Garat. *ac Centaur.* conj. Garat. Deinde, *aut vomuerit* Lamb. 1584. Grut. Græv. —3 *Tum etiam* χ, Ven. 1483. *Tunc etiam* Taurin. et Orell. Mox, *tui* omittit Taurin. *quid tum in lict.* H S χ. *quid tum in litoribus* C. *et in toga prætexta* Orell. e conj. Garat. *in toga prætexta* suspic. Turneb. *esse consulatus* H S χ.

NOTÆ

cede Libitinariorum, et eorum omnium qui funera curabant, decernebantur.

[m] *Sordidissimis gregibus*] Videtur designare Epicureos, quibuscum intemperantissime Piso vivebat.

[n] *Hic autem*] Piso.

[o] *Lapitharum*] Lapithæ populi Thessaliæ sunt, qui Pindum et Othryn montes habitant.

[p] *Centaurorum*] Centauri populi sunt in Thracia, circa Pelion montem, qui primi equos domuere. Hi cum in nuptiis Pirithoi, vino pleni, sponsam rapere conati essent, a Theseo et Lapithis partim cæsi, partim fugati sunt.

[q] *Lictoribus*] Affert magistratus consularis insignia, quæ fuere prætexta, sella curulis eburnea, fasces securibus ornati, qui duodecim ipsis præferebantur.

[r] *Quæ ornamenta*] Ornamenta consularia Piso permisit Sexto Clodio,

Digitized by Google

Sex. Clodio, te consule, esse voluisti. Hujus tu Clodiani canis[4] [s] insignibus consulatum declarari putas? animo consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura; toto denique munere consulatus omni officio tuendo; maximeque, id quod vis nominis ipsa præscribit, reipublicæ consulendo.[5] Ego consulem esse putem, qui senatum esse in republica non putavit? et sine eo consilio consulem numerem, sine quo Romæ ne reges quidem esse potuerunt? [t] Etenim illa[6] jam omitto: cum servorum delectus [u] haberetur in foro; arma in templum Castoris luce et palam comportarentur; id autem templum, sublato aditu, revulsis gradibus, a conjuratorum reliquiis, atque a Catilinæ prævaricatore [x] quondam, tum ultore, armis teneretur; cum equites Romani[7] relegarentur,[y] viri boni lapidibus e foro pellerentur, senatui non solum juvare rempublicam, sed ne lugere quidem liceret; cum civis is, quem hic ordo, assentiente Italia cunctisque gentibus, conservatorem patriæ ju-

Verba, *quæ ornamenta ... declarari putas*, desunt in C.—4 Ita codd. plerique, cum edd. Ald. et seqq. *His tu, Clodiane canis* Orell. cum Lamb. *Hujus tu Clodiane canis* Rom. *Hujus tu Clodianæ canis* Ven. 1483. Junt.—5 Hæc verba, *tuendo; m. id q. v. n. ipsa p. r. consulendo*, desunt in C H S T χ, et edd. ante Grut. qui ea addidit e codd. Erf. et Pall. *omni officio* omittit Manut. *ipsa* deest in Grut. et Ernesti errore typogr.—6 *Etenim illam* χ. Mox, *in templo Castoris* C H S T χ, alii codd. et edd. ante Lamb. non improbante Garat. *luce palam* H et Orell. prob. Garat. *sublato adito* C S T. *a conj. reliquis* C. *utque a Cat.* H. *atque* deest in T.—7 *Romani* deest in χ. *religaren-*

NOTÆ

cum ludos exhibere Compitalitios ei concessit. De his ludis dictum est.

[s] *Clodiani canis*] Intelligit Sextum Clodium, qui perpetuo fidus comes Publio Clodio in vexanda republica adhæsit.

[t] *Ne reges quidem esse potuerunt*] Romulus senatum instituit, qui centum senatoribus conflatus est, quos sibi consiliarios in administrando imperio cooptavit, ut scribit Liv. lib. I.

[u] *Servorum delectus*] Non fas fuit ad arma ferenda servos colligere.

[x] *Prævaricatore*] Prævaricator dicitur, qui diversam partem adjuvat, sua causa prodita. Talis autem fuit Clodius, cum Catilinam accusare repetundarum simulavit; qui, corruptis ab eodem Clodio judicibus, absolutus est, ut Plutarchus et Asconius Pedianus referunt.

[y] *Equites Rom. relegarentur*] Elate hoc dicit; nam solus Lamia, princeps equestris ordinis, relegatus est a Gabinio, cum pro Cicerone intercedere voluit.

Digitized by Google

dicarat,[8] nullo judicio, nulla lege, nullo more,[a] servitio atque armis pelleretur, non dicam auxilio vestro, quod vere licet dicere, sed certe silentio; tum Romæ fuisse consules quisquam existimabit? 24. Qui latrones igitur, si quidem vos consules?[9] qui prædones,[a] qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? XI. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis: non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi: non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia[b][1] rerum secundarum tantam personam, tam gravem, tam severam. Seplasia,[2][b] mehercle, ut dici audiebam, te, ut primum aspexit, Campanum consulem[c] repudiavit. Audierat Decios, Magios,[d] et de Taurea illo Jubellio[3][e] aliquid acceperat: in quibus si moderatio illa, quæ in nostris solet esse consulibus, non fuit; at fuit pompa, fuit species, fuit incessus saltem Seplasia dignus et Capua. 25. Gabinium denique si vidissent duumvirum vestri illi unguentarii, citius agnovissent.[c] Erant illi comti capilli,

[b] *Novitas.* [c] *Vidissent lubentius.*

tur C S.—8 C S χ *judicant;* H *judicavit.* Paulo post, *certo silentio* C H S χ.—9 Verba, *igitur, si q. v. consules*, desunt in T, qui mox habet *nominabantur*.

Cap. XI. 1 Cod. χ *insolentiam*.—2 *Selapsia* in eodem codice.—3 *Vibullio*

NOTÆ

[z] *Nulla lege, nullo more*] Vide Orat. pro Sext. § 16.

[a] *Qui prædones*] Proprie prædones dicuntur, qui cum bellum non indixerint, tamen hostiliter grassantur.

[b] *Seplasia*] Seplasia platea fuit, sive vicus Capuæ, ubi unguentarii negotiabantur.

[c] *Campanum consulem*] Cum Cæsar consul coloniam Capuam deduxisset, duumviros ei Pisonem socerum, et Pompeium generum præfecit. Sibi autem Piso consulis nomen arrogavit. Sensus igitur est: Statim atque te duumvirum aspexit Seplasia, te incultum ac sordidum, atque hoc quasi indignum munere, aspernata est.

[d] *Decios, Magios*] Exempla confert eorum qui olim Capuæ magna tum ingenii, tum rerum gestarum gloria floruerunt. Decius ille Magius a Velleio, lib. II. princeps Campaniæ nominatur.

[e] *Taurea illo Jubellio*] Taureas Jubellius vir inter Campanos fortissimus fuit, qui singulari certamine Asellium Romanum superavit.

Digitized by Google

et madentes cincinnorum fimbriæ,[4] [f] et fluentes [g] cerussatæque [h] buccæ, dignæ Capua, sed illa vetere: [i] nam hæc quidem, quæ nunc est, splendidissimorum hominum, fortissimorum virorum, optimorum civium, [p. 85.] mihique amicissimorum multitudine redundat: [5] quorum Capuæ te prætextatum [k] nemo aspexit, qui non gemeret desiderio mei; [l] cujus consilio cum universam rempublicam, tum illam ipsam urbem meminerant esse servatam. Me inaurata statua [m] donarant: me patronum [n] unum asciverant: a me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur: me et præsentem [o] contra latrocinium tuum suis decretis legatisque defenderunt,[6] et absentem,[p] principe Cn. Pompeio

C H S. *Belio* T.—4 Servius ad Virg. Georg. I. 120. *fibræ*. Actutum, *et fl. pulsatæque* C H S T. *et fl. pulsatiaque* χ.—5 C H χ *redundant*. Tum *desiderio meo* χ. *meminerat esse* in eodem cod. *statua donarunt* T. *a me si haberem* C H S χ. *fortunatos liberos* C H. *fortunatus ; lib.* S. *fortunam ; lib.* Ven. 1480.—6 Ita plurimi codd. et edd. *defenderant* codd. Faërni, T, Ven.

NOTÆ

[f] *Madentes cincinnorum fimbriæ*] Gabinius gerebat capillos vibratos in cincinnos, et, velut fimbrias, promissos, unguentis delibutos. Per unguenta vero intelligit liquores pretiosos et odoratos, quibus caput ad fastum delicatuli aspergebant.

[g] *Fluentes*] Fluebant buccæ Gabinii, fortasse propter balbutiem, quam affectabat venustatis causa; nam, ut ait Ovid. Art. Am. lib. III. 'In vitio decor est, quædam male reddere verba: Discunt posse minus, quam potuere, loqui.'

[h] *Cerussatæ*] Cerussatæ, id est, tinctæ cerussa. Porro cerussa fuit genus quoddam pigmenti, quo se, ad candorem sibi adhibendum, illinibant.

[i] *Sed illa vetere*] Capuæ olim luxus et superbia longe potentius dominabantur, quam istis Ciceronis temporibus.

[k] *Prætextatum*] Duumviri illi magistratus apud Capuanos jus habebant prætextæ.

[l] *Desiderio mei*] Ciceronem optabant duumvirum Campani, non Pisonem.

[m] *Inaurata statua*] Campani inaurata statua Ciceronem donaverunt, propter aliquod haud dubie beneficium, quod ab illo acceperant; sed quale illud fuerit nusquam reperitur.

[n] *Patronum*] Ex Romuli instituto, permissum est plebeiis ex patriciis sibi assumere quos vellent, qui ipsorum causas susciperent; ex quo illi quidem patroni, hi vero clientes dicebantur. Hoc idem jus postea ad civitates transmissum est, quibus liberum fuit sibi patronos Romæ asciscere, qui eas defenderent.

[o] *Et præsentem*] Censet Abrahamus, venisse Capuam Ciceronem, cum abiret in exilium, et communi totius civitatis voce Romam legatos missos esse, qui pro eo deprecarentur.

[p] *Absentem*] Cum Cicero ab Ca-

Digitized by Google

referente, et de corpore reipublicæ tuorum scelerum tela [q] revellente, revocarunt. 26. An tu eras[7] consul, cum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus injectis, instigante te? Ecquod[8] in hac urbe majus unquam incendium fuit, cui non consul subvenerit? At tu[9] illo ipso tempore, apud socrum tuam [r] prope a meis ædibus, cujus domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas, non exstinctor, sed auctor incendii, et ardentes faces furiis Clodianis[s] pæne ipse consul ministrabas. XII. An vero reliquo tempore consulem te quisquam duxit?[1] quisquam tibi paruit? quisquam in curiam venienti assurrexit?[t] quisquam consulenti respondendum putavit? numerandus est ille annus denique in republica, cum obmutuisset senatus, judicia conticuissent, mœrerent boni, vis latrocinii vestri tota urbe volitaret, neque civis unus ex civitate, sed ipsa civitas tuo et Gabinii sceleri furorique cessisset?

27. At ne tum[2] quidem emersisti, lutulente Cæsonine, ex miserrimis naturæ tuæ sordibus; cum experrecta tandem virtus clarissimi viri,[u] celeriter et verum amicum,[x] et op-

1480. Faërn. Lamb. Orell. probante Garat. *et absente* C T. *principe civium Cn. Pomp.* conj. Orell. *referentem* χ. *tela evellente* H. *revocarant* Lamb. e conjectura.—7 *An tum eras* H S T χ.—8 *Et quod* C H S T.—9 *An tu* χ. Tum, *cujus domum ad meam domum* C H S T.

CAP. XII. 1 C H S T χ *dixit*. Actutum, *quisquam disparuit* T. *q. disperavit* C S. *q. disparavit* H. *q. desperarit* χ. *in curia* T, Lamb.—2 *Anne tu* χ. *Ac ne tum* Lamb. e Faërni conj. *lutulente Cæso* Erf. C H S T χ. *lutulente*

NOTÆ

puanis profectus fuisset in exilium, Pompeius, qui tunc duumvir erat apud illos, de Cicerone in eorum senatu retulit.

[q] *Tuorum scelerum tela*] Metaphora sumta a vulneribus, quasi grave aliquod vulnus inflictum fuisset reipublicæ a Pisone, cum abire in exilium Ciceronem permisit.

[r] *Apud socrum tuam*] Quæ fuerit illa ignoratur, quia auctores Romani vix in familiis fœminarum nomina appellarunt.

[s] *Furiis Clodianis*] Intelligit viros seditiosos, qui a Clodio concitati sunt.

[t] *Venienti assurrexit*] Venientibus consulibus, equo obvii equites descendebant, caput detegebant, de via cedebant, assurgebant; minores magistratus fasces submittebant.

[u] *Clarissimi viri*] De Pompeio loquitur, qui visus primum fuerat Ciceronem deseruisse, cum a Clodia-

Digitized by Google

time meritum civem, et suum pristinum morem requisivit: neque est ille vir passus, in ea republica, quam ipse decorarat atque auxerat, diutius vestrorum scelerum pestem morari: cum tamen ille, qualiscumque est, qui est ab uno te improbitate victus, Gabinius,[3] collegit ipse se, vix, sed collegit tamen, et contra suum Clodium, primum simulate, deinde non libenter, ad extremum [y] tamen pro Cn. Pompeio vere vehementerque pugnavit. Quo quidem in spectaculo mira populi Romani æquitas[4] erat: uter eorum perisset, tanquam lanista[z] in ejusmodi pari, lucrum fieri putabat; immortalem vero quæstum, si uterque cecidisset. 28. Sed ille tamen[5][a] agebat aliquid: tuebatur auctoritatem summi viri.[b] Erat ipse sceleratus,[6] erat gladiator: cum scelerato tamen, et cum pari gladiatore pugnabat. Tu, scilicet homo religiosus[c] et sanctus, fœdus, quod meo sanguine in pactione provinciarum[d] iceras,[7] frangere noluisti: caverat enim

Cæsoni al. ap. Græv. Mox, *cum experta* C H S T χ. *viri celeritate* C.—3 *Gabinius* delendum censebat Muret.—4 C H S *mira reip. æquitas;* χ *mira r. p. æquitas;* al. ap. Græv. *mira reip. Romanæ æquitas;* et sic edd. ante Faërn.—5 *Sed ille tum* T.—6 *Erat ipse sceleratus* desunt in ed. Ernesti, errore typogr.

NOTÆ

nis oppressus est; sed qui, facti pœnitens, de illius reditu, amicorum adjutus opera, egit, ut Plutarchus scribit.

[x] *Verum amicum*] Cicero Pompeio semper studuerat.

[y] *Ad extremum*] Scribit Dio lib. XXXVIII. Tigranem juniorem, qui in vinculis apud Lucium Flavium tenebatur, a Clodio, pecunia corrupto, emissum fuisse. Quod cum Pompeius et Gabinius moleste ferrent, Clodius eos conviciis affecit: immo, quos secum comites habebant, vulneribus affecit, consulis fasces fregit, et ejus bona consecravit. Iratus Pompeius, de revocando Cicerone cogitavit, referente ad populum Mummio tribuno plebis.

[z] *Lanista*] Lanista dicebatur qui gladiatores ad mutuam lanienam instituebat. Vult igitur significare Cicero, populi Romani non interfuisse, sive Clodius, sive Gabinius, in illa dissensione periisset, cum par lucrum ex unius morte, et ex utriusque quæstum immortalem consecutus esset. Alludit autem ad lanistas, qui lucrum se facere putant, cum ex duobus gladiatoribus alter occiditur, quia ejus alendi et docendi munere liberantur.

[a] *Sed ille tamen*] Id est, Gabinius.

[b] *Summi viri*] Pompeii.

[c] *Homo religiosus*] Ironia.

[d] *In pactione provinciarum*] Clodius, ut sæpe dictum est, pollicitus fuerat, se Pisoni Macedoniam pro-

Digitized by Google

sibi ille sororius adulter,[e] ut, si tibi provinciam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex reipublicæ visceribus[f] dedisset, omnium suorum scelerum socium te[8] adjutoremque præberes. Itaque in illo tumultu fracti fasces;[g] ictus ipse:[h] quotidie tela, lapides, fugæ: deprehensus denique cum ferro[i] ad senatum[9] is, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. XIII. 29. Et quis[1] audivit non modo actionem aliquam, aut relationem, sed vocem omnino, aut querelam tuam? Consulem tum[2] te fuisse putas, cujus in imperio, qui rempublicam, senatus auctoritatem servarat, [idemque in Italia,] qui omnes omnium gentium partes[k] tribus triumphis devinxerat, is se in publico tuto statuit esse non posse? An tum eratis consules, cum, quacumque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad senatum, cunctus ordo reclamabat, ostendebatque, nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis? cum vos, quanquam fœdere obstricti[3][l] tenebamini, tamen cupere vos diceretis, sed lege impediri? 30. Quæ lex[4] privatis hominibus

—7 C H S T χ *jeceras.* C H S *frangere voluisti.*—8 Pronomen *te* deest in χ.—9 Lamb. conj. *in senatu.*

Cap. XIII. 1 *Ecquis* Faërn. Lambin. Orell. Verba, *non modo a. a. aut relationem* desunt in T.—2 *Consulem tu* C H S, Venet. 1483. Juntin. Hervag. Faërn. Lambin. *Consulem tute* χ. *Consulem tum* Erfurt. T, Venet. 1480. Ald. Gruter. seqq. *cujus imperio* C T. *senatus auctoritate* C H S T χ, edd. ante Lambin. item Lall. et Orell. Paulo post *servaret* C H. Dein, *idemque in Italia* de Ernesti suspicione delevit Schutz. *is se in Italia* conj. amicus Ursini; *is neque in Italia* de Manutii conj. Lall. *itemque in Italia* conj. Lamb.—3 Cod. χ *vos aucturos ... cum vos q. f. astricti.* Mox, *sed leges* C.—4 Hæc omnia, *Quæ lex, &c.* usque ad *aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus,*

NOTÆ

vinciam, et Gabinio Syriam daturum, si a se ejici in exilium Ciceronem paterentur.

[e] *Sororius adulter*] Clodius cum sorore incestum commiserat.

[f] *Ex reipub. visceribus*] Ærarium publicum intelligit, unde pecuniam Clodius extraxit.

[g] *Fracti fasces*] Vide superius, not.

[h] *Ictus ipse*] Gabinius.

[i] *Deprehensus cum ferro*] Servus Clodii ad interficiendum Pompeium.

[k] *Omnes omnium gentium partes*] Pompeius 1. ex Africa, 2. ex Europa, 3. ex Asia triumphavit. Vide Plin. VIII. 16.

[l] *Fœdere obstricti*] Privata pactione tenebantur obstricti consules Clodio favere pro Cicerone ejiciendo.

Digitized by Google

esse lex non videbatur, inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium, [*p.* 86.] sublato senatu, pulsis e foro bonis omnibus, capta republica contra omnes leges, nullo scripta more;[m] hanc qui se metuere dicerent, hos consules,[5] non dicam animi hominum, sed fasti ulli ferre possunt? Nam, si illam legem non putabatis,[6] quæ erat (contra omnes leges) indemnati civis atque integri capitis[n] bonorumque tribunicia proscriptio; hac tamen obstricti pactione[o] tenebamini; quis vos non modo consules, sed liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa præmio, lingua astricta mercede? Sin illam vos soli legem putabatis;[7] quisquam vos consules tunc fuisse, aut nunc esse consulares putet, qui ejus civitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non mores,[8] non jura noritis? 31. An, cum proficiscebamini paludati[p] in provincias vel emtas,[q] vel ereptas,[r] consules vos quis-

cap. XXVIII. § 68. desunt in T. *esse lex* delet Schutz. *videbatur justa* χ. Ernesti conj. *jussa*. Paulo post, *pulsis enim foro* χ. *nulla scripta* in eodem cod. *more* deest in Pith.—5 Ita Pith. Græv. Lall. Schutz. Orell. *hos* omittunt alii, etiam Faërn. et Lamb.—6 C H S, Ven. 1480. 1483. Lamb. 1584. Grut. Græv. *putabitis*.—7 Ita C H S χ, alii codd. et edd. fere omnes; *putabitis* Grut. et Ernesti errore typogr.—8 Grut. Græv. O iv. omittunt *non*

NOTÆ

[m] *Nullo scripta more*] Moris erat, ut lex, quam ferri volebant tribuni, per trinundinum scripta populo proponeretur.

[n] *Integri capitis*] Integrum caput in jure dicitur, quod diminutum non est: diminutus autem quis capite dicitur, cum ordine ac jure sibi proprio movetur, in quo caput, sive numerum obtinebat.

[o] *Obstricti pactione*] Macedoniam provinciam Pisoni, Syriam Gabinio, Clodius promiserat, si Cicero ejiceretur.

[p] *Paludati*] Cum qui mittebantur in provinciam senatusconsulto, atque in ea imperium lege obtinuerant, tum vero aut sponte sua, aut senatusconsulto paludati exibant, nuncupati[8] prius votis in Capitolio pro repub. Tum paludamento, lictoribus, insignibusque imperii ceteris assumtis, recto itinere ibant ad urbis portam, ad quam veteri instituto salutati, inde ut continuo, amicis officii causa aliquanto viæ spatio prosequentibus, ac bene ominantibus, in provinciam iter ingrediebantur. Paludamentum autem vestis imperatoria fuit, cocco, purpura, et auro distincta, qua consules et prætores in provinciam exeuntes amicti fuere. Vide Varr. de Ling. Lat. lib. VI.

[q] *Vel emtas*] Suas provincias Piso et Gabinius a Clodio emerant, ea conditione, ut eum in perdendo Ci-

Digitized by Google

quam putavit?[9] Itaque, credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando;[a] at ominibus[10] saltem bonis,[s] ut consules, non tristissimis, ut hostes aut proditores, prosequebantur.

XIV. Tunc etiam, immanissimum ac fœdissimum[1] monstrum! ausus es meum discessum illum, testem sceleris et crudelitatis tuæ, maledicti et contumeliæ loco ponere? Quo quidem tempore cepi, patres conscripti, fructum immortalem vestri in me et amoris et judicii;[b] qui non admurmuratione,[2 t] sed voce et clamore, abjecti hominis et semivivi furorem petulantiamque fregistis. 32. Tu luctum senatus,[u] tu desiderium equestris ordinis,[x] tu squalorem Italiæ, tu curiæ taciturnitatem[y] annuam, tu silentium perpetuum judiciorum ac fori, tu cetera illa[z] in maledicti[3] loco pones, quæ meus discessus reipublicæ vulnera inflixit? Qui si[4] calamitosissimus fuisset; tamen misericordia dignior quam contumelia, et cum gloria potius esse

[a] *Frequentando atque honestando.* [b] *Æstimationis.*

mores.—9 Ernesti conj. *putabat.*—10 Cod. χ *omnibus.* Deinde, *persequebantur* C H S.

Cap. xiv. 1 H *fetidissimum.*—2 Cod. χ *ad murmurationem.*—3 Lamb. *tu cetera illa maledicti.*—4 *Quasi* C H S χ. A verbis *tamen misericordia* incipit

NOTÆ

cerone adjuvarent.

[r] *Vel ereptas*] Ereptæ sunt senatui illæ provinciæ, quia non tam senatus auctoritate, ad quem pertinebat provincias dare, quam improbitate Clodii illis consulibus decretæ sunt.

[s] *Ominibus bonis*] Exeuntibus in provincias consulibus fausta omina cives et amici precabantur. At tantum abfuit, ut populus faustis precationibus quasi bonos consules, ut velut hostes et reip. proditores execrationibus eos prosequeretur.

[t] *Admurmuratione*] Id est, tacito murmure, quod inter audientes sic excitatur, ut inde quid approbent, quid improbent, liceat conjicere.

[u] *Luctum senatus*] Senatus vestem mutandam pro exilio Ciceronis censuit, ut fit in luctu.

[x] *Desiderium equestris ordinis*] Totus fere equester ordo cum Cicerone vestem mutavit.

[y] *Curiæ taciturnitatem*] Placuit senatui, nihil in repub. decernere, nulla de re agere, nisi Cicero ab exilio revocaretur.

[z] *Cetera illa, &c.*] Id est, cetera illa vulnera quæ meus discessus, &c. sunt enim illa omnia reipub. quidem vulnera, quæ discessus Ciceronis imposuit, sed agente, et feriente Pisone consule. Sic interpretatur Hotomannus.

Digitized by Google

conjunctus, quam cum probro, putaretur; atque ille dolor meus duntaxat, vestrum quidem scelus ac dedecus haberetur: cum vero [5] (forsitan hoc, quod dicturus sum, mirabile auditu esse videatur; sed certe id dicam, quod sentio) cum tantis a vobis, patres conscripti, beneficiis affectus sim, tantis honoribus; non modo illam calamitatem esse non duco; sed, si quid mihi potest a republica esse sejunctum, quod vix potest; privatim ad meum nomen augendum, optandam duco mihi fuisse illam expetendamque fortunam. 33. Atque, ut tuum lætissimum diem cum tristissimo meo conferam, utrum tandem bono viro et sapienti optabilius putas, sic exire a patria,[6] ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit; an, quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam et perpetuam esse vellent? Mihi, medius fidius,[a] in tanto omnium mortalium odio, justo præsertim et debito, quævis fuga[7] potius, quam ulla provincia esset optatior.

XV. Sed perge porro: nam si illud meum turbulentissimum tempus profectionis [1] tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua, quæ in te dedecoris plena fuerunt, in me dignitatis? 34. Me Kalendis Jan.[b] qui dies post obitum occasumque nostrum [2] reipublicæ primus illuxit, frequentis-

Fragm. cod. Vaticani.—5 Ita Erf. Pall. Vat. Ald. Grut. seqq. *tum vero* C H S χ, edd. ante Lamb. etiam Faërn. *tibi vero* Lamb. 1566. Paulo post, *tantisque honoribus* Vat. et Orell. Dein, *esse non dico* Vat. et H. *privatum ad meum n. a. optandum* χ. *dico* H.—6 Codd. Faërni, Vat. Lamb. Orell. *exire e patria.* Actutum, *ut omnes ei sui* Lamb. in marg. ed. 1584. Tum, *proficiscenti in provinciam* cod. Faërni, Vat. in marg. et Lamb. *male precarentur* desunt in H.—7 Erf. Franc. Pith. Vat. C H S χ *ejus fuga;* Junt. *ejusmodi fuga.* Vat. Taurin. cod. Faërni, et Lamb. omittunt *potius*, probante Peyron. *potior* Erf. Franc.

CAP. XV. 1 Taurin. omittit *profectionis.* Actutum, *tuo tranquillimo* C.—2 Taurin. *vestrum*, probante Peyron. Paulo post, *ac fortissimo* Vat. Taurin. Faërn. *populo Romano* desunt in codd. Faërni, Vat. Taurin. at in edd. Faërn. Lamb. Orell. probante Garat. *populi Romani* legit Gulielm. ex uno cod. et

NOTÆ

[a] *Medius fidius*] Vide Orat. pro Milone § 77. ubi de ea voce plura.

[b] *Kalendis Jan.*] P. Lentulus, simul ac de solenni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quam de Cicerone agendum judicavit.

Digitized by Google

simus senatus,[c] concursu Italiæ, referente clarissimo atque fortissimo viro, P. Lentulo, consentiente populo Romano, atque una voce revocavit: me idem senatus exteris nationibus,[d] me legatis magistratibusque nostris auctoritate sua, consularibus literis, non, ut tu Insuber[3] dicere ausus es, orbatum patria, sed ut senatus illo ipso tempore appellavit, civem conservatorem reipublicæ, commendavit: ad meam unius salutem, senatus auxilium omnium civium cuncta ex Italia, qui rempublicam salvam esse vellent, consulis voce et literis implorandum putavit: [*p.* 87.] mei capitis servandi[4] causa Romam uno tempore, quasi signo dato,[e] Italia tota convenit:[f] de mea salute, P. Lentuli, præstantissimi viri atque optimi consulis, Cn. Pompeii, clarissimi atque invictissimi civis, ceterorumque principum, celeberrimæ[5] et gratissimæ conciones fuerunt. De me senatus ita decrevit, Cn. Pompeio auctore, et ejus sententiæ principe,[6][g] ut, si quis impedisset reditum meum, in hostium

sic edidit Lall.—3 Ita conj. Turneb. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. et seqq. *insuper* habent C H S, Taurin. Erf. Faërn. alii codd. et edd. ante Junt. *semper* Vat. *nuper* Junt. Lamb. 1566. Mox, *civem servatorem* Taurin. Vat. Lamb. 1566. *civem servatoremque* cod. Faërni. Deinde, *unius hominis salutem* Vat. Taurin. Faërn. Lamb. *civium* omittunt Vat. Faërn. Lamb.—4 Taurin. *conservandi.*—5 Ita Ald. Hervag. Grut. Græv. Schutz. *civitatis celeberrimæ* Taurin. Vat. Erf. C H S χ, alii codd. Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. Faërn. Lamb. Orell. *et gravissimæ* Venet. 1480. Junt. Mannt. Steph. contra codd.—6 Cod. χ omittit *principe.* Pro *putaretur* C habet *poneretur;* Vat. et Lamb. *reputaretur.* Actutum, *hisque verbis* Taurin. Junt. *eisque verbis* cod. Faërni. Pro *ea de me* codd. Faërni, Vat. et Lamb. exhibent *eadem.* Deinde *restitutioque*

NOTÆ

[c] *Frequentissimus senatus*] Affuerunt in Capitolio quadringenti et decem senatores, qui Ciceronem revocandum censuerunt.

[d] *Exteris nationibus*] Plutarchus in Cicerone refert scripsisse senatum ut exteræ civitates laudarentur, quæ Ciceronem exceperant.

[e] *Quasi signo dato*] Respicere videtur ad populi Romani morem, qui in maximis reipub. motibus vexilla e Capitolio proferebat, quorum altero purpureo pedites, altero cœruleo equites ex agris, locisque finitimis convocabantur.

[f] *Italia tota convenit*] Decrevit senatus, ut iis, qui ex tota Italia salutis M. Tullii causa convenerant, gratiæ agerentur.

[g] *Sententiæ principe*] Princeps sententiæ dicitur, qui primus eam aperuit, quam pars maxima reliquorum sequitur. Censuit vero Pompeius Ciceronem tum senatus, tum populi auctoritate revocandum esse.

Digitized by Google

numero putaretur: iisque verbis ea de me senatus auctoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius, quam mihi salus restitutioque perscripta.[c] 35. De me, cum omnes magistratus promulgassent,[h] præter unum prætorem,[i] a quo non fuit postulandum,[d] fratrem inimici mei, præterque duos[7] [k] de lapide emtos[l] tribunos plebis, legem comitiis centuriatis[m] tulit P. Lentulus consul de collegæ Q. Metelli[n] sententia; quem mecum eadem respublica, quæ in tribunatu ejus disjunxerat, in consulatu, virtute optimi[o] ac justissimi viri, sapientiaque, conjunxit. 36. Quæ lex[p] quemadmodum accepta sit,[8] quid me attinet dicere?[q] ex vobis audio, nemini civi ullam, quo minus adesset, satis justam excusationem esse visam: nullis comitiis unquam,[r] neque[9] multitudinem hominum tantam, neque splendidi-

[c] *Decreta.* [d] *Nihil fuit sperandum.*

præscripta χ.—7 Schutz. *præterque duo;* χ *præterquam duos.* Mox, *tribunus* H. *plebis* omittunt Ascon. Arusian. Taurin. C H S χ, Rom. Venet. 1483.—8 Taurin. *recepta, omisso sit.* Mox, *satis* omittunt Manut. Steph.—9 Ita Vat. cod. Faërn. Lamb. Schutz. Orell. *nec* C H S χ, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. *neque* omittunt Ald. Hervag. Grut. Græv. Oliv. *neque splendorem* codd.

NOTÆ

[h] *Omnes magistratus promulgassent*] Promulgare aliud nihil est, quam legem per trinundinum publice legendam populo proponere: tantum autem ad prætores et tribunos legem promulgare pertinuit.

[i] *Unum prætorem*] Appium Clodium, fratrem Pub. Clodii.

[k] *Præterque duos*] Sextum Attilium Serranum, et Num. Quintium.

[l] *De lapide emtos*] Id est, corruptos pecunia; alludit autem ad illos præcones, qui in lapide stantes, auctiones proclamabant; vel ad illos servos venalitios, qui in illo lapide insidebant.

[m] *Comitiis centuriatis*] Comitia centuriata dicebantur, in quibus populus, in centum turmas divisus, suffragium ferebat.

[n] *Q. Metelli*] Metellus ille, affinis Clodio, cum tribunus esset, legem tulit de revocando in Italiam Pompeio cum exercitu, sed huic obstitit Cicero consul. Inde exortæ inimicitiæ.

[o] *Virtute optimi*] Publius Servilius Metellum cum Cicerone adhuc exulante reconciliavit.

[p] *Quæ lex*] Lex de suo reditu, quam tulit P. Lentulus. De ea fuse dictum est in Orat. pro Sextio.

[q] *Quid me attinet dicere*] Certius de iis, quæ pro eo revocando facta sunt, dici ab aliis, quam ab eo potest, cum absens exularet.

[r] *Nullis comitiis unquam*] Ex oratione Pro Domo sua constat 'nullis unquam comitiis Campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum, floruisse.'

Digitized by Google

orem fuisse: hoc certe video, quod indicant tabulæ publicæ,[s] vos rogatores,[t] vos diribitores,[10 u] vos custodes[x] fuisse tabularum: et, quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excusatione, vel honoris, id in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte fecistis.

XVI. 37. Confer nunc,[1 a] Epicure noster, ex hara producte,[b] non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam cum mea. Obtinuisti provinciam[c] consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos[2] lex generi tui[d] pepigerat: nam, lege Cæsaris justissima atque optima, populi liberi[e] plane et vere erant liberi: lege autem ea,[f] quam nemo legem, præter te et collegam tuum, putavit, omnis erat tibi Achaia, Thessalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta: habebas exercitum tantum, quantum tibi non se-

Faërni, H S, Rom. Venet. 1483. Lamb. probante Garat.—10 Ita Vat. Naug. Manut. Steph. Faërn. Lamb. Lall. Schutz. Orell. *distributores* ceteri. Deinde, *tabellarum* Lall. e codd. et Orell.

CAP. XVI. 1 *Confer te nunc* Vat. *ex ara* H.—2 Cod. χ *quod l. c. t. non quod.* Paulo post, *erant* deest in Vat. et Lamb. *plane et vere erant liberi* de-

NOTÆ

[s] *Tabulæ publicæ*] Referebantur in tabulas quæcumque gesta essent in comitiis; eæque, tanquam publicæ fidei instrumenta, asservabantur.

[t] *Vos rogatores*] Rogatores appellat, qui Ciceronis reditum populum rogaverunt.

[u] *Diribitores*] Diribitores dicuntur, qui tabulas distribuunt. Vide Orat. post Red. in Senat. § 27.

[x] *Custodes*] Custodes seu observatores illi sunt, qui actiones notant, animadvertunt, quasique speculantur, ne quid fraudis admittatur in suffragiorum distributione.

[a] *Confer nunc*] Nunc suum exilium cum Pisonis absentia confert.

[b] *Ex hara producte*] 'Ex hara productum' proverbiali figura dicitur, Erasmo teste, si quid indoctum notetur. 'Hara' porro stabulum porcorum est.

[c] *Provinciam*] Consularis provincia dicebatur, quæ consulibus decernebatur, qualis tum fuit Macedonia.

[d] *Generi tui*] Pisonis Cæsar gener fuit; nam filiam ejus Calpurniam uxorem acceperat.

[e] *Populi liberi*] Tulit C. Julius Cæsar consul cum Bibulo anno urbis conditæ 693. ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia, liberæ essent, neque magistratibus populi Romani jus dicere liceret.

[f] *Lege autem ea*] Tulit legem Clodius tribunus plebis, ut Gabinio Syria, Babylon, Persæ; Pisoni Macedonia, Achaia, Thessalia, Græcia, omnisque Bœotia proconsulari imperio mandaretur; iisque cum exercitu in eas provincias ituris pecunia ex ærario attribueretur.

Digitized by Google

natus aut populus Romanus dederat, sed quantum tua libido conscripserat: ærarium exhauseras. 38. Quas res gessisti in imperio,[3] [g] exercitu, provincia consulari? quas res gesserit, quæro: qui, ut venit, statim ... (nondum commemoro rapinas, nondum exactas pecunias, non captas, non imperatas, non neces sociorum,[h] non cædem hospitum,[i] non perfidiam, non immanitatem, non scelera prædico: mox, si videbitur, ut cum fure, ut cum sacrilego, ut cum sicario, disputabo; nunc meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris[k].) Quis unquam provinciam cum exercitu obtinuit, qui nullas ad senatum literas miserit? tantam vero provinciam cum tanto exercitu, Macedoniam præsertim, quæ tantis barbarorum[4] gentibus attingitur,[l] ut semper Macedonicis imperatoribus iidem fines provinciæ fuerint, qui gladiorum[m] atque pilorum:[n] ex qua

sunt in χ. Idem cod. *Thessalia.*—3 Codd. Faërni, Vat. Lamb. *gessisti imperio.* Verba, *gessisti in i. e. p. consulari*, desunt in χ. Verba, *qui ut venit statim*, uncis inclusit Schutz. Post hæc multa de Pisonis facinoribus desiderari demonstratum ivit Lagomarsinius. Mox, *non exactas* Vat. Faërn. Lamb. *captas* omittit χ. *non cædes* Vat. Deinde, *ut cum sacrilego, cum sicario* C H S. *despoliatam* χ. *conferam* deest in H.—4 C *barbareorum.* Codd. Faërni, Vat. item Lamb. 1566. habent *quam tantæ barbarorum gentes attingunt.* Actutum, *ut s. Macedonibus* H S χ, et plerique ante Faërn. et Lamb. qui *Macedonicis* dederunt e Vat. et Venet. 1480. Tum, *qui gladiatorum* C H S. Pro *consu-*

NOTÆ

[g] *Imperio*] Imperium jus fuit habendi exercitum, gerendi bellum, et totam rem bellicam administrandi, ut testatur Sigonius de Antiquo Jure Provinc. II. 6.

[h] *Non neces sociorum*] Rabocentum, principem Bessicæ gentis, trecentis talentis Piso, regi Cotto cum aliis legatis venditum, securi percussit. De hoc inferius.

[i] *Cædem hospitum*] Platorem suum hospitem apertis venis mori imperavit.

[k] *Imperatoris*] Pisonem ironice imperatorem nominat.

[l] *Barbarorum gentibus attingitur*] Macedoniam a Septemtrione Thraces finitimam habent, qui teste Herodoto post Indos numerosissimi sunt populi, et Thucydide, longe cædibus omnium deditissimæ.

[m] *Qui gladiorum*] Vult indicare, quod Macedonia, ab eo tempore, quo in eam Romani imperatores missi sunt, non aliis limitibus, quam eorum armis circumscripta fuit.

[n] *Pilorum*] Pilum genus quoddam armorum fuit quod ut hastile, ad medium usque quadratum erat, et quod ferro quadrato præfigebatur. Vide Lips. de Milit. Rom.

Digitized by Google

aliquot prætorio imperio, consulari quidem nemo rediit,[4] qui incolumis[a] fuerit, qui non triumpharit.[5] Est hoc novum: multo illud magis: appellatus est hic vulturius[o] illius provinciæ (si Diis placet[p]) imperator. XVII. 39. Ne tum[1] quidem, Paule noster,[q] tabulas Romam cum laurea mittere audebas? Misi, inquit. Quis unquam[2] recitavit? quis, ut recitarentur, postulavit? nihil enim mea refert, utrum tu, conscientia oppressus scelerum tuorum, nihil unquam ausus sis scribere ad eum ordinem,[r] quem despexeras, quem afflixeras, quem deleveras, an amici tui tabulas abdiderint,[s] [*p.* 88.] iidemque silentio suo temeritatem atque audaciam tuam condemnarint. Atque haud scio, an malim[t] te videri nullo pudore[3] fuisse in literis mittendis, amicos tuos plus habuisse et pudoris et consilii, quam aut

[a] *Indemnatus.*

lari, quod servant codd. Faërni, Vat. Lamb. seqq. *consularis* habent C H S χ, Venet. 1480. al. vett. *redit* C H S χ.—5 Codd. Faërni, Venet. Lamb. 1566. Lall. Orell. *quin triumpharit*.

CAP. XVII. 1 *Ne tu* C H S χ. *tabellas cum laurea Romam* Ascon. Lamb. in marg. 1584. Lall. e codd. probante Garat. Pro *Misi* C H χ habent *mihi*.—2 *Quis inquam* χ. *nihil enim jam mea refert* C S χ, Venett. 1480. 1483. Lamb. *nihil enim non mea refert* H. *nihil enim mea jam refert* codd. Faërni, Vat. Orell. *utrum tua* C H S χ. Paulo post, *quem desperasses* χ. *tui tabellas* Vat. Faërn. Lamb. Lall. Orell. *abdiderunt* C H S χ. *condemnarunt* H.—3 Cod. χ *ullo pudore*. Mox, *an amicos tuos* Vat. edd. ante Lamb. item Faërn. Grut. Græv. Orell. *et amicos tuos* conj. Lamb. *an* de Grævii conjectura delerunt Ernesti

NOTÆ

[o] *Vulturius*] Vulturium Cicero Pisonem invidioso vocabulo nominat, quasi rapacem, et illius provinciæ direptorem, sumta a vulture metaphora, ave rapacissima.

[p] *Si Diis placet*] Ironia.

[q] *Paule noster*] L. Paulus de Macedonia triumphavit iterum consul anno urbis conditæ 585. qui literas laureatas, seu lauro involutas, miserat ad senatum.

[r] *Ad eum ordinem*] Ad senatum.

[s] *Tabulas abdiderint*] Mittebantur ad amicos literæ, quas tum vel abdebant, si ita visum esset, aut perferebant ad senatum, ubi legebantur.

[t] *Atque haud scio, an malim*] Sic hujus orationis sensus dilemmate explicatur: Literæ tuæ vel sunt missæ, vel non missæ; si missæ sunt, multos eas damnavisse oportuit; si non sunt missæ, in causa fuit scelerum tuorum conscientia. Ejusdem igitur sceleris est, aut impudentem te in literis mittendis fuisse, aut pudentem in supprimendis.

Digitized by Google

te videri pudentiorem fuisse quam soles, aut tuum factum non esse condemnatum judicio amicorum. 40. Quodsi non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis in perpetuum tibi curiam præclusisses;[b] quid tandem erat actum aut gestum in illa provincia,[4] de quo ad senatum cum gratulatione aliqua scribi abs te oporteret? vexatio Macedoniæ? an oppidorum turpis amissio? an sociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio Thessalonicæ?[u] an obsessio militaris viæ? an exercitus nostri interitus, ferro,[5] fame, frigore, pestilentia? Tu vero, qui ad senatum nihil scripseris, ut in urbe nequior inventus es, quam Gabinius, sic in provincia paulo tamen, quam ille, demissior. 41. Nam ille gurges atque helluo, natus abdomini suo,[6] [x] non laudi atque gloriæ, cum equites Romanos in provincia, cum publicanos,[y] nobiscum et voluntate et dignitate conjunctos,[z] omnes fortunis, multos fama vitaque privasset; cum egisset aliud nihil in illo exercitu,[7] nisi ut urbes depopularetur, agros vastaret, exhauriret domos, ausus est (quid enim ille non auderet?) a senatu supplicationem[a] per literas postulare. XVIII. O Dii immortales! tune etiam,[1] atque adeo vos, geminæ voragines scopulique reipublicæ, vos meam fortunam deprimitis? vestram extollitis? cum de me ea

[b] *Alienasses a te senatum.*

et Schutz. *plus habuisse puderis* Vat. *prudentiorem* H χ.—4 Vat. Faërn. Lamb. in marg. 1584. *in illa provincia;* unde *in illa tua provincia* conj. Orell. Mox, *Macedonum* C.—5 Idem cod. *in te* [lacuna] *ferro.*—6 Idem cod. *natus* [lacuna] *suo.* Voc. *abdomini* deest etiam in χ. *laudi et gloriæ* Faërn. *et dignitate* desunt in χ.—7 Vat. Faërn. Lamb. Orell. *nihil illo exercitu*, probante Garat. Iidem mox, *non audeat.*

NOTÆ

[u] *Thessalonicæ*] Vide Orat. de Provinciis Consul. § 4.

[x] *Natus abdomini suo*] Nati abdomini dicuntur, qui voluptatibus irretiti sese in omnem libidinem effundunt.

[y] *Publicanos*] De iis sæpius dictum in orat.

[z] *Nobiscum et voluntate et dignitate conjunctos*] Cicero consul publicanos, qui omnes ex equitibus assumebantur, cum senatoribus dissentientes conciliavit.

[a] *Supplicationem*] Id est, preces publicas, quæ in ejus gratiam Diis immortalibus fierent, quasi rem bene gessisset.

Digitized by Google

senatusconsulta absente facta sint,[a] eæ conciones habitæ; is motus fuerit municipiorum[b] et coloniarum omnium, ea decreta publicanorum, ea collegiorum, ea denique generum ordinumque omnium, quæ ego non modo[3] optare nunquam auderem, sed cogitare non possem: vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis. 42. An ego, si te et Gabinium cruci suffixos[4] viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quam afficior ex famæ? Nullum est[5] supplicium putandum, quo affici casu aliquo etiam boni viri fortesque possunt. Atque hoc quidem etiam isti tui dicunt voluptarii Græci:[c] quos utinam ita audires, ut erant audiendi! nunquam te in tot flagitia ingurgitasses. Verum audis in præsepibus;[d] audis in stupris; audis in cibo et vino. Sed dicunt isti[6] ipsi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, sapientem, etiamsi in Phalaridis tauro[e] inclusus, succensis ignibus torreatur, dicturum tamen, suave illud esse, seque[7] ne tantulum quidem commoveri: tantam virtutis esse vim voluerunt, ut non posset unquam esse vir bonus non beatus. 43. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? Id mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti; suscepta

Cap. xviii. 1 Pith. C H S *tunc etiam.*—2 C H S χ *facta sunt.* C H *hæ conc.*—3 Codd. Faërni, Vat. et Lamb. in marg. ed. 1584. *quæ non modo ego.* Mox, *fœdissimas t. notas* χ.—4 H S *fixos.* Pro *ex famæ,* quod habent codd. Faërni, Vat. alii codd. Lamb. Græv. Schutz. Orell. *ex infamia* legitur in ceteris.—5 *Nullum esse* C H S χ. *viri* deest in iisdem codd. *fortesque possent* C.—6 Ald. et al. ante Lamb. omittunt *isti.*—7 Ita Vat. Faërn. Lamb. seqq. *seseque* edd. vett. Pro *ne* χ habet *ut.* Mox, *vim*

NOTÆ

[b] *Municipiorum*] Municipia ea hominum genera dicuntur, qui cum Romam venissent neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Rom. præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo.

[c] *Voluptarii Græci*] Intelligit philosophos illos, aut certe Epicureos, qui summum bonum in voluptate ponebant.

[d] *In præsepibus*] Per præsepia hic intelligit lupanaria et popinas, ubi porcorum instar voluptuosi homines obscœnis se vitiis immergunt.

[e] *Phalaridis tauro*] Phalaris, Agrigentinorum tyrannus, in tauro aëneo, quem ei Perillus quidam ædificaverat, novo supplicii genere sontes concremabat.

Digitized by Google

fraus,[f] impedita et oppressa mens conscientia,[8] bonorum omnium odium, nota justi[g] senatus, amissio dignitatis. XIX. Nec mihi ille M. Regulus,[h] quem Carthaginienses, resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necaverunt, supplicio videtur affectus; nec C. Marius,[i] quem Italia servata ab illo, demersum[k] in Minturnensium[1] paludibus, Africa[l] devicta ab eodem, expulsum et naufragum vidit: fortunæ enim ista tela sunt, non culpæ; supplicium autem est pœna peccati: neque vero ego, si unquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, (in quo Dii immortales meas preces audiverunt) morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyestea[m] ista execratio est,[2] poëtæ,[n] vulgi animos, non sapientum, moventis:

'Ut tu naufragio expulsus, uspiam saxis fixus asperis,
Evisceratus latere penderes (ut ait ille) saxa spargens tabo,
Sanie, sanguine atro.' . . .

esse . . . esse unquam codd. Faërni, Vat. et ed. Orell.—8 Codd. Faërni, Vat. et Lamb. omittunt *conscientia*, et mox *omnium*. Deinde, *nota justa senatus* Vat. Schutz. Orell. probante Garat. *non jussu senatus* Erf. Pith. *nota inusta a senatu* conj. Faërn. satis ingeniose, inquit Lamb. *amissitudo dignitatis* C.

CAP. XIX. 1 *Mintunensium* C. Mox, *et naufragium vidit* χ.—2 Codd. Faërni, et Vat. *est ista execratio*. Iidem codd. cum Venett. 1480. 1483. Junt.

NOTÆ

[f] *Suscepta fraus*] Suscipere fraudem, et scelus animo concipere, quod dignum pœna sit.

[g] *Nota justi* [*nota inusta*] Inusta nota dicitur, quæ infamiam notat.

[h] *M. Regulus*] M. Regulus captus a Pœnis, legatus de permutandis captivis Romam missus, data fide, ut si non impetrasset, rediret; permutationem illam in senatu dissuasit, et invitis liberis et uxore, reversus, a Carthaginiensibus in muscipulam aculeis undequaque munitam conjectus est. Vide Cic. Paradoxa.

[i] *C. Marius*] Septies consul fuit Marius: magnis motibus sæpe rempublicam liberavit; ac demum, ut Sullæ victoris sævitiam evitaret, mortem sibi properavit.

[k] *Demersum*] Cum Sullam Marius fugeret, delituit in Minturnensium paludibus, ut mortem evitaret.

[l] *Africa*] Cum trajecisset in Africam Marius, pauperem vitam in tugurio ruinarum Carthaginiensium toleravit.

[m] *Thyestea*] Thyestes Pelopis filius fuit.

[n] *Poëtæ*] Ennius hæc carmina conscripsit.

Digitized by Google

44. Non ferrem omnino moleste, si ita accidisset: sed id tamen esset humanum.[e] [*p.* 89.] M. Marcellus,[o] qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloriæ laude vivit:[3] in fortuna quadam est illa mors, non in pœna, putanda. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? quæ saxa?[p] quæ cruces?[q] Ecce, duo duces[4][r] in provinciis populi Romani habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum sic fuisse infirmatum conscientia scelerum et fraudum suarum, ut ex ea provincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triumphalis, nullas sit ad senatum literas mittere ausus. Ex qua provincia modo vir omni dignitate ornatissimus, L. Torquatus, magnis rebus gestis, me referente,[s] ab senatu[5] imperator est appellatus; unde his paucis annis Cn. Dolabellæ,[t] C. Curionis,[u] M. Luculli[x] justissimos triumphos[y] vidimus; ex ea, te imperatore, nuntius ad senatum

[e] *Posset accidere omnibus hominibus.*

sapientium.—3 Faërn. et Lamb. e Vat. *in gloria et laude;* Ascon. Hervag. Manut. Steph. Orell. *gloria et laude,* probante Garat. *quædam est* C H S χ. *non pœna* in iisdem, Rom. Venet. 1483. *importuna quædam est illa mors non pœna* conj. Manut.—4 *Ecce duos duces* C H S χ. *Esse duos duces* codd. Faërni, Vat. Lamb. *Esse duo duces* Orell. Paulo post, *sic fuisse infrænatum* Vat. et Orell. *ex* ante *omnibus* omittit Vat. Deinde, *nullam sit ad s. literam* Vat. Faërn. Lamb. Orell.—5 Ita de Manutii conj. Ernesti, Schutz. et Orell. *me*

NOTÆ

[o] *M. Marcellus*] Marcellus ille nepos ejus fuit, qui bello Punico secundo Syracusas vicit, et quinque consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus naufragio ad ipsam Africam periit, paulo ante cœptum bellum Punicum tertium.

[p] *Quæ saxa*] Homines liberi, qui aliquo insigni crimine rei habebantur, e saxo Tarpeio dejiciebantur.

[q] *Quæ cruces*] Servi rei in crucem agebantur.

[r] *Duo duces*] Gabinium et Pisonem.

[s] *Me referente*] Cum consul erat Cicero, retulit ad senatum, ut imperatoris nomine Torquatus ille ornaretur, quo jam fuerat ab exercitu decoratus.

[t] *Cn. Dolabellæ*] Cn. Dolabella dicitur a Gellio Asiæ proconsul fuisse.

[u] *C. Curionis*] C. Curio filius fuit Curionis tribuni pleb. Is semper Cæsaris partes secutus est, vir luxu et audacia singulari.

[x] *M. Luculli*] M. Lucullus de Macedonia triumphavit.

[y] *Justissimos triumphos*] Ut justus triumphus haberetur, requisitum fuit,

Digitized by Google

allatus est nullus. Ab altero[a] allatæ literæ, recitatæ; relatum ad senatum. 45. Dii immortales! idne ego optarem,[6] ut inimicus meus, ea, qua nemo unquam, ignominia notaretur? ut senatus is, qui in eam jam benignitatis consuetudinem venit, ut eos, qui bene rempublicam gesserint, novis honoribus afficiat, et numero dierum,[a] et genere verborum; hujus unius[b] literis nuntiantibus non crederet? postulantibus denegaret? XX. His ego rebus pascor, his delector, his perfruor: quod de vobis hic ordo opinatur non secus, ac de teterrimis[1] hostibus; quod vos equites Romani, quod ceteri ordines, quod cuncta civitas odit; quod nemo bonus, nemo denique civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa[2] consulatus vestri perhorrescat. 46. Hæc ego semper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus sum. Plura etiam acciderunt, quam vellem: nam, ut amitteretis exercitum, nunquam, mehercule,[3] optavi: illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate; mihi enim non venerat in mentem, furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis. Atqui fuit optandum: me tamen fugerat, Deorum immortalium has esse in impios et consceleratos pœnas certissimas constitutas.[4] Nolite enim putare,[5] patres con-

referente, absens codd. et ceteræ edd.—6 Garat. conj. *idne ego optaram?* Ernesti auspic. *quidni ego optarem?* refutavit Schutz. Paulo post, *jam* omittunt Vat. Faërn. Lamb. *remp. gesserunt* χ. *non crederent* C.

Cap. xx. 1 H χ *de deterrimis;* Erf. *de acerrimis.*—2 Erf. *recordationem denique ipsam.*—3 Vat. Faërn. Lamb. *hercule.* Mox, *mihi enim nunquam* Vat. Faërn. Orell. *non* omittunt C H S χ. Actutum, *veniret* Vat. Erf. Pith. Faërn. Lamb. Orell.—4 Vat. et Faërn. omittunt *constitutas*, non improbante Garat. si legatur, *has in . . . esse certissimas.*—5 Vat. *ita putare.* Mox, *homines* deest

NOTÆ

ut 1. rem suis auspiciis in provincia gessissent; 2. ut auctum esset imperium, non recuperatum; 3. ut saltem quinque hostium millia fusa essent; 4. ut de hostibus, non de civibus, esset relata victoria.

[a] *Ab altero*] Gabinio.

[a] *Et numero dierum*] Indictæ sunt primo supplicationes ad Deorum pulvinaria per unum diem; deinde per duos; postremo per tres, quatuor, quinque, et plures etiam, quin et per quinquaginta.

[b] *Hujus unius*] Gabinii.

Digitized by Google

scripti, ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu Deorum terreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus,[6] suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat: hæ sunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces. 47. Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste[c] aut Athamante[d] dementiorem putem, qui sis ausus primum facere[e] (nam id est caput[d]), deinde paulo ante, Torquato, gravissimo et sanctissimo viro, premente,[e] confiteri, te provinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportasses, sine ullo milite[7] reliquisse? Mitto de amissa maxima parte exercitus: sit hoc infelicitatis tuæ. Dimittendi vero exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti? quam legem? quod senatusconsultum? quod jus? quod exemplum? Quid est aliud furere, nisi non[8] cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, non civitatem? Cruentare[f] corpus suum?[9] major hæc est vitæ, famæ, salutis suæ vulneratio. 48. Si familiam[10] tuam dimisisses,[g] quod ad neminem, nisi ad ipsum te, pertineret,

[d] *Præcipuum.* [e] *Urgente.*

in χ. Pro *Furiarum* Vat. habet *furialibus.*—6 *Sua quæque fraus* C H S χ. Pro *deturbat* χ exhibet *perturbat.*—7 C *sine uno milite.*—8 Taurin. Vat. Pall. Gruteri, Venet. 1480. Faërn. Grut. Græv. Orell. *furere, non,* omisso *nisi,* quod exhibent C H S χ, et pleræque edd. ante Lamb.—9 Vat. Faërn. Lamb. Orell. *corpus suum leve est,* deleta interrogationis nota. Pro *major* C habet *micior.* —10 *Quam si familiam* C H S. *Quæ si fam.* χ. *pertinet* in eodem cod. *tui* omittunt Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Orell. probante Garat. Mox, *præsidium tu reipublicæ, c. p. injussu populi Romani* Orell. e codd. Vat. et Taurin.

NOTÆ

[c] *Oreste*] Orestes Agamemnonis et Clytemnæstræ filius fuit. Is matrem interfecit, et in pœnam sceleris furiis agitatus est.

[d] *Athamante*] Athamas rex Thebanorum fuit, qui duos filios ex Nephele uxore suscepit, quos accusationibus novercæ oppressos abire compulit. Hinc irata Juno Furias in Athamantem immisit.

[e] *Primum facere*] Primo Piso dimisit exercitum, et sine ullo milite provinciam suam Macedoniam reliquit.

[f] *Cruentare*] Ostendit quod cruentare corpus suum furiosi quidem hominis sit, sed furiosi magis in suam famam, quam in corpus sævire.

[g] *Familiam dimisisses*] Intelligit servos, et argumento a minori uti-

Digitized by Google

amici te tui constringendum[h] putarent: præsidium tu populi Romani, custodiam provinciæ, injussu populi senatusque, dimisisses, si tuæ mentis compos fuisses? XXI. [p. 90.] Ecce tibi alter,[1] effusa jam maxima præda, quam ex fortunis publicanorum,[k] ex agris[1] urbibusque sociorum exhauserat, cum partim ejus prædæ[l] profundæ libidines devorassent, partim nova quædam et inaudita luxuries, partim etiam in illis locis, ubi omnia diripuit, emtiones, partim permutationes ad hunc Tusculanum montem[m] exstruendum; cum jam egeret, cum illa ejus immensa et intolerabilis[2] ædificatio constitisset; se ipsum, fasces suos, exercitum populi Romani, numen interdictumque[f] Deorum[n] immortalium, responsa sacerdotum,[o] auctoritatem senatus, jussa populi,[3] nomen ac dignitatem imperii, regi Ægyptio[p] vendidit. 49. Cum fines provinciæ tantos ha-

[f] *Prohibitionem.*

CAP. XXI. 1 Taurin. et Orell. *quam ex agris.* Mox, *partem ejus prædam* C S χ. *partem ejus prædæ* codd. Faërni. Tum, *omnes diripuit* Erf. *partim permutationes* omittit Taurin. Deinde, *Tusc. in monte montem* cod. Mannt. et sic Schutz. de conj. Pith. *Tusculani in montem montem* Erf. unde *Tusculani in monte montem* Orell. *Tusculani* [lacuna] *montem* Vat. *Tusculani montem*, sine lacuna Taurin. Faërn. Lamb. Denique, *cum jam egeret* accesserunt e Vat. Taurin. in Lamb. et seqq. desunt in C H S, et edd. antiq.—2 Vat. Taurin. Faërn. Lamb. Orell. *intermissa intolerabilis;* Venet. 1480. *immissa intolerabilis;* H et Junt.

NOTÆ

tur; nam si furor est servos suos, longe major est totum exercitum dimittere.

[h] *Constringendum*] Ait quod Pisonis bonis a prætore interdicendum esset, et illi constituendus curator ex amicorum sententia.

[i] *Ecce tibi alter*] Jam aggreditur Gabinium, qui alio furoris genere correptus videtur, pecuniis profundendis ad suas libidines satiandas.

[k] *Fortunis publicanorum*] Vide Orat. de Provinc. Consul. § 10. et 11.

[l] *Partim ejus prædæ*] Significat eas pecunias partim in libidinibus consumsisse, &c. sæpe autem *partim* cum genitivo ponitur.

[m] *Ad hunc Tusculanum montem*] Gabinius exstruxit villam tam excelsam in Tusculano agro, ut monti potius alteri, quam villæ similis videretur.

[n] *Numen, interdictumque Deorum*] In Sibyllinis oraculis scriptum erat, ne unquam ad regem Ægypti exercitus subsidii causa mitteretur. Luc. lib. VIII.

[o] *Responsa sacerdotum*] Illos sacerdotes, seu haruspices intelligere hic videtur Cicero, qui ea de re juxta oraculi responsum consulti sunt.

[p] *Regi Ægyptio*] Ptolemæus, pulsus a suis, Romam, contra suos auxilium a senatu populoque Romano petiturus, venerat; quod cum non

Digitized by Google

beret, quantos voluerat, quantos optaverat,[4] quantos mei capitis pretio periculoque emerat; his se tenere non potuit: exercitum eduxit ex Syria. Qui licuit extra provinciam?[q] Tribuit se[5] mercenarium[r] comitem regi Alexandrino. Quid hoc turpius? In Ægyptum venit: signa contulit[g] cum Alexandrinis. Quando hoc bellum, aut hic ordo,[s] aut populus susceperat? Cepit Alexandriam. Quid aliud expectamus a furore ejus, nisi ut ad senatum tantis de rebus gestis literas mittat? 50. Hic si mentis esset suæ,[h] nisi pœnas patriæ Diisque immortalibus eas, quæ gravissimæ sunt, furore atque insania penderet; ausus esset (mitto, exire de provincia) educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum[t] injussu populi aut senatus[6] accedere? quæ cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia majestatis,[u] Julia de pecuniis[x] repetundis, planissime vetant. Sed hæc omitto. Ille, si non acerrime fureret, auderet,[7] quam provinciam P. Lentulus,[i] [y] amicis-

[g] *Dimicavit.* [h] *Compos mentis.*
[i] *Auderet sumere sibi provinciam quam Lentulus, &c.*

immensa intolerabilis.—3 Taurin. et Junt. *populi Romani.*—4 Orell. e cod. Taurin. *optarat.* Mox, *pretio mei capitis* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *pretio mei capitis* etiam Taurin. *iis se, &c.* Orell. e Taurin. *his* deest in Faërn. Deinde, *duxit e Syria* χ.—5 *Præbuisse* Vat. *Præbuit se* Taurin. Faërn. Lamb. Orell. *regi Alexandro* C S χ.—6 Taurin. *populi Romani aut senatus;* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *populi ac senatus.* Statim, *majestatis Cornelia* Taurin. *Juliæ* χ. *planissime vetat* Vat. Taurin.—7 Ita codd. et edd. fere omnes; *audiret* Grut.

NOTÆ

obtinuisset, Gabinium corrupit pecunia, a quo in regnum restitutus est.

[q] *Qui licuit extra provinciam*] Non fas erat proconsulibus esse extra suas provincias.

[r] *Mercenarium*] Ab eo rege Ptolemæo pecunia corruptus fuerat, ut ei opem contra Alexandrinos ferret.

[s] *Aut hic ordo*] Penes senatum fuit belli suscipiendi auctoritas.

[t] *In regnum*] In externum regnum, sine potestate senatus, ire non potuit.

[u] *Lex Cornelia majestatis*] Tulit legem Cornelius Sulla, ne qui cum imperio provincias obtinerent, populi senatusve injussu exercitum de provincia deportarent, bellumve sua sponte gererent.

[x] *Julia de pecuniis*] Caius Julius Cæsar tulit, ne cui, qui in provincia cum potestate imperiove esset, pecuniam capere, conciliare liceret; extra quam, si ad templum, monumentumque capiat.

[y] *Lentulus*] Lentulus Spinther in sortitione provinciam Ciliciam obti-

Digitized by Google

simus huic ordini, cum et auctoritate senatus, et sorte haberet, interposita religione, sine ulla dubitatione deposuisset,[z] eam sibi asciscere,[3] cum, etiamsi religio non impediret, mos majorum tamen, et exempla, et gravissimæ legum pœnæ vetarent?

XXII. 51. Sed,[1] quoniam fortunarum contentionem[a] facere cœpimus; de reditu Gabinii omittamus: quem etsi sibi ipse præcidit, ego tamen, os[b] ut videam hominis, expecto. Tuum, si placet, reditum cum meo conferamus. Ac meus[2] quidem is fuit, ut a Brundisio[a] usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem: neque enim regio fuit ulla, neque municipium,[b] neque præfectura,[c] aut colonia,[d] ex qua non publice ad me venerint gratulatum. Quid dicam adventus meos? quid effusiones hominum ex oppi-

[a] *Comparationem.* [b] *Impudentiam.*

—3 Ita Vat. Erf. Græv. Schutz. Orell. *sibi tum asciscere* reliqui, etiam Faërn. et Lamb.

Cap. XXII. 1 *Et* Vat. Faërn. Lamb. *de reditu Gabini* C S. *sibi ipsi præcidit* Grut. solus: *sibi ipse præcidit* C S χ.—2 Ita Vat. Faërn. Lamb. Orell. *At meus* Junt. aliæque edd. ante Lamb. *e Brundusio* Vat. Faërn. Lamb. *Italiæ viderit* iidem codd. *It. viderim* conj. Garat. Statim, *ulla fuit* Faërn. *nec*

NOTÆ

nuit, qua obtenta, a senatu jussus est reducere Ptolemæum in Ægyptum, quæ Ciliciæ erat proxima.

[z] *Sine ulla dubitatione deposuisset*] Cum Lentulus ille intellexit, vetari Sibyllinis oraculis, ne rex Ægyptius in regnum a Romanis restitueretur, hoc munus recusavit.

[a] *Brundisio*] Brundisium urbs est Calabriæ, ad mare Hadriaticum sita, via Appia eo usque perducta, et portu celebris, unde in Græciam olim Romani frequentissime trajiciebant.

[b] *Municipium*] Municipium id hominum genus dicitur, qui cum Romam venissent, neque cives Rom. essent; participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo.

[c] *Præfectura*] Præfecturæ oppida dicebantur, quorum incolæ cives Romani erant: hoc tamen a municipiis differebant, quod non suis legibus utebantur, nec ullos e suo corpore magistratus, ut coloni, creare poterant; sed a magistratibus, qui ab urbe quotannis mittebantur, Romanis legibus regebantur. Ii magistratus præfecti dicebantur, unde nomen præfecturæ.

[d] *Colonia*] Colonia oppidum fuit, quo populus Romanus cives suos ad incolendum deduxit.

Digitized by Google

dis? quid concursum[3] ex agris patrumfamilias cum conjugibus ac liberis? quid eos dies, qui, quasi Deorum immortalium festi atque solennes, sunt[4] adventu meo redituque celebrati? 52. Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii, cum senatum egressum[e] vidi, populumque Romanum[5] universum, cum mihi ipsa Roma, prope convulsa sedibus suis, ad complectendum conservatorem suum procedere visa est: quæ me ita accepit, ut non modo omnium generum, ætatum, ordinum omnes viri ac mulieres, omnis fortunæ ac loci, sed etiam mœnia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa lætari. Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules, patres conscripti collocaverunt;[6] mihique (quod ante me nemini)[f] pecunia publica ædificandam domum censuerunt.

53. Habes reditum meum. Confer nunc vicissim tuum, quandoquidem, amisso exercitu, nihil incolume domum, præter os illud pristinum tuum,[7] retulisti: qui primum, qua veneris cum laureatis tuis lictoribus,[g] quis scit? quos tum mæandros,[h] dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula flexionesque quæsisti? quod te municipium vidit? quis amicus invitavit? quis hospes aspex-

municip. Vat. et Orell. *ad me publice venerint* Vat. Faërn.—3 C H S χ. et Junt. *occursum;* Orell. e Vat. *concursus.*—4 Vat. Erf. Franc. ed. 1472. Venet. 1480. Junt. Faërn. Lamb. Orell. *apud omnes sunt;* Græv. et Schutz. *sunt apud omnes.*—5 *Romanum* omittit Vat. Paulo post, *progredi visa est* Vat. Faërn. Lamb. Orell.—6 Pro *patres conscripti* Ascon. Hervag. habent *prætores;* C *populus Romanus p. c.* Actutum, *collocarunt* Ascon. et Schutz.—7 Faërn. *illud tuum pristinum.* Mox, *qui scit quos tu* C H S. *qui scit* etiam Rom. Venett. 1480. 1483. Naug. *quos tu* edd. vett. Faërn. Lamb. 1566. Orell.

NOTÆ

[e] *Senatum egressum*] Obviam triumphantibus veniebat senatus.

[f] *Quod ante me nemini*] Diruta Ciceronis domus, combusta, ac consecrata, publicis sumtibus ædificata est.

[g] *Laureatis tuis lictoribus*] Cum quis dux exercitus victoriam retulerat, suffragio militum ei fasces laurea involuti a lictoribus præferebantur.

[h] *Quos tum mæandros*] Id est, flexus, qui mæandri a fluvio Mæandro flexuoso dicti sunt.

Digitized by Google

it? [*p.* 91.] Nonne tibi nox erat pro die? non [8] solitudo pro frequentia? caupona pro oppido? non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur? Romam vero ipsam fœdavit [9] adventus tuus. XXIII. O familiæ,[1] non dicam Calpurniæ,[i] sed Calventiæ;[k] neque hujus urbis, sed Placentini municipii;[l] neque paterni generis, sed braccatæ[m] cognationis dedecus! quemadmodum venisti? quis tibi, non dicam horum, aut civium ceterorum, sed tuorum legatorum obviam venit? 54. Mecum enim [2] L. Flaccus,[n] vir tua legatione indignissimus, atque iis consiliis, quibus mecum in consulatu meo conjunctus fuit ad conservandam rempublicam, dignior, mecum fuit tum, cum te quidam non longe a porta cum lictoribus errantem[o] visum esse narraret:[3] scio item virum fortem inprimis, belli ac rei militaris peritum, familiarem meum, Q. Marcium, (quorum tu legatorum[p] prælio imperator appellatus eras, cum non longe abfuisses[4]) ad-

—8 Vat. Junt. Manut. Steph. Faërn. Lamb. Orell. omittunt *non*. Paulo post, pro *infamis referri*, quod habet Vat. ut et alii codd. et edd. vett. *infamis efferri* legit Junt. *in funus referri* cod. Ursin. probante Garat.—9 Vat. omittit *fœdavit*.

CAP. XXIII. 1 *Os familiæ* C S.—2 Ita Vat. Faërn. Schutz. Orell. *Mecum enim tum* Erf. Pith. Franc. C H S χ, edd. ante Lamb.—3 Ita Vat. Faërn. Lamb. Orell. *narrabat* Schutz. et ceteri et codd. et edd.—4 Ita codd. plerique,

NOTÆ

[i] *Calpurniæ*] Calpurnii, licet plebeii, a Calpo, Numæ Pompilii filio, originem deducebant. Ex ea familia multi consules extitere.

[k] *Calventiæ*] Ab illa familia ex materno genere traxit originem Piso; maternus enim ejus avus Calventius fuit præco Placentinus, ut dicet infra.

[l] *Placentini municipii*] Placentia urbs in Gallia togata ad Padum. Placentini cum prius in coloniam deducti essent, jus municipii consecuti sunt.

[m] *Braccatæ*] Braccata dicta est Gallia, quod braccis uterentur Galli.

[n] *L. Flaccus*] Is indignus erat, qui Pisoni legatus esset, quia vir erat fortis et sapiens; et deprehendendis Allobrogum legatis, qui conjuratorum literas deferebant, Ciceroni consuli affuit.

[o] *Errantem*] Quærebat Piso vias ignotas et diverticula, ut in urbem silentio ingressus videretur.

[p] *Quorum tu legatorum*] Refundit victoriam, ob quam Piso imperator salutatus est, in Flaccum et Q. Marcium, suos legatos. Hic autem Marcius inimicorum invidia a triumpho prohibitus est.

Digitized by Google

ventu isto tuo domi fuisse otiosum.[q] Sed quid ego enumero,[5] qui tibi obviam non venerint? 55. dico venisse pæne neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum,[r] cum vulgo[c] essent, et illo ipso, et multis ante diebus, admoniti et rogati. Togulæ lictoribus[s] ad portam præsto fuerunt; quibus illi acceptis, sagula[6t] rejecerunt, et catervam imperatori suo novam præbuerunt. Sic iste, tanto[7] exercitu, tanta provincia, triennio post,[u] Macedonicus imperator, in urbem se intulit, ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus unquam fuerit desertior: in quo me tamen, qui esset paratus ad se defendendum, reprehendit. Cum ego Cœlimontana[x] porta introisse dixissem, sponsione[y]

[c] *Passim.*

Erf. Pith. Franc. edd. ante Ald. et Junt. item Grut. Græv. Schutz. *quorum ... cum longe abfuisses* Ald. Hervag. Faërn. Lamb. Orell. *cum tum longe abfuisses* Junt. *quorum tu legatorum opera in prælio i. a. eras, cum longe adfuisses* Vat. Mox, *fuisse occisum* χ.—5 Vat. Faërn. Lamb. *numero*. Mox, *cui dico* Vat. Faërn. Lamb. Orell. sed hic uncis inclusit *cui;* reliqui codd. et edd. fere *qui dico*. Ernesti et Schutz. delerunt *qui*.—6 Cod. χ *singula*. Mox *et* omittunt Vat. Faërn. Lamb.—7 Vat. et Faërn. *a tanto*, probante Ernesti. Paulo post, *ut nullus* χ. *ut ne ullius* Vat. *negotiationis* H. *nunquam fuerit* χ.—

NOTÆ

[q] *Domi fuisse otiosum*] Cum advenit in urbem Piso, ejus legatus Marcius, qui prius advenerat, ne quidem honoris causa ei venit obvius; ita suum proconsulem contemnebat.

[r] *Officiosissima natione candidatorum*] Candidati dicebantur qui ad dignitates aspirabant, a toga candida sic appellati, quod ea induti, in Campum honores petituri descenderent. Eos porro appellat officiosos, quod omni officiorum genere sibi populum demereri conarentur.

[s] *Togulæ lictoribus*] Ut videretur Piso cum dignitate et comitatu in urbem ingredi, et ire ad Capitolium Diis acturus gratias, jussit ut ad urbis portam, depositis sagulis, togulas assumerent, quasi ex urbe ipsi obviam procederent, eum deducendi causa.

[t] *Sagula*] Sagum, sive sagulum, vestis genus est brevius, quo milites et cives belli tempore induebantur.

[u] *Triennio post*] Per tres annos Macedoniam provinciam proconsul tenuit.

[x] *Cœlimontana*] Cœlimontana porta urbis Romæ fuit, quam nonnulli volunt hodie Sancti Joannis appellari.

[y] *Sponsione*] Sponsio sumitur pro certatione pignorum, ni ita se res habeat, ut affirmat qui deponit. Voluit autem Piso certare cum Cicerone se per Esquilinam portam transivisse, non per Cœlimontanam, ut Cicero dixerat; in quo ridet hominis stupiditatem.

Digitized by Google

me, ni Esquilina[a] introisset, homo promtissimus lacessivit:[8] quasi vero id aut ego scire debuerim, aut vestrum quispiam audierit, aut ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali;[a] quæ porta Macedonicis semper proconsulibus ante te patuit. Tu inventus es,[9] qui, consulari imperio præditus, ex Macedonia non triumphares.

XXIV. 56. At audistis, patres conscripti, philosophi vocem: negavit, se triumphi cupidum unquam fuisse. O scelus! o pestis! o labes! cum exstinguebas senatum, vendebas auctoritatem hujus ordinis, addicebas[1] tribuno plebis[b] consulatum tuum, rempublicam evertebas, prodebas caput et salutem meam una mercede provinciæ; si triumphum non cupiebas, cujus tandem rei te cupiditate arsisse defendes? sæpe enim vidi, qui et mihi et ceteris cupidiores provinciæ viderentur, triumphi nomine tegere atque velare cupiditatem suam. Hoc modo D. Silanus[2][c] consul in hoc ordine, hoc meus etiam collega[d] dicebat: neque enim quis-

8 *Cum ego eum Cælimontana i. d. s. me ni E. i. h. promtus lacessivit* Vat. Faërn. Orell. et sic Lamb. *eum* tamen omisso. *Cum ego Cælimontana porta* omnes edd. ante Lamb. *responsione me mœnia Esquilina introisse homo promtissimus* edd. vett. *mevia Esquil.* Venet. 1483. *munica Esq.* Junt. *dixissem sp. me ni E. introisset* desunt in χ. *responsione menia Exquilina* C H. *responsione ni mœnia exquilina* S. Pro *debuerim* χ habet *debueram*. Tum, *aut v. quisquam audierit* Orell. *quisquam* habent etiam Vat. Faërn. S, Lamb. 1566. *aut vestrum quisquam*, omisso *audierit*, de Faërni conj. Schutz. Nostram lectionem habent Pal. 2. Grut. Græv. 'Pessime.' *Orell.* *aut quicquam ad rem* de Lamb. conj. Schutz. non tamen monito lectore. Deinde, *Macedonibus s. consulibus* χ. *Macedonicis s. consulibus* Vat. C S, Rom. Venett. 1480. 1483. Ald. Junt. probante Garat.—9 Orell. conj. *tu unus inventus es.*

CAP. XXIV. 1 C S χ *abdicabas.* Paulo infra, *una* omittunt Vat. Faërn. et Lamb. probante Ernesti. *provinciæ viderentur* χ. *cujus tandem te rei* Faërn. *sæpe enim vide quam mihi* χ. Deinde pro *velare* Vat. Faërn. Lamb. *celare*, probante Ernesti.—2 *Decimus Sillanus* Erf. Pith. C. *Decius Syllanus* H. *De-*

NOTÆ

[a] *Esquilina*] Esquilina fuit porta urbis Romæ, quæ a Procopio 'Prænestina' dicitur, hodie Sancti Laurentii.

[a] *Triumphali*] Porta triumphalis dicebatur, qua transibant soli qui in urbem triumphantes ingrediebantur.

[b] *Tribuno plebis*] Clodio.

[c] *D. Silanus*] Post Ciceronem ille Silanus consulatum gessit anno urbis 691. et missus est cum exercitu contra Hispanos, qui tumultus excitabant; a quo devicti sunt.

[d] *Collega*] Antonius.

Digitized by Google

quam potest exercitum cupere, aperteque petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi. 57. Quodsi te senatus populusque Romanus[3] aut non appetentem, aut etiam recusantem, bellum suscipere, exercitum ducere, coëgisset; tamen erat angusti animi atque demissi, justi[4] triumphi honorem atque dignitatem contemnere: nam, ut levitatis est, inanem aucupari rumorem, ut, omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari; sic levis est animi, lucem splendoremque fugientis, justam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare. Cum vero, non modo non[5] postulante atque cogente, sed invito atque oppresso senatu, non modo nullo populi Romani studio, sed nullo ferente suffragium libero,[e] provincia tibi ista manupretium[f] fuerit non eversæ per te, sed perditæ[6] civitatis; cumque omnium tuorum scelerum hæc pactio extiterit, ut, si tu totam rempublicam nefariis latronibus[g] tradidisses, [*p.* 92.] Macedonia tibi ob eam rem, quibus tu finibus velles, redderetur;[7] cum exhauriebas ærarium; cum orbabas Italiam juventute; cum mare vastissimum hyeme transibas; si triumphum contemnebas, quæ te, prædo amentissime! nisi prædæ ac rapinarum cupiditas tam cæca rapiebat? 58. Non est integrum[a] Cn. Pompeio consilio jam uti tuo: er-

[a] *Non licet.*

cimus Syllanus S. Paulo post, *prætereat cupiditatem* χ.—3 Vat. *populus Romanus;* unde *si populus Romanus* Faërn. et Lamb.—4 Voc. *justi* deest in H S χ. *honorem dignitatemque* Vat. Erf. Faërn. Lamb. Orell. Tum, *rumorem et omnes* Vat. Faërn. Lamb. in marg. 1584. Orell. *sectari* C H S χ. *sic est levis* Vat. Faërn. *sic est lævi* Lamb. *levis* omittendum esse conj. idem Lamb. *animus* C H S χ.—5 C χ omittunt alterum *non.*—6 Vat. *non eversæ per te et perditæ;* unde Faërn. Lamb. Schutz. *fuerit eversæ per te et perditæ;* Lall. de Turnebi conj. *non eversæ per te, sed perditæ.*—7 Vat. *ut raderetur;* unde Faërn. et Lamb. *velles finibus traderetur.* Mox, *juventutem* C. Deinde, *hyeme*

NOTÆ

[e] *Ferente suffragium libero*] Oratorie id dicit; nam paucos dicit legi curiatæ ferendæ præter servos et mancipia interfuisse.

[f] *Manupretium*] Manupretium dicitur, inquit Asconius, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur: utitur autem hac voce in contemtum Pisonis.

[g] *Latronibus*] Pisoni et Gabinio, ceterisque Clodii asseclis.

Digitized by Google

ravit enim: non gustarat istam tuam philosophiam: ter jam homo stultus triumphavit.[h] Crasse,[i] pudet me tui: quid est, quod, confecto per te[8] formidolosissimo bello, coronam illam lauream[k] tibi tantopere decerni volueris a senatu? P. Servili,[l] Q. Metelle,[m] C. Curio,[n] P. Africane,[9][o] cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quam in istum errorem induceremini? C. ipsi[10] Pomtino,[p] necessario meo, jam non est integrum; religionibus enim susceptis impeditur. O stultos Camillos,[q] Curios,[r] Fabricios,[s] Calatinos,[t] Scipiones,[u] Marcellos,[x] Maximos![y]

transiebas Vat. Faërn. *transmeabas* conj. Lamb.—8 Ita Vat. Erf. Pith. Faërn. Lamb. Græv. seqq. *per te* omittunt edd. ante Faërn. item Grut. *auream tibi tanto opere* Vat.—9 *L. Afrani* Vat. et Orell.—10 *Ipsi* omittendum conj.

NOTÆ

[h] *Ter jam homo stultus triumphavit*] De tribus orbis partibus Pompeius triumphavit.

[i] *Crasse*] M. Crassus bellum Spartacum confecit: unde Plutarchus scribit, fas ei fuisse ovantem in urbem introire, quasi indignum esset de servis triumphare.

[k] *Illam lauream*] Cum ei permissum fuisset a senatu myrto tantum redimitum introire, insolenter hanc coronam repudiavit, obtinuitque a senatu, ut laurea coronatus incederet. Vide Plin. lib. xv.

[l] *Servili*] Servilius de Isauris ex Cilicia triumphavit, unde Isaurici nomen obtinuit.

[m] *Metelle*] Metellus de Cretis triumphavit; unde Creticus appellatus est.

[n] *C. Curio*] De Macedonia triumphavit.

[o] *Africane*] De hoc Africano non constat. Suspicatur Abrahamus socerum fuisse Pompeii: cum enim hic agat de triumphalibus viris, qui viverent, non est credibile de illis antiquis Africanis loqui.

[p] *Ipsi Pomtino*] Pomtinus ille prætor fuit, Cicerone consule, missus in Allobroges, quos superavit.

[q] *Camillos*] M. Furius Camillus quater triumphavit: 1. de Veientibus; 2. de Gallis; 3. de Volscis, Æquis, Etruscis; 4. de Gallis Senonibus.

[r] *Curios*] Curius Dentatus quater triumphum duxit; de Samnitibus; deinde de Sabinis; iterum de Samnitibus; tandem de rege Pyrrho.

[s] *Fabricios*] Bis: 1. de Etruscis, et Gallis; 2. de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, et Samnitibus.

[t] *Calatinos*] M. Attilius Calatinus primo bello Punico de Sicilia triumphavit.

[u] *Scipiones*] Ex illa familia septem triumpharunt.

[x] *Marcellos*] M. Claudius Marcellus quater; semel de Gallis; ter de Syracusanis.

[y] *Maximos*] Q. Fabius Maximus Verrucosus de Liguribus, Æmilius Paulus bis de Liguribus, et ex Mace-

Digitized by Google

o [11] amentem Paulum! rusticum Marium! [z] nullius consilii patres horum amborum [a] consulum, qui triumpharunt! XXV. 59. Sed, quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homullus, [b] [1] ex argilla et luto [b] fictus Epicureus, dare hæc præclara præcepta sapientiæ clarissimo et summo imperatori, genero suo? [c] fertur [2] ille vir, mihi crede, gloria: flagrat, ardet cupiditate justi et magni triumphi: non didicit eadem ista, quæ tu: mitte ad eum [d] libellum: [c] sed jam, si ipse coram congredi [d] poteris, meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas: valebis apud hominem volitantem [e] gloriæ cupiditate, vir moderatus et constans; apud indoctum, eruditus; [3] apud generum, socer: dices enim, (ut es homo facetus, ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola) 'Quid est, Cæsar, quod te supplicationes toties decretæ, [4] tot dierum, [e] tantopere delectent? in quibus

[b] *Homuncio.* [c] *Literas.* [d] *Venire.* [e] *Abreptum.*

Ernesti, vel *isti* legendum; unde Schutz. *C. Pomptinio.*—11 Vat. Faërn. Lamb. omittunt *o*. Mox, *horum consulum*, omisso *amborum*, Ascon. *istorum amborum cons.* Grut. Denique, *qui triumpharint* Vat. Faërn. Lamb. Orell.

CAP. XXV. 1 Junt. Faërn. *homulus*; Vat. a m. pr. et Lamb. *homillus*; χ *homullus mutare*. Pro *Epicureus* Vat. Lamb. Orell. habent *Epicurus*. Deinde, *hæc paratæ clara præcepta* Erf. et Pal. 2. *hæc parate præcepta* C H S. *hæc parata pr.* χ. *genero suo* omittit H.—2 Lamb. conj. *ferret*. Paulo infra, *ista* deest in C. Tum, *et si jam ipse* Vat. et Faërn. unde Lamb. *tametsi jam ipse*. Deinde, *comp. atque restringas* χ.—3 C *eruditum*. Mox, *homo factus ad persuadendum: conc. &c.* Lamb. Ursin. Schutz. Orell. probantibus Garat. et Ernesti. *ex schola* Faërn.—4 Vat. et Orell. *toties jam decretæ*. Statim, *tanto*

NOTÆ

donia et rege Perse.

[z] *Rusticum Marium*] Rusticum appellat, quia rure inter agricolas juventutem egerat. Hic tamen triumphavit bis: de Numidis, et rege Jugurtha; de Cimbris et Teutonibus.

[a] *Horum amborum*] Ambo illi sunt Pompeius Magnus et Crassus, quibus coss. habita est hæc oratio. Pater Pompeii de Picentibus, pater Crassi de Lusitanis triumphavit.

[b] *Ex argilla et luto*] Appellat Pisonem hominem ex argilla et luto fictum, propter ejus sordes, et voluptatum turpitudinem.

[c] *Genero suo*] Gener Pisonis fuit Julius Cæsar.

[d] *Mitte ad eum*] Tunc erat in Gallia Cæsar.

[e] *Tot dierum*] Quindecim dierum supplicationes illi decretæ fuerant.

Digitized by Google

homines errore ducuntur: quas Dii negligunt: qui, ut noster ille divinus dixit Epicurus,[f] neque propitii cuiquam[g] esse solent, neque irati.' Non facies fidem scilicet, cum hæc disputabis: tibi enim et esse et fuisse Deos videbit iratos.[5] 60. Vertes te ad alteram scholam:[h] disseres de triumpho: 'Quid tandem habet iste currus?[i] quid vincti ante currum duces?[k] quid simulacra oppidorum?[l] quid aurum? quid argentum?[m] quid legati in equis, et tribuni?[6][n] quid clamor militum?[o] quid tota illa pompa? inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pæne puerorum, captare plausus, vehi per urbem, conspici velle; quibus ex rebus nihil est, quod solidum tenere, nihil, quod referre ad voluptatem corporis[7] possis. 61. Quin tu me vides?[p] qui, ex qua pro-

opere delectant C H χ. *divinus ille* Vat. Faërn. *divinus* omittit χ.—5 Ita Vat. Pall. Faërn. Lamb. Orell. *videbis iratos* edd. ante Manut. item Grut. et Græv. *iratos videbit* aliæ edd.—6 Cod. χ *in equis tribui*.—7 C H S χ omit-

NOTÆ

f *Divinus Epicurus*] Epicurus Deus ab antiquis habitus est, ut testatur Lucretius lib. v. et Plin. xxxv. 2.

g *Neque propitii cuiquam*] Censebat Epicurus Deos humanas res non curare, ideoque neque iratos, neque propitios esse hominibus.

h *Ad alteram scholam*] Id est, ad eam, quæ omnia ad voluptatem corporis refert.

i *Iste currus*] Vehebantur curru triumphantes, et illo quidem eburneo, vel ex aliqua alia pretiosa materia, et in turris speciem efformato, ut a Zonara libro secundo scriptum est.

k *Quid vincti ante currum duces*] Ducebantur ante currum vincti hostium duces ad triumphi pompam. Verum ubi triumphator flectere in Capitolium incipiebat, more plane crudeli et barbaro, abripiebantur illi in carcerem, ubi securi feriebantur. Vide Zonar. lib. I.

l *Simulacra oppidorum*] Lignea illa, vel eburnea, vel etiam argentea captarum urbium in triumpho præferebantur.

m *Quid aurum? quid argentum*] Ferebatur tum aurum collectum ex manubiis, tum coronarium, tum aureæ coronæ, vel argenteæ, quæ cum legatis, in præmium victoriæ, a variis civitatibus missæ fuerant.

n *Quid legati in equis, et tribuni*] Honestabant illi triumphi pompam.

o *Quid clamor militum*] His vulgo vocibus utebantur milites, 'Io triumphe!' juxta illud Ovid. Trist. IV. 2. 'Ioque, Miles, Io, magna voce, triumphe, canet.' Refert tamen in Libycis Appianus, fas fuisse militibus, aliis imperatorem laudibus, aliis cavillis, aliis vituperiis prosequi.

p *Quin tu me vides*] Ridicule hic fingit a Pisone Cæsarem edoceri triumphorum contemtum.

Digitized by Google

vincia T. Flamininus,[8] [q] L. Paulus,[r] Q. Metellus,[s] T. Didius,[t] innumerabiles alii, levi cupiditate commoti, triumpharunt, ex ea sic redii, ut, ad portam Esquilinam, Macedonicam lauream conculcarim;[u] ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam Cœlimontanam sitiens pervenerim: quo in loco mihi libertus, præclaro imperatori, domum ex hac die biduo ante[f] conduxerat;[9] quæ vacua si non fuisset, in Campo Martio mihi tabernaculum collocassem: nummus[g] interea mihi, Cæsar, neglectis vehiculis triumphalibus, domi manet, et manebit: rationes ad ærarium retuli continuo, sicut tua lex jubebat:[x] neque alia ulla in re legi tuæ parui. Quas rationes si cognoris, intelliges, nemini plus, quam mihi, literas profuisse: ita enim sunt perscriptæ scite[i] et literate,[10] ut scriba, ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus,[y] [*p.* 93.] secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit, Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.'[h] [11] Hac tu ora-

[f] *Biduo ante adventum meum.* [g] *Pecunia.*
[i] *Callide.* [h] *Periit.*

tant *corporis.*—8 *T. Flaminius* C H S χ, et edd. quædam vett. Mox, *levitate et cupiditate* codd. ap. Græv. Paulo post, *lauream conculcarit* Erf.—9 Cod. χ *concluserat.* Tum, *collocassem* [lacuna] *interea* H. Pro *vehiculis* Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Græv. Orell. habent *ferculis.* Deinde, *ad ærarium continuo, s. t. l. jubebat, detuli* Vat. Faërn. Lamb. Sed Taurin. firmat vulgatam. *ulla* deest in eodem cod.—10 Pith. *scitæ et literatæ.* Verba *perscriptis rationibus* uncis inclusit Schutz. Pro *retulit* χ habet *retulerit.*—11 Pro *οἴχεται* C H S

NOTÆ

[q] *T. Flamininus*] T. Quintius Flamininus ex Macedonia et Philippo rege triumphavit anno urbis 559.

[r] *L. Paulus*] L. Paulus de Macedonia et rege Perse triumphavit anno urbis 586.

[s] *Q. Metellus*] Q. ille Metellus Macedonicus dictus est a devicta Macedonia anno 607.

[t] *T. Didius*] T. Didius e Macedonia Thraces expulit.

[u] *Conculcarim*] Lauream illam quam obtinuerat a militibus appellatus imperator, contemto triumpho abjecit, neque deferre voluit ad Capitolium, more triumphantium, ut eam in sinu Jovis deponeret.

[x] *Tua lex jubebat*] Tulit legem Julius Cæsar consul cum Bibulo, ut duabus in civitatibus provinciæ suæ magistratus decedentes rationes suas relinquerent; easdemque totidem verbis ad ærarium referrent.

[y] *Perscriptis rationibus*] Id est, qui

Digitized by Google

tione, non dubito, quin illum jam ascendentem[12] in currum possis revocare. XXVI. 62. O tenebræ! o lutum! o sordes![1] o paterni generis oblite, materni vix memor! ita nescio quid istuc fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi præcone,[a] avo tuo, dignum esse videatur. L. Crassus,[a] homo sapientissimus nostræ civitatis, spiculis[2] prope scrutatus est Alpes, ut, ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret: eadem cupiditate vir summo ingenio præditus, C. Cotta,[b] nullo certo hoste, flagravit. Eorum neuter triumphavit; quod alteri illum honorem collega, alteri mors ademit.[3] Irrisa est[4] abs te paulo ante M. Pisonis[c] cupiditas triumphandi, a qua te longe dixisti abhorrere: qui etiamsi

præbent *et doctum te thece;* Erf. *et doctum te theoæ;* Franc. *et doctum te chere;* Faërn. *æchete;* Lamb. *æchetæ.*—12 Taurin. *illum escendentem;* H *illum adolescentem;* C S etiam omittunt *jam.* Mox, *revocare possis* Taurin. Vat. Faërn. Lamb. in marg. 1584. et Orell. Verba, *quin illum jam a. in c. p. revocare. O t. o lutum,* desunt in χ.

CAP. XXVI. 1 *O tenebræ, lutum, sordes* Taurin. Mox, *istud fractum* Vat. Faërn. Lamb. *istuc factum* χ.—2 C H *spiculi;* Vat. *peculsis;* unde Lamb. conj. *pilis.* Statim, *tibi hostis non erat, tibi triumphi* χ.—3 Orell. e Taurin. *alteri mors præripuit;* Vat. *alteri mors peremit.* Idem Orell. *collega præripuit, alteri mors ademit.*—4 Verbum *est* deest in ed. 1584. errore typogr. unde

NOTÆ

eas descripsit, ut secundum consuetudinem in ærario servarentur.

[a] *Mediolanensi præcone*] Mediolanum caput Insubriæ fuit, in qua Placentia, ex qua avus maternus ejus fuit. Unde nobiliorem civitatem ipsius regionis sumit pro minus nobili, ut ironice eum extollat.

[a] *L. Crassus*] L. Crassus collegam habuit Q. Scævolam pontificem; qui cum animadvertisset Crasso, propter summam ejus in repub. potentiam ac dignitatem, senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit reipub. magis, quam collegæ habere rationem, ac, ne fieret senatusconsultum, intercessit. Sed idem provinciam, cujus cupiditate plerique etiam viri boni delinquebant, deposuerat, ne sumtui esset ærario. Ita Ascon. Pedian.

[b] *C. Cotta*] Cotta orator fuit, de quo Cicero sæpe in libris de Orat. qui, decreto sibi triumpho, ante diem triumphi mortuus est, cum cicatrix illius vulneris, quod ante plures annos in prælio acceperat, rescissa est repente.

[c] *M. Pisonis*] M. Pupius Piso eisdem temporibus quibus Cicero vixit, sed tamen eo senior, ad quem pater Ciceronem puerum deducebat, quod in eo et antiquæ vitæ similitudo, et multæ erant literæ. Proconsul triumphavit de Hispanis, Q. Hortensio et Q. Metello Cretico coss.

Digitized by Google

minus magnum bellum gesserat, ut abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum [5] non putavit. Tu, eruditior quam Piso, prudentior [6] quam Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia, quam Crassus, ea contemnis, quæ illi idiotæ,[d] ut tu appellas, præclara duxerunt. 63. Quodsi reprehendis, quod cupidi laureæ [7] fuerint, cum bella aut parva aut nulla gessissent; tu, tantis nationibus [e] subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, præmia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti: neque vero contemsisti, licet Themista [8] [f] sapientior, si os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti.

Jam vides, quandoquidem [9] ita mihimet fui inimicus, ut me tecum compararem, et digressum meum, et absentiam, et reditum ita longe tuo præstitisse, ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint. 64. Nunc etiam [10] in hac quotidiana, assi-

neglectum etiam in Grut. Græv. Ernesti, et Schutz.—5 Ascon. *omittendum*. —6 C H S χ *doctior*. Mox, *ea* ante *contemnis* omisit Faërn.—7 Vat. C H S χ, Rom. Venett. 1480. 1483. *coronæ laureæ;* Junt. *laurea corona*.—8 Taurin. Vat. Faërn. *sis licet Themista;* Lamb. *licet sis Themista;* χ *licet sis Themistea;* C H S *licet Themistea*. Actutum, *sapientior; sed os* Taurin. Vat. Junt. Faërn. Lamb. Schutz. Orell. *licet Themista sapientior sis, os, &c.* conj. Græv. *si hostium ferreum* Franc. a m. sec.—9 Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Orell. *quoniam quidem*. Actutum, *ita met mihi* Vat. unde Garat. conj. *ita egomet mihi*. Tum *digressum meum* Erf. Franc. et edd. ante Faërn.—10 *Num etiam* Taurin. Vat. Faërn. Orell. *Hunc etiam* edd. quædam vett. Mox, pro *domesticam* Taurin.

NOTÆ

[d] *Idiotæ*] Homines omni philosophiæ cognitione destituti idiotæ dicuntur. Ita Lucilius.

[e] *Tu tantis nationibus*] Ironia.

[f] *Themista*] Themista mulier fuit studio philosophiæ nobilis, quam Lactantius citat, de falsa sapientia, III. 25. Lipsius, Var. Lect. I. 18. reponit *Themis*, quam Deam putabant esse, quæ docebat petere id quod fas esset, et quod liceret. Jocatur enim Cicero Pisonem, qui triumphum, scelerum suorum conscientia, ab irato senatu petere ausus non erat; et ipsa Themi sapientiorem fuisse dicit, ac longe melius providisse, quid expediret sibi petere, aut non petere, quam Dea illa ipsa (quæ mentem hominibus dat justa et æqua petendi) suadere potuisset: acute enim Piso, quoniam neque triumphum meruisset, et si maxime meruisset, repulsam tamen a senatu accepturum se certo providebat, omnino petere triumphum destitit, ut videretur eum potius consequi noluisse, quam non potuisse.

dua, urbanaque vita, splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam,[g] operam forensem,[h] consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriam nobis, aut, ut verius dicam, cuiquam es infimo ac desperatissimo antelaturus? XXVII. Age, senatus odit te, (quod eum tu facere jure concedis) afflictorem et perditorem [1] non modo dignitatis et auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui: videre equites Romani non possunt, quo ex ordine vir præstantissimus et ornatissimus [2] L. Ælius [i] est, te consule, relegatus: plebs Romana perditum cupit, in cujus tu infamiam ea, quæ per latrones et per servos de me egeras, contulisti: Italia cuncta execratur, cujus idem tu superbissime decreta et preces repudiasti.[k] 65. Fac [a] hujus odii tanti ac tam [3] universi periculum, si audes. Instant post hominum memoriam apparatissimi,[4] magnificentissimique ludi,[l] quales non modo nunquam fuerunt, sed ne quomodo fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari. Da [b]

[a] *Experire tantum odium.* [b] *Offer.*

habet a m. sec. *modestiam.* Actutum, *operam, forense consilium* in eodem cod. *auxilium* deest in χ. *senatoriam* deest in C H S χ. *ut* ante *verius* deest in C S χ. Pro *infimo*, quod servant Taurin. Vat. Franc. Faërn. Lamb. Schutz. Orell. *infirmissimo* exhibent alii codd. et edd. ante Faërn. item Grut. Græv. Denique, *ac despectissimo* Franc. a m. sec. *ac despicatissimo* de Lambini conjectura, Schutz.

Cap. XXVII. 1 Vat. et Orell. *ac perditorem*; C H S χ, et edd. vett. *et proditorem.*—2 Ita Taurin. Vat. Franc. Pith. C H S, Ven. 1480. Junt. Græv. Schutz. Orell. *et ornatissimus* omittunt χ, edd. vett. Lamb. Faërn. Grut. Pro *L. Ælius* Lamb. conj. *L. Lamia.* Tum, *religatus* C S. *perditum caput* χ. *per latrones, per servos* Vat. Faërn. Lamb. Deinde, *cujus item tu* Vat. Faërn. Lamb. uti volebat Ernesti.—3 Ita Vat. Ven. 1480. Junt. Faërn. Lamb. seqq. *tam* omittunt C H S χ, edd. vett.—4 C H S χ *paratissimi.* Paulo post, *fue-*

NOTÆ

[g] *Celebritatem domesticam*] Clientes frequentes aderant mane apud magnates, ut patronos suos salutarent.

[h] *Operam forensem*] Vel ipsi viri potentissimi civitatis defendere in judicio cives gloriæ ducebant.

[i] *L. Ælius*] L. Ælius Lamia Pisone consule relegatus est. De eo dictum est in Orat. pro Sext. § 11.

[k] *Et preces repudiasti*] Repudiavit preces totius Italiæ, quæ pro Ciceronis salute Pisoni et Gabinio coss. factæ sunt.

[l] *Magnificentissimi ludi*] Spectacula intelligit quæ data sunt a Pompeio cum constructum est ab eo theatrum. De his agit Epistola I. lib. VII. ad Marium.

Digitized by Google

te populo, committe ludis:[5] sibilum metuis?[m] Ubi sunt vestræ scholæ?[n] ne acclametur?[6][o] ne id quidem est curare philosophi. Manus tibi ne afferantur, times: dolor enim est malum,[p] ut disputas: existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba sunt atque ineptiæ. Sed de hoc non dubito:[7] non audebit accedere ad ludos. Convivium publicum[q] non dignitatis gratia inibit,[8] (nisi forte ut cum P. Clodio, hoc est, cum amoribus suis,[r] cœnet) sed plane animi sui causa: ludos nobis idiotis relinquet. 66. Solet enim[9] in disputationibus suis, oculorum et aurium delectationi abdominis voluptates[s] anteferre: nam, quod vobis iste tantummodo improbus, crudelis[10] olim furunculus,[t] nunc vero etiam rapax,[u] quod sordidus, quod contumax,

runt, sene quomodo f. q. p. p. p. nullo χ.—5 Schutz. de Ernesti conjectura *committe te ludis.*—6 Vat. *ne acclametur times*, voc. *times* infra deleto. *ut tu disputas* Taurin. a m. sec. *verba atque ineptiæ* Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Orell. —7 Vat. *sed hæc non dubito.* Actutum, *non audebis* C H χ. *nam non audebit* Vat. Lamb.—8 Ita Lamb. Græv. Grut. seqq. *dign. causa inibit* Taurin. C H S χ, Ven. 1480. Junt. Faërn. Orell. Mox, *ut cum patribus conscriptis, hoc est, cum amatoribus suis* Vat. Orell. *ut cum patribus conscriptis, h. e. c. majoribus suis* Taurin. Erf. Pith. C H S χ, Rom. Venn. 1480. 1483. *ut cum P. C. hoc est, compotoribus suis* Junt. *ut cum P. Clodio, hoc est, compotoribus suis* Ald. Hervag. Naug. *ut cum patribus conscriptis, hoc est, cum amoribus suis* Lall.—9 Ita Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Orell. *enim* omittunt C H S χ, et edd. ante Faërn. Pro *abdominis* C H S habent *abdomini ;* χ *ob domini.*—10 Orell. comma

NOTÆ

[m] *Sibilum metuis*] Quos populus oderat, venientes ad ludos sibilis excipiebat: contra vero sibi gratis applaudebat.

[n] *Vestræ scholæ*] Epicurei, quorum sectabatur Piso doctrinam, dedecus contemnebant. Quare non est quod infamia notari timeat in ludis.

[o] *Ne acclametur*] Timebat Piso ne sibi acclamaretur faustis apprecationibus. Sic enim viri populo grati vulgo excipiebantur, ut Seneca refert Epist. 29.

[p] *Dolor est malum*] Sententiam profert Epicureorum, de qua fusius in Tuscul. Quæst. agit.

[q] *Convivium publicum*] Indicat illud convivium, quod a Pompeio in celebratione ludorum illorum datum est.

[r] *Cum amoribus suis*] Vocat Clodium amores suos, quia pari libidinum, et voluptatis fœdissimæ desiderio tenebantur. Amant vero pares esse cum paribus.

[s] *Abdominis voluptates*] Fœdissimas omnium tum gulæ, tum luxuriæ voluptates intelligit.

[t] *Furunculus*] Furunculus dicitur qui occulte furatur, qualis erat antequam provinciam obtinuisset.

[u] *Rapax*] Rapax est apertus et publicus latro, qui provinciam suam latrociniis et rapinis diripuit.

Digitized by Google

quod superbus, quod fallax, quod perfidiosus, quod impudens, quod audax esse videatur; [*p.* 94.] nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius,[11] nihil nequius. Luxuriam autem in isto nolite hanc cogitare. 67. Est enim quædam, quanquam omnis est vitiosa atque turpis, tamen ingenuo ac libero dignior: nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum: laudabo inimicum; ne[12] magnopere quidem quicquam, præter libidines, sumtuosum: toreuma[x] nullum; maximi calices,[y] et hi, ne contemnere suos videatur, Placentini;[z] exstructa mensa, non conchyliis aut piscibus,[a] sed multa carne subrancida;[13] [b] servi sordidati ministrant, nonnulli etiam senes; idem coquus, idem atriensis;[c] pistor[d] domi nullus, nulla cella; panis et vinum a propola[14] [e] atque de cupa;[f] Græci sti-

ponit post *crudelis*.—11 Ita codd. plerique, etiam Taurin. et edd. fere omnes; *præposterius* Junt. *proterus* (i. e. *protervius*) Vat. Faërn. Lamb. probante Garat. Statim, *nolite in isto hanc cogitare* Taurin. Vat. Faërn. Orell. *nolite hanc cogitare in isto* Lamb. 1566. *hanc cogitare nolite in isto* Lamb. in marg. ed. 1584.—12 Vat. *cui ne*.—13 C *subranda*.—14 Ita Vat. Junt. Faërn. Orell. *a propala* codd. aliquot, Ven. 1480. Lamb. Grut. *atque de cuppa* Rom. Ven. 1483. Junt. Pro *lectulis* Vat. et Faërn. *lectis*. Deinde, pro *de solib* Augustinus conj. *de dolio*; recepit Schutz. *bibitur usque eo, dum* C S χ, Vat. Faërn. Lamb. Græv. Orell. *habiturus quæ eo, dum* H. *ministretur* C H S χ, Vat. Faërn. Lamb. Græv. Orell.

NOTÆ

[x] *Toreuma*] Toreumatis nomine vas quodlibet intelligitur, quod artis elegantia exculptum est.

[y] *Maximi calices*] Vasa plerumque fictilia, quibus tenuioris fortunæ homines utebantur, ut patet ex Martiali XIV. 96. 'Vilia sutoris calicem monumenta, Vatini, Accipe.'

[z] *Placentini*] Ad contemtum Pisonis loquitur; quasi materni generis memor vilioribus ejusmodi calicibus uteretur; nam avus ejus maternus præco Placentinus fuit.

[a] *Conchyliis, aut piscibus*] Mensas suas Romani delicatissimis conchyliis, et piscibus longius asportatis, ad fastum exstruebant. Unde Plin. Nat. Hist. IX. 34. hanc luxuriam conchyliorum censoriis legibus, auctore M. Scauro, fuisse prohibitam scribit.

[b] *Carne subrancida*] Intellige carnem salitam, et jam putidam ad acuendam sitim.

[c] *Atriensis*] Atrienses, sive atriarii, illi servi dicuntur, quibus atrii cura commissa erat, quique venientes excipiebant, et ad dominum intromittebant.

[d] *Pistor*] Pistor panem conficit.

[e] *Propola*] Propola is est, qui mercatur a mercatoribus, quod statim vendit. Cic. Off. lib. I.

[f] *De cupa*] Cupa vas vinarium est, in quo musta coquuntur, et deferun-

Digitized by Google

pati,[c] quini in lectulis,[g] sæpe plures; ipse solus,[d] bibiturus, quæ eodem de solio[h] ministrentur. Ubi galli cantum audivit,[i] avum suum revixisse putat; mensam tolli jubet. XXVIII. 68. Dicet aliquis; Unde tibi hæc nota sunt? non, mehercule,[1] contumeliæ causa describam quenquam, præsertim ingeniosum hominem atque eruditum, cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, non possum.[2] Est quidam Græcus,[k] qui cum isto vivit, homo, vere ut dicam,[3] (sic enim cognovi) humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum.[d] Is cum istum adolescentem, jam tum[l] cum hac Diis irata fronte,[4] vidisset, non fugit ejus amicitiam, cum esset præsertim appetitus;[m] dedit se in consuetudinem, sic ut prorsus una viveret, nec fere ab isto unquam discederet. Non apud indoctos, sed, ut ego arbitror, in hominum eruditissimorum et humanissimorum cœtu loquor. Audistis profecto dici, philosophos Epicureos, omnes res, quæ sunt[5] homini expetendæ, voluptate metiri; recte, an secus,[e] nihil ad nos; aut, si ad nos, nihil

[c] *Compressi.* [d] *Solus.* [e] *Male.*

CAP. XXVIII. 1 Vat. Faërn. Lamb. *mehercules.*—2 Ita Ernesti de sua conj. *quidem, possim* conj. Garat. *quidem, possum* codd. et edd. omnes ante Ernesti.—3 Vat. Faërn. *ut vere dicam.*—4 Vat. *tam tum hac distracta fronte;* unde Garat. *cum* delendum censet. Statim, *non fastidivit ejus amicitiam* Vat. Faërn. Ald. Orell. Deinde, *unquam ab eo* Vat. Faërn.—5 Faërn. *quæ sint.* Mox, *voluptate mentiri* χ. *rectenant secus* Vat. unde Garat. *rectene an secus.* Paulo post, pro *acriter* T habet *autem.* Deinde, *est sæpe præceps* Vat. Faërn.

NOTÆ

tur. Ulpianus lib. XV.

[g] *Quini in lectulis*] Reddit rationem quare compressi illi fuerint, quia vulgo in lectulis, tres tantum mensæ accumbebant, ut videre est apud Horat. Sat. II. 8. 20. seqq.

[h] *De solio*] Festus ait 'solia' dici 'alveos lavandi causa institutos, quo singuli descendunt;' seu vasa, in quo lavabantur sedentes.

[i] *Ubi galli cantum audivit*] Ubi totam noctem traduxit Piso in compotationibus, ut audit galli cantum, tum meminit avi sui materni Calventii Galli, qui præco fuit Placentinus, seu Mediolanensis.

[k] *Est quidam Græcus*] Asconius Pedianus Philodemum philosophum Epicureum significari arbitratur, cujus obscœna fuerunt carmina.

[l] *Jam tum*] In adolescentia sua, jam tum severitatis quadam specie multa vitia contegebat Piso.

[m] *Appetitus*] Philodemum optabat

ad hoc tempus; sed tamen lubricum genus orationis adolescenti,[n] non acriter intelligenti, sæpe præceps. 69. Itaque admissarius iste,[o] simul atque audivit a philosopho voluptatem[6] tantopere laudari, nihil expiscatus est;[f] sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinniit,[p] ut non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur. Græcus primo distinguere atque dividere[7] illa, quemadmodum dicerentur; iste claudus,[q] quomodo aiunt, pilam; retinere[r] quod acceperat, testificari,[g] tabulas obsignare velle,[s] Epicurum disertum[h] dicere; et tamen dictum opinor,[8] se nullum bonum intelligere posse, demtis corporis voluptatibus. 70. Quid multa? Græcus, facilis et valde venustus, nimis pugnax contra senatorem[9] populi Romani esse noluit. XXIX. Est autem hic, de quo loquor, non philosophia so-

[f] *Examinavit.* [g] *Producere testes.* [h] *Distincte locutum.*

Lamb.—6 Vat. et Orell. *voluptatem a philosopho.* Mox, *explicatus est* C χ. *omnes* omittit χ. Pro *adhinniit*, Vat. Faërn. Lamb. Orell. *adhinnivit*; C S T χ *adhibuit.*—7 Vat. Faërn. et Lamb. in marg. ed. 1584. *et dividere.* Pro *dicerentur* T habet *dicetur.* C *ista.* Schutz. de Ursini conj. *claudos.* C H S χ omittunt *quomodo*, pro quo Vat. Faërn. Orell. habent *quemadmodum.* H *ait.* χ *palam.*—8 Orell. e Vat. *Epic. disertum dicere; est tamen: dicit, ut opinor;* Faërn. *et tamen dicit, ut opinor;* codd. plerique et edd. ante Lamb. *Ep. disertum decernere, et tamen dictum opinor;* Lamb. *E. disertum decernere, et tamen dicere opinor;* Schutz. de Gulielmii conj. *E. disertim dicere, (et tamen dicit, ut opinor,) se, &c.* Pal. 2. *diserte;* unde Garat. conj. *E. diserte dicere, (et tamen dicit, ut opinor,) se, &c.* C H S χ habent *dicere;* T *discernere.*—9 Orell. e Vat. *contra imperatorem.* Cf. Phil. XIV. § 28.

NOTÆ

Piso habere vitæ comitem.

[n] *Adolescenti*] Adolescentes non satis distinguunt, cum de voluptate, utrum de corporis, an animi, agatur.

[o] *Admissarius iste*] Pisonem admissarium vocat, quia omni muliercularum impudicarum libidini se exposuerat, sumta allegoria ab equo, qui fœturæ supplendæ causa in equarum armenta adducitur.

[p] *Adhinniit*] Remanet in eadem allegoria.

[q] *Iste claudus*] Proverbium quod de illis dicitur, qui, quod acceperunt a præceptoribus, sive illud doctum sit, sive indoctum, mordicus tenent.

[r] *Retinere*] Supple 'incepit.'

[s] *Tabulas obsignare velle*] Voluit ut præceptor ille scripto obsignaret, quod de voluptate protulerat.

Digitized by Google

lum, sed etiam literis, quod[1] fere ceteros[t] Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poëma porro facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. In quo reprehendat eum licet, si qui volet; modo[2] leviter,[i] non ut impurum, non ut improbum, non ut audacem, sed ut Græculum,[u] ut assentatorem, ut poëtam.[x] Devenit, aut potius[3] incidit in istum, eodem deceptus supercilio, Græcus atque advena, quo tam sapiens et tanta civitas; revocare se non poterat, familiaritate implicatus; et simul inconstantiæ famam verebatur: rogatus, invitatus, coactus, ita multa ad istum de isto scripsit,[y] ut omnes hominis libidines, omnia cœnarum genera conviviorumque, adulteria denique ejus,[4] delicatissimis versibus expresserit. 71. In quibus,[z] si quis[5] velit, possit istius tanquam in speculo vitam intueri; ex quibus multa, a multis lecta et audita, recitarem, nisi vererer, ne hoc ipsum genus orationis, quo

[i] *Si qui volet reprehendere eum, reprehendat leviter.*

CAP. XXIX. 1 Vat. Faërn. Lamb. *sed etiam ceteris studiis, quæ.* cod. Faërni, *sed etiam studiis, quæ.* Hinc conj. Orell. *sed etiam ceteris studiis, quæ fere Epicureos*, deleto *ceteros.* Voc. *perpolitus* deest in χ.—2 C *se qui volet; modo;* χ *si qui volet non modo;* Vat. *si qui modo vult;* unde Faërn. et Lamb. *si qui vult, modo.* Paulo post, *non ut impurum* post *audacem* ponunt Vat. Faërn. Lamb. improbante Garat. *sed ut Gr. et assentatorem* χ.—3 *Devenit autem, seu potius* Vat. Mox, *quo tot sapientes* in eodem cod.—4 Lamb. et Orell. *ad istum de isto quoque scripsit, ut o. h. libidines, omnia stupra, omnia cœn. g. c. a. denique ejus;* Vat. et Faërn. *ad istum de isto quoque scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, o. c. conviviorumque genera, a. denique ejus;* Græv. *ad istum de isto scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, o. c. g. c. a. denique ejus.* Edd. ante Lamb. omittunt vocc. *quoque, omnia stupra, denique*, et retinent *hominis;* χ omittit *omnia cœn. gen. c. adulteria.*—5 Vat. Erlang. C H S T, Faërn. Orell.

NOTÆ

[t] *Quod fere ceteros*] Cicero loquens de Epicuro lib. de Finibus, ait non satis iis artibus non modo politum fuisse, quas qui tenent, eruditi appellantur, sed etiam deterruisse alios a studiis.

[u] *Græculum*] Græci male audiebant apud Romanos, propter adulationem.

[x] *Poëtam*] Poëtæ assentationibus suis placere volunt, ideoque figmentis sæpe veritatem dissimulant.

[y] *Ad istum de isto scripsit*] Id est, multa carmina de Pisone scripsit, sed illa impudica, utpote quibus ejus infames libidines describebantur.

[z] *In quibus*] Versibus scilicet.

Digitized by Google

nunc utor, ab hujus loci more[6][a] abhorreret; [*p.* 95.] et simul de ipso, qui scripsit, detrahi nolo; qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior et gravior esse potuisset; sed eum casus[k] in hanc consuetudinem scribendi induxit, philosopho valde indignam; siquidem philosophia, ut fertur, virtutis continet, et officii, et bene vivendi disciplinam; quam qui[7] profitetur, gravissimam mihi sustinere personam videtur. 72. Sed idem casus[b] illum ignarum,[8] quid profiteretur, cum se philosophum esse diceret, istius impurissimæ atque intemperantissimæ pecudis[c] cœno et sordibus inquinavit.

Qui modo cum res[9] gestas consulatus mei collaudasset, (quæ quidem laudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat pæne turpis[d]) Non illa tibi, inquit,[e] invidia nocuit, sed versus tui. Nimis magna pœna, te consule, constituta est, sive malo poëtæ, sive libero. Scripsisti enim,[10][f] 'cedant arma togæ.'[g]—Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitavit. At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio,[h] quod, te consule, in sepulcro reipublicæ incisum est,

[k] *Necessitas.*

si qui. Vid. Beier ad Off. tom. I. p. 125. *possit* deest in T.—6 Cod. χ *mori* Paulo post, *detrahi nihil volo* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *nihil detrahi volo* Lamb. in marg. ed. 1584.—7 Cod. χ omittit *qui*. Pro *mihi sustinere* Vat. Faërn. et Orell. *sustinere mihi.*—8 Faërn. de Victorii conj. *gnarum;* Lamb. in ed. 1566. *non ignarum.* Statim, *ac intemperatissimæ* edd. ante Faërn. *atque intemperatissimæ* O S T. Lectionem nostram exhibent Vat. Faërn. Lamb. seqq. et Orell.—9 *Qui modo res* C H S T χ. Pro *collaudasset*, quod servant Vat. C H S T χ, Faërn. Lamb. seqq. *cum laudasset* habent al. *cum* ante *res* omisso. *quæ quidem collaudatio* Vat. Pro *non illa*, quod servant Vat. C H S χ, Lamb. Schutz. *non ulla* ceteri codd. et edd. *illa* deest in T.—10 Ita Vat.

NOTÆ

[a] *Ab hujus loci more*] In senatu oportet agere de rebus seriis, et gravioribus.

[b] *Sed idem casus*] Id est, eadem necessitas, quæ Philodemum impulit ad scribendas Pisonis libidines, iisdem eum flagitiis inquinavit.

[c] *Pecudis*] Pisonem intelligit.

[d] *Erat pæne turpis*] Turpe est laudari a turpi viro, et honorificum a laude digno.

[e] *Inquit*] Piso videlicet.

[f] *Scripsisti enim*] Piso in sua oratione Ciceroni objecerat, quod versus de suo consulatu scripsisset, quibus offensus ei fuerat Pompeius.

[g] *Cedant arma togæ*] Versus a Cicerone editus.

[h] *Illo elogio*] Elogia, et tituli sepulcrorum, inscriptiones dicebantur.

Digitized by Google

'Velitis, jubeatis,[i] ut, quod M. Cicero versum fecerit;' sed 'quod vindicarit.' [11] [k]

XXX. 73. Verum tamen, quoniam te non Aristarchum,[l] sed Phalarim [1] [m] grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poëtam armis persequare; scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas, 'cedant arma togæ.' Tuæ dicis,[2] inquit, togæ summum imperatorem esse cessurum. Quid nunc te, asine, literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus: non dixi hanc togam,[3] qua sum amictus; nec arma, scutum et gladium unius imperatoris: sed, quod pacis est insigne [n] et otii toga; contra autem arma tumultus atque belli;[o] more poëtarum locutus, hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio concessurum. 74. Quære [4] ex familiari tuo, Græco illo poëta: probabit genus ipsum,[p] et agnoscet; neque te nihil sapere mirabitur. At in illo altero,[5] [q] inquit, hæres,

Lamb. Græv. seqq. *Scripsisti enim versus* ceteri.—11 'Hæc, *sed, quod vind.* non sine causa suspecta sunt Garat. et Schutz.' *Orell.*

CAP. XXX. 1 *Phalarin* Faërn. Lamb. Orell. Paulo post, *in isto versu* Faërn.—2 *Tu dicas* C. *Tu dicis* T.—3 Cod. χ *non dicas togam.* Actutum, *quam sum, &c.* C H S χ. *scutum aut gladium* Vat. Faërn. Lamb. *sed quia pacis* in iisdem. Tum, *tumultus ac belli* Lamb. Deinde, *otio consensurum* T.—4 *Quæro* T. *familiari* deest in χ. Paulo post, *neque nihil*, omisso *te*, C.—5 *At in altero illo* Faërn. et Orell. *accedat laurea laudi* T. *laudi* habent etiam Vat. Franc. Erf. C H S χ, alii codd. et edd. omnes, præter Lamb. et Grut. in quibus est *linguæ*. 'Recte hic se habere *laudi*, recte Offic. I. 22. *linguæ*, mihi

NOTÆ

[i] *Velitis, jubeatis*] Formulam fingit Cicero, qua a Pisone ejectus est in exilium.

[k] *Sed quod vindicarit*] Non quod scripserit Cicero versus, ejiciebatur a Pisone, sed quod vindicarit rempublicam a conjuratione: eaque de causa a nefario consule igni et aqua interdicebatur.

[l] *Aristarchum*] Aristarchus grammaticus fuit, qui quos versus non probabat, Homericos non esse contendebat, eosque litura, vel stellula notabat.

[m] *Phalarim*] Tyrannus Agrigentinorum fuit, qui aëneo tauro ignibus subjecto morte damnatos includebat, in quo ipse combustus est.

[n] *Quod pacis est insigne*] Romani pacis tempore togis utebantur.

[o] *Tumultus atque belli*] Supple, belli sunt insignia, et seditionum.

[p] *Genus ipsum*] Nempe dicendi poëtice.

[q] *At in illo altero*] In altera hujus carminis parte difficultatem reperire Pisonem significat.

Digitized by Google

'concedat laurea laudi.'[a] Immo, mehercule, habeo tibi gratiam: hærerem[r] enim, nisi tu me[6] expedisses: nam cum tu, timidus ac tremens,[s] tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abjecisti,[t] indicasti, non modo amplissimæ, sed etiam minimæ laudi lauream concessisse.[u] Atque ista ratione hoc[7] tamen intelligi, scelerate, vis, Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum; ut, si versus mihi nocuerit, ab eo, quem is versus offenderit, videatur mihi pernicies esse quæsita.[b] 75. Omitto, nihil istum versum pertinuisse ad illum: non fuisse meum,[c] quem, quantum potuissem, multis sæpe orationibus scriptisque decorassem,[x] hunc uno[8] violare versu. Sed sit offensus: primo nonne compensabit cum uno versiculo tot mea volumina[y] laudum suarum? Quodsi est[9]

[a] *Victoria cedat eloquentiæ.*
[b] *Infortunium comparatum.* [c] *Me voluisse.*

persuasum est; nam observante Beiero l. l. p. 181. voc. nimis invidiosum ipse postea permutare cum modestiore poterat.' *Orell.*—6 Lamb. et Græv. delerunt *me.* Mox, *detractam cruentis* C H S T χ, et edd. ante Lamb. Præpositionem *e* servant Vat. Faërn. Lamb. seqq. Pro *indicasti* C H S T χ *judicasti.* Deinde *minimæ* deest in χ.—7 In verbis *ista ratione hoc* desinit egregium Fragm. Vat. *tamen intelligis* C H S T χ.—8 C H S χ *hunc unum.*—9 *Quod si esset* Schutz. de conj. Statim, *ad perniciem, non* Hervag. cum uno cod. Faërni, Lamb. Schutz. *ad perniciem nonne* C. *ad perniciem nec* χ. *amicissimum* C H S χ. Mox, *non civis: non liberi in hominis, &c.* Junt. *laude, non i. de rep. meriti: in consularis, in senatoris, in civ. in lib. &c.* conj. Schutz. *non consularis* deest in ed. Ernesti, errore typogr.

NOTÆ

[r] *Hærerem*] Fatetur Cicero, se reperire in hoc carmine difficultatis aliquid, nisi eum ab ea liberasset Piso.

[s] *Ac tremens*] Timebat Piso ne repetundarum accusaretur propter furta sua et rapinas in provincia.

[t] *Lauream ... abjecisti*] Cum Romam ingrederetur, ad portam Esquilinam fasces suos laureatos abjecit, ne provincialium sanguine cruentati viderentur.

[u] *Lauream concessisse*] Ait revera lauream linguæ concessisse, cum timuit in judicio accusari.

[x] *Orationibus scriptisque decorassem*] Neminem frequentius Pompeio laudat Cicero, ut videre est in Orat. pro Lege Manil.

[y] *Tot mea volumina*] Sæpissime de Pompeio loquitur in orationibus suis Cicero, quem ubique triumphasse commemorat. Porro volumina a volvendo dicta sunt; neque enim pluribus paginis et quaternionibus olim libri compingebantur, sed spiræ instar convolvebantur.

commotus,[d] ad perniciemne, non dicam amicissimi, non ita de sua laude meriti, non ita de republica, non consularis, non senatoris, non civis, non liberi; in hominis caput ille tam crudelis propter versum fuisset?[e] XXXI. Tu quid,[1] tu apud quos, tu de quo dicas, intelligis? complecteris amplissimos viros[z] ad tuum et Gabinii scelus; neque id occulte: nam paulo ante dixisti, me cum iis confligere,[2] quos despicerem;[a] non attingere eos, qui plus possent,[b] quibus iratus esse deberem: quorum quidem (quis enim non intelligit, quos dicas?) quanquam non est una causa omnium,[c] tamen est omnium mihi probata. 76. Me Cn. Pompeius (multis obsistentibus[d] ejus erga me studio[3] atque amori) semper dilexit, semper sua conjunctione dignissimum judicavit, semper non modo incolumem, sed etiam amplissimum atque ornatissimum voluit esse:[f] [*p.*96.] vestræ fraudes, vestrum scelus, vestræ criminationes insidiarum[e] mearum, illius periculorum,[4] nefarie fictæ, si-

[d] *Iratus.*

[e] *Tam crudelis fuisset, ut perderet, propter versum, non dicam amicissimum, non ita meritum de repub. &c. sed hominem?*

[f] *Non modo optavit meam salutem, sed etiam amplitudinem et gloriam.*

CAP. XXXI. 1 *Tu quidem* C H S T χ. Mox, *de quo dicas* C H T, et edd. ante Lamb. Pro *complecteris*, Erf. et Pith. legunt *complecti vis*, probante Garat.—2 S *confugere*. Actutum, *quos desp. non attingere* desunt in C H S T χ. Mox, *iratus* deest in T. Tum, *enim* post *quis* deest in χ. *causa una omnium* Taurin. *tamen est omnium* desunt in χ.—3 Taurin. *erga me ejus studio*. C H S χ *atque amore*. Statim, *sua cognitione* χ.—4 Idem cod. *periculo*. C H S χ

NOTÆ

[z] *Complecteris amplissimos viros*] Adjungere dicit Pompeium et Cæsarem, ut videantur illius et Gabinii sceleris participes.

[a] *Quos despicerem*] Piso objecerat Ciceroni, eum aggredi se, et Gabinium, quos suadebat e suis provinciis esse revocandos, quia eos non metuebat, utpote debiles et infirmos hostes.

[b] *Qui plus possent*] Significabat Pompeium et Cæsarem, quorum longe major erat auctoritas et potentia in republica.

[c] *Non est una causa omnium*] Pompeii causam ab aliorum causa distinguit.

[d] *Multis obsistentibus*] Piso, Gabinius, Clodii, aliique omnes Clodiani Pompeium abalienare a Cicerone conati sunt.

[e] *Criminationes insidiarum*] Ciceronem illi detulerunt ad Pompeium, quasi ejus vitæ insidias collocasset.

Digitized by Google

mul eorum, qui familiaritatis licentia, suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus ejus, impulsu vestro, collocaverunt,[g] vestræ cupiditates provinciarum, effecerunt, ut ego excluderer;[f] omnesque, qui me, qui illius gloriam, qui rempublicam salvam esse cupiebant, sermone atque aditu prohiberentur. 77. Quibus rebus est perfectum, ut illi plane suo stare judicio[h] [5] non liceret, cum certi homines non studium ejus a me alienassent, sed auxilium retardassent. Nonne ad te L. Lentulus,[g] qui tum erat prætor, non Q. Sanga,[h] non L. Torquatus pater,[i] non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum, multique mortales, oratum in Albanum[k] obsecratumque venerant, ne meas[6] fortunas desereret, cum reipublicæ salute conjunctas: quos ille ad te, et ad tuum collegam remisit, ut causam publicam susciperetis, ut ad senatum referretis: se contra armatum tribunum[l] plebis sine consilio publico decertare nolle: consulibus ex senatusconsulto[m] rempublicam defendentibus, se arma sumturum.[7] 78. Ecquid,[8] infelix, recordaris, quid

[g] *Obsederunt aures improbissimis sermonibus.*
[h] *Manere in sua voluntate erga me.*

qui f. licentiam. Tum, *collocarunt* Taurin. et Orell. Verba, *vestræ c. p. effecerunt* desunt in S. Deinde, pro *aditu* χ habet *editu*.—5 Taurin. *plane stare in suo judicio*.—6 Taurin. et Orell. *ut ne meas*.—7 Ita Taurin. Erf. Rom. Ven. 1480. Junt. Grut. seqq. *suscepturum* Ven. 1488. Faërn. Lamb.—8 *Et quid* C.

NOTÆ

De quibus fuse loquitur pro Sextio, § 141.

[f] *Ego excluderer*] Affert per conglobationem, omnes rationes quibus conati sunt a familiaritate Pompeii Ciceronem excludere.

[g] *L. Lentulus*] Hic anno primo belli civilis consul fuit.

[h] *Q. Sanga*] Q. Fabius Sanga is fuit qui indicia conjurationis Catilinariæ ad Ciceronem detulit.

[i] *L. Torquatus pater*] Torquatum patrem nominat, ad filii discrimen, qui tum florebat in republica.

[k] *In Albanum*] Fundus Albanus pertinuit ad Pompeium, quo secessisse de industria scribit Plutarchus, ut cum ad eum Cicero venisset, sese per posticum subduceret.

[l] *Armatum tribunum*] Cum Clodio decertare, et venire in contentionem, noluit Pompeius.

[m] *Coss. ex senatusconsulto*] Senatus illud consultum fuit cum dicebat senatus, 'Videant consules ne quid detrimenti capiat respublica;' quo versiculo, ait Cicero, satis armatos fuisse consules.

Digitized by Google

responderis? in quo illi omnes quidem, sed Torquatus præter ceteros, furebat contumacia responsi tui, te non esse tam fortem, quam ipse [Torquatus] in consulatu[n] fuisset, aut ego:[o] nihil opus esse armis, nihil contentione: me posse iterum rempublicam servare, si cessissem:[p] infinitam cædem fore, si restitissem: deinde ad extremum, neque se,[q] neque generum, neque collegam suum, tribuno plebis defuturum.9 Hic tu, hostis ac proditor, aliis mei nimiciorem 10 quam tibi debere esse dicis? XXXII. 79. Ego C. Cæsarem non eadem de republica[r] sensisse, quæ me, scio: sed tamen (quod jam de eo, his audientibus, sæpe dixi) me ille sui totius consulatus, eorumque honorum, quos cum proximis[s] communicavit, socium esse voluit, detulit, invitavit, rogavit: non sum ego,1 propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem, adductus ad causam: non postulabam, ut ei carissimus essem, cujus ego ne beneficiis quidem sententiam meam tradidissem. Adducta res in certamen, te consule, putabatur, utrum; quæ superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur.[t] Quid lo-

Mox, *Torquatus* loco secundo delevit Schutz. de Ernestii sententia. Tum, *posse remp. iterum* Taurin. Pro *servare* C S χ, Rom. Ven. 1483. *salvare*.—9 Ita Taurin. Ald. seqq. *non defuturum* C S T χ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. probante Garat.—10 H T *inimicitiorem*.

CAP. XXXII. 1 Taurin. omittit *ego*. Paulo post *ei carissimum* C. *ne* ante *beneficiis* deest in C H S T χ, et edd. ante Lamb. extat vero in Taurin. Lamb.

NOTÆ

[n] *Torquatus in consulatu*] Fuit ille quidem agresti vir ingenio, quo consule erupit prima Catilinæ conjuratio, in qua eum, cum Cotta collega suo, interficere volebant socii conjurationis, Cn. Piso, Catilina, et Antonius.

[o] *Aut ego*] Cicero alteram conjurationem oppressit, de qua dictum est in Orat. contra Catilinam.

[p] *Si cessissem*] Tempori videlicet, et armis Clodianorum.

[q] *Neque se*] Polliciti fuerant Piso, Cæsar, et Gabinius suam opem Clodio, si quid a Cicerone susceptum fuisset pro republica contra furiosum illum tribunum plebis.

[r] *Non eadem de repub.*] Cicero restitit Cæsari, quando tulit legem de dividendo agro Campano.

[s] *Cum proximis*] Duumviros creavit Pisonem socerum suum, et generum Pompeium: unde eum, ut ait Orat. de Provinc. Consul. rogavit ut quinqueviratum acciperet, et in tribus sibi conjunctissimis consularibus esse vellet.

[t] *Rescinderentur*] Prætores Mum-

quar plura? si tantum ille in me esse uno roboris et virtutis putavit, ut ea,[2] quæ ipse gesserat, conciderent, si ego restitissem; cur ei non ignoscam, si anteposuit suam salutem meæ?[u] 80. Sed præterita omitto:[3] me ut Cn. Pompeius omnibus suis studiis, laboribus, vitæ periculis complexus est, cum municipia pro me adiret, Italiæ fidem imploraret, P. Lentulo consuli, auctori salutis meæ,[x] frequens assideret, senatui sententiam præstaret,[y] in concionibus non modo se defensorem salutis meæ, sed etiam supplicem pro me profiteretur; hujus voluntatis eum, quem multum posse intelligebat, mihi non inimicum esse cognorat, socium sibi et adjutorem C. Cæsarem adjunxit. Jam vides, me tibi non inimicum, sed hostem;[4] illis, quos describis, non modo non iratum, sed etiam amicum esse debere? quorum alter, id quod meminero semper, æque mihi fuit amicus, ac sibi; alter, id quod obliviscar aliquando, sibi amicior,[5] quam mihi.[z] 81. Deinde hoc ita fit, ut viri fortes, etiamsi[6] ferro inter se cominus decertarint, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque ponant. Atqui me ille odisse nunquam[7] potuit, ne

Græv. Grut. seqq.—2 Taurin. omittit *ea*. Mox, *cur ego non ignoscam* Taurin. T, Ven. 1480. Junt. *cur non ignoscam* C H S χ, edd. pleræque ante ed. 1584. etiam Faërn. et Lamb. 1566.—3 *Sed prælerea mitto* Orell. e cod. Taurin. Mox, *omnibus studiis suis* in eodem cod. Paulo post, *consulis auctori* C. Pro *senatui* Taurin. habet *senatus*.—4 *Jamne vides* Lamb. *Jam vides m. t. n. inimicum* desunt in T. *sed etiam hostem* idem cod. Statim, *modo* deest in eodem. Deinde, *quod meminero s. æque m. f. a. ac s. a. id quod* desunt in eodem codice; *amicus* deest in C H S χ, Rom. Venet. 1483. *mihi amicus fuit* Taurin.—5 Taurin. *sibi aliquando amicior;* H T *aliquando sibi amicitior*.—6 H *etsi*. C H S χ omittunt *inter se*. Actutum, *quo minus decertavit* χ. *cominus decertant* C T. Deinde, *armisque deponant* Taurin.—7 *Neque me ille odisse unquam* Taurin. Erf. Pith. Orell. *Atque me i. o. nunquam* Regg. ap. Lall. C H S T.

NOTÆ

mius et Domitius volebant abolere omnia Cæsaris acta in consulatu.

[u] *Si anteposuit suam salutem meæ*] Maluit Cæsar, ut abiret in exilium Cicero, quam acta sua rescinderentur.

[x] *Auctori salutis meæ*] Lentulus consul retulit ad senatum de Cicerone revocando.

[y] *Sententiam præstaret*] Id est, cum esset paratus ad sententiam de me libere dicendam.

[z] *Sibi amicior, quam mihi*] Loquitur de Cæsare.

Digitized by Google

tum quidem, cum dissidebamus. Habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem nosti,[a] ut viros fortes species ejus et pulchritudo etiam in hoste posita[8] delectet. XXXIII. [*p.* 97.] Equidem dicam ex animo, patres conscripti, quod sentio, et quod vobis audientibus sæpe jam dixi. Si mihi nunquam amicus C. Cæsar fuisset, sed semper[1] iratus; si aspernaretur amicitiam meam, seseque mihi implacabilem inexpiabilemque[b] præberet; tamen ei, cum tantas res gessisset, gereretque quotidie, non amicus esse[2] non possem: cujus ego imperio non Alpium vallum[a] contra ascensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam,[b] gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus objicio et oppono. 82. Perfecit[3] ille, ut, si montes resedissent,[c] amnes exaruissent, non naturæ præsidio, sed victoria sua, rebusque gestis, Italiam munitam haberemus. Sed, cum me expetat,[4] diligat, omni laude dignum putet; tu me a tuis inimicitiis ad simultatem revocabis? sic tuis sceleribus reipublicæ præterita fata refricabis?[d] quod quidem tu,[5] qui bene nosses conjunctionem meam et Cæsaris, eludebas, cum a me, trementibus

[a] *Cujus ne nosti quidem faciem externam.* [b] *Inexorabilem.* [c] *Plani essent.* [d] *Renovabis.*

ne tu quidem C.—8 Voc. *posita* deest in χ.

Cap. XXXIII. 1 Taurin. Schutz. Orell. *si semper.* Mox, *si semper aspernaretur a. m. seque mihi* Taurin. Verba, *seseque mihi i. i. p. t. ei c. t. res gessisset* desunt in T. Pro *inexpiabilemque* ed. 1584. et Grut. habent *inexplicabilemque;* C S *inexpiabilem.* Hæc vox deest in χ. *præberet tantum ei* C S χ.—2 Verbum *esse* deest in C. *imperium* Taurin. et H. *vallium* χ. unde Lamb. conj. *cujus ego imperium non A. v. ascensui transgressionique.*—3 *Profecit* χ. *ut si mentes* C T *residissent* Erf. Erl. Schutz. Orell. Vid. Goërenz. Fin. III. 3. *amnes exhaurissent* C T χ.—4 C T χ *expectat.* Mox, *tu me tuis inim.* conj. Garat. *ad simultatem C. Cæsaris* suspic. Lamb. in ed. 1566. *tu tuis sceleribus, &c.* Schutz. *sic tuis sc. præsentibus præterita facta* Lamb. in ed. 1566. *facta* etiam C T.—5 C H S χ *cum tu;* T *cum*, omisso pronomine *tu.* Paulo post, *non requirebas* Junt. *Quam quidem tu, qui bene nosses, conjunctionem meam et*

NOTÆ

[a] *Alpium vallum*] Italia Alpibus tanquam vallo munitur; quod ei a natura concessum est.

[b] *Rheni fossam*] Galli a Germanis per Rhenum fluvium separantur.

Digitized by Google

omninò labris, sed tamen, cur tibi nomen non deferrem,[a] requirebas.[c] Quanquam, quod ad me attinet,

'Nunquam istam imminuam curam inficiando tibi;'[f] [d] tamen est mihi considerandum, quantum illi,[6] tantis reipublicæ negotiis tantoque bello[e] impedito, ego, homo amicissimus, solicitudinis atque oneris imponam: nec despero tamen, quanquam languet juventus,[f] nec perinde,[7] atque debebat, in laudis et gloriæ cupiditate versatur, futuros aliquos, qui abjectum hoc cadaver consularibus spoliis nudare[g] non nolint,[8] præsertim tam afflicto, tam infirmo, tam enervato reo; qui te ita gesseris, ut timeres, ne indignus beneficio[h] videreris, nisi ejus,[i] a quo missus eras, simillimus extitisses.

XXXIV. 83. An vero tu parum[k] putas investigatas[1] [l]

[a] *Non facerem te reum.* [f] *Nunquam liberabo te ab hac cura.*

Cæsaris elud. &c. conj. Schutz.—6 Cod. χ *ille*.—7 Lamb. *proinde*. Pro *debebat*, quod servant Erf. Pith. C H S T, Græv. Schutz. Orell. ceteri et codd. et edd. habent *debeat*. Tum *versetur* plerique codd. et edd. ante Manut. præter Venet. 1480. et Junt.—8 C H χ *non nolit;* S *omnino nolit*. Statim, *tam afflicto, tam opimo, tam infimo* Erf. Pith. C H T. *tam a. tam oppimo, tam infimo* S. *tam a. tam opimo quam infimo* χ. Idem cod. paulo post, *extitisset*.

Cap. XXXIV. 1 C a m. sec. *investigatum;* χ *investigasse*. Pro *esse*, quod deest in S, *causæ* exhibent H χ. Paulo infra, *odorantes gressus tuos* C H S χ.

NOTÆ

[c] *Requirebas*] Credebat Piso, Ciceronem, metu generi sui Cæsaris, deterritum fuisse a suo nomine deferendo.

[d] *Inficiando tibi*] Versus est Accii poëtæ in Atreo.

[e] *Tantoque bello*] Bellum tunc in Gallia contra Britannos et Germanos gerebat Cæsar.

[f] *Languet juventus*] Accusabant potissimum juvenes, in quibus hæc laus jam frigere videbatur.

[g] *Consularibus spoliis nudare*] Minatur judicium repetundarum pecuniarum quas Piso proconsul ex Macedonia abstulit.

[h] *Indignus beneficio*] Macedonia provincia Pisoni decreta fuit a Clodio, quasi beneficium et merces, pro Ciceronis exilio.

[i] *Nisi ejus*] Non decrevisset Pisoni Clodius Macedoniam, nisi ei suis sceleribus simillimus fuisset.

[k] *An vero tu parum*] Ostendit jam Cicero, non deesse crimina propter quæ possit in judicium appellari.

[l] *Investigatas*] Innuit satis esse cognita Pisonis scelera, ob quæ comparari contra eum possit accusatio.

Digitized by Google

esse a nobis labes imperii tui, stragesque provinciæ? quas quidem nos, non vestigiis odorantes[m] ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis et cubilibus[n] persecuti sumus. Notata[2] a nobis sunt, et prima illa scelera in adventu, cum, accepta pecunia a Dyrrachinis[o] ob necem hospitis tui Platoris,[p] ejus ipsius domum evertisti, cujus sanguinem addixeras,[a] eumque, servis symphoniacis[q] et aliis muneribus acceptis, timentem, multumque dubitantem confirmasti, et Thessalonicam[r] fide tua venire jussisti; quem ne majorum quidem more supplicio affecisti, cum miser ille securibus hospitis[s] sui cervices subjicere gestiret; sed ei medico,[t] quem tecum eduxeras,[3] imperasti, ut venas hominis incideret; 84. cum quidem tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris, Pleuratus, ejus comes;[b] quem necasti verberibus, summa senectute confectum. Idemque tu Rabocentum,[4] Bessicæ gentis principem, cum te trecentis

[a] *Cujus vendideras vitam.*
[b] *Adjunxisti ad mortem Platoris mortem Pleurati.*

—2 *Notanda* C H S T χ. *tum accepta* C H. Mox, *domum everristi* Manut. probante Schutz. Pro *addixeras* χ habet *adduxeras.* Deinde, *accepisti trementem* Erf. Pith. Verba, *timentem m. dubitantem* desunt in χ. *timentem et multum dub.* C H S, et edd. ante Faërn. Denique *jussistique ne, &c.* C.—3 C H S T, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. *quem tecum tu eduxeras;* χ *tecum tu eduxeras,* omisso *quem.* Statim, *tu v. hominum ocininis cideret* T. *tum quidem* C H S T χ, Ald. Faërn. seqq. *cum equidem* Pall. Grut. Græv. *cum quidem* servant Venet. 1480. Junt. Lamb.—4 *Rabacentum* T. *Bissicæ* C. *cum tu* nonnulli codd. et ed. 1584. Mox, Garat. scribendum censet *Coto,* vel *Cotyi;* C H S

NOTÆ

[m] *Vestigiis odorantes*] Metaphora a belluis, quæ ex vestigiis et volutationibus suis deprehenduntur.

[n] *Cubilibus*] Cubilia dicuntur illa loca ubi delitescunt belluæ, et quasi stabulantur.

[o] *Dyrrachinis*] Dyrrachium urbs in Macedonia ad mare Adriaticum, unde solvitur in Italiam: olim Epidamnus vocabatur, nunc *Durazzo.* Hic Cicero tempore sui exilii commoratus est, donec senatusconsulto revocaretur.

[p] *Platoris*] De hoc dictum est in Orat. de Harusp. Responsis.

[q] *Servis symphoniacis*] Servos illos acceperat a Platore.

[r] *Thessalonicam*] Thessalonica urbs Macedoniæ, olim sedes proconsulis.

[s] *Securibus hospitis*] Supplicia hæc consueta apud Romanos fuere, crux, securis, et dejectio de rupe.

[t] *Ei medico*] Medicum pro chirurgo dicit.

Digitized by Google

talentis regi Cotto[u] vendidisses, securi percussisti; cum ille ad te legatus in castra venisset, et tibi magna præsidia et auxilia a Bessis peditum equitumque polliceretur:[5] neque eum solum, sed etiam ceteros legatos, qui simul venerant; quorum omnium capita regi Cotto vendidisti. Denseletis[x] (quæ natio, semper obediens huic imperio, etiam in illa omnium barbarorum[y] defectione[6] Macedonica, C. Sentium prætorem tutata est) nefarium bellum et crudele intulisti; eisque cum fidelissimis sociis uti posses, hostibus uti acerrimis maluisti: ita perpetuos defensores Macedoniæ, vexatores ac perditores[7] effecisti. Vectigalia nostra perturbarunt, urbes ceperunt, vastarunt agros, socios nostros in servitutem abduxerunt, familias abripuerunt, pecus abegerunt; Thessalonicenses, cum oppido desperassent, munire arcem coëgerunt. XXXV. 85. [*p.* 98.] A te Jovis Urii[1 z] fanum antiquissimum barbarorum sanctissimumque direptum est. Tua scelera Dii immortales in nostros milites expiaverunt; qui cum uno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset; dubitabat nemo, quin violati hospites,[a] legati necati,

Coddo.—5 C *polliceret.* Mox, *Coddo* T. *Coccho* C H S.—6 Cod. χ *defensione.* Actutum, *Macedoniam, C. Sentio prætore* Orell. de Garatoni sententia. *Macedoniam* est de conj. sed *C. Sentio prætore* firmant codd. multi, et Venet. 1480. *C. Sextio prætore* C χ. *C. Sextio practore* H S T.—7 Erf. *prædatores.* Mox, *nostra* deest in χ. *nostra perturbasti* C. Tum, *in servit. adduxerunt* C H T χ. *fam. arripuerunt* C H S T χ. Denique, *arcem munire coëgerunt* Lamb.

CAP. XXXV. 1. Ita de Turnebi conjectura Grut. et seqq. *Jovis Velsuri* edd. vett. etiam Faërn. et Lamb. *Jovis vel Suri* C H S T χ, Erf. Pith. Pal. 2. *Jovis Surii* multi codd. ap. Græv. Paulo post, *Hæc tua scelera, Dii immortales! in nostros milites expetiverunt* de Ernesti conjectura Schutz. Re-

NOTÆ

[u] *Regi Cotto*] Cottus, aut Cotys, nomen fuit regum Thraciæ, ut Arsaces Persarum, teste Livio.

[x] *Denseletis*] Denseleti, cum initio pacem ingenti pecunia emissent a Romanis, bello lacessiti, acerrime sese ulti sunt.

[y] *Barbarorum*] Cum Thraces in Macedoniam incurrissent, atque eam essent populati, Sentium, ut Sigonius ait, Denseleti tutati sunt, a quibus illi barbari superati sunt.

[z] *Jovis Urii*] Jupiter Urius a secundo vento dictus est, cui, in faucibus ponti Euxini templum positum fuisse scribit Turnebus Advers. XXI. 15.

[a] *Violati hospites*] Plator, ut supe-

Digitized by Google

pacati atque socii nefario bello lacessiti,[a] fana vexata, hanc tantam efficerent vastitatem. Cognoscis ex particula parva[3] scelerum et crudelitatis tuæ genus universum.

86. Quid avaritiæ, quæ criminibus[4] infinitis implicata est, summam nunc explicem? Generatim ea, quæ maxime nota sunt, dicam. Nonne sestertium centies et octogies,[5] [b] quod, quasi vasarii nomine,[c] in venditione mei capitis[d] ascripseras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu[*] reliquisti? Nonne, cum CC talenta[6] [e] tibi Apolloniatæ[f] Romæ dedissent, ne pecunias creditas solverent, ultro Fufidium, equitem Romanum, hominem ornatissimum, creditorem, debitoribus suis addixisti?[g] Nonne, hyberna cum legato præfectoque[7] tradidisses, evertisti miseras funditus civitates; quæ non solum bonis sunt exhaustæ, sed etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierunt? Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honorarii?[h] si

[*] *Fœnore.*

futarat jam Ernesti. Pro *affligerentur* χ habet *afficerentur*.—2 Cod. χ *legati negati . . . lacessit.*—3 Ven. 1480. Lamb. 1566. Orell. *particula perparva.* C H S *et crud. suæ.*—4 T *qua ex criminibus.*—5 Idem cod. *sestertium octogesies.*—6 Tres codd. ap. Græv. *C talenta.* C H S χ *tibi Apollinatæ;* T *tibi Apollinates.* Mox *dedidissent ne . . . Fusidium* χ.—7 H *præfecto;* Erf. Pith. Græv.

NOTÆ

rius dictum est, ab eo interfectus est, in eoque jus hospitii a Pisone violatum est. Hospites autem violare, summum apud veteres scelus fuit.

[b] *Sestertium centies et octogies*] Quadringenta quinquaginta millia aureorum, quorum quilibet valet sexaginta duodenarios.

[c] *Vasarii nomine*] Ea omnia 'vasarii' nomine dicebantur, quæ magistratibus in provinciam ituris, ad eorum usus domesticos ex ærario concedebantur.

[d] *In venditione mei capitis*] Pactionem fecerat cum Pisone Clodius, ut si perderet Ciceronem, pecunia illi ex ærario in sumtum exercitus attribueretur.

[e] *CC talenta*] Gallicorum nummorum millia centum viginti efficiunt.

[f] *Apolloniatæ*] Apollonia urbs est Illyrici.

[g] *Addixisti*] Addici proprie bona dicuntur, cum prætor aut secundo decreto bonorum possessionem largitur, hoc est, possidere jubet; aut cum ejus bona, qui judicatum facere non potest, petitori attribuit. At Piso non creditoribus bona debitorum, sed creditorum bona debitoribus addixit, quia milites ad domum Fufidii, ad hyberna missi sunt.

[h] *Honorarii*] Honorarium frumentum intelligit, quod gratis et honoris causa prætoribus provinciarum dabatur.

Digitized by Google

quidem potest vi et metu extortum,[8] honorarium nominari; quod cum peræque omnes, tum acerbissime Bœotii,[i] et Byzantii,[k] Cherronenses,[l] Thessalonica sensit: unus tu dominus, unus æstimator, unus venditor, tota in provincia, per triennium, frumenti omnis fuisti. XXXVI. 87. Quid ego[1] rerum capitalium quæstiones,[d] reorum pactiones,[m] redemtiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? tantum locum aliquem cum mihi notum[2] senseris, tecum ipse, licebit, quot in eo genere, et quanta sint crimina, recordere. Quid? illam armorum[3] officinam ecquid recordaris, cum omni totius provinciæ pecore compulso,[e] pellium nomine,[n] omnem quæstum illum domesticum paternumque renovasti?[o] Videras enim grandis jam puer, bello Italico,[p] repleri quæstu vestram domum, cum pater armis faciendis tuus præfuisset. Quid? vectigalem provinciam,[q] singulis rebus, quæcumque veni-

[d] *Judicia capitalia.* [e] *Coacto.*

Schutz. Orell. *præfectoque tuo.* Statim, *emersisti miseras* χ.—8 Voc. *extortum* deest in H. Paulo post, *Cherronesenses* solus Lamb. Deinde, *per triennium* [lacuna] *omnis* C. *triennium omnis* χ nullo spatio relicto.

CAP. XXXVI. 1 *Quid ergo* χ. Mox, *pactiones, rerum demtiones* Erf.—2 Codd. Faërni, Erf. Ven. 1480. Junt. Faërn. Lamb. *notum esse;* C H S T χ *notum est.* Statim, *recordari* H. *recordare* Erf. C S T χ.—3 Pith. *mar-*

NOTÆ

[i] *Bœotii*] Bœotii populi olim stupiditate sua male audierunt; a Bœotia regione in finibus Græciæ dicti, et hæc a bove, cujus ductu huc Cadmus pervenit.

[k] *Byzantii*] Byzantii a Byzantio Thraciæ civitate sic dicti; quæ Constantinopolis a Constantino postea nuncupata est.

[l] *Cherronenses*] Cherronesus hæc in Thracia fuit ad Pontum Euxinum.

[m] *Reorum pactiones*] Conveniebat cum reis de pecunia, qua se redimerent a judicio.

[n] *Pellium nomine*] Pellibus officinæ, in quibus arma fiebant, tegebantur, sicut etiam papiliones, loricæ, clypei.

[o] *Paternumque renovasti*] Initio hujus Orationis vocat eum furacissimi hominis filium.

[p] *Bello Italico*] Bellum illud Italicum Marsicum, seu Sociale, dictum est, quod a populis anno urbis 663. excitatum est, petentibus jus civitatis.

[q] *Vectigalem provinciam*] Macedonia provincia libera erat, et immunis, et eam reddidit vectigalem Piso.

Digitized by Google

rent, certo portorio [r] imposito, servis tuis publicanis [4] a te factam esse meministi? 88. quid? centuriatus [5] [s] palam venditos? quid? per tuum servulum [t] ordines assignatos? quid? stipendium militibus [u] per omnes annos a civitatibus, mensis palam propositis, [x] esse numeratum? quid illa in Pontum [6] profectio [y] et conatus tuus? quid debilitatio atque abjectio animi tui, Macedonia prætoria [z] nuntiata, cum tu non solum, quod tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur, exsanguis et mortuus concidisti? quid quæstor ædilicius rejectus? [a] præpositus [7] legatorum tuorum optimus abs te quisque violatus? tribuni militum non recepti? M. Bæbius, vir

marum. C S *et quid rec.*—4 Hotom. conj. *publicis*, dubitanter tamen.—5 Abramius conj. *centurionatus.* Paulo post, *τὸ esse* suspectum est Ernestio et Garat.—6 *Ponto* χ. *Pontu* C. Mox, *objectio animi* C H S T. Verba, *sed quod G. non succederetur* desunt in χ.—7 Cod. χ *propositus.* 'Locus corruptus.' *Orell.* Idem Orell. conj. *Quid? quæstor rejectus? ædilicius præpositus?* Junt. exhibet *Quid? quæstor ædilicius rejectus? præpositus legatorum tuorum turpissimus, optimus quisque abs te, &c.* Naug. Steph. ed. 1584. sic, nisi quod *abs te quisque.* Lamb. 1566. *Quid? q. æ. rejectus: turpissimus homo præpositus? legat. &c.* margo ed. 1584. *præpositus homo turpissimus.* Ed. Ven. 1480. omittit *quæstor.* Deinde, *tribuni militares* Erf. Pith. Ven. 1480.

NOTÆ

[r] *Certo portorio*] Portorium vectigal dicitur, quod pro exportandis mercibus solvitur. Unde qui hoc vectigal publicani redemerunt, portitores dicebantur.

[s] *Centuriatus*] Arguit Pisonem, quod dignitates militares, quæ militum virtuti gratis dabantur, vendiderit. Centuriones vero sex in qualibet erant cohorte: cohortes vero decem in legione.

[t] *Per tuum servulum*] Piso dedit servo suo potestatem ordines assignandi, quæ tantum penes tribunos esse debuit.

[u] *Stipendium militibus*] Stipendium militum ex ærario accipiebatur, quod sibi retinuit Piso: et aliud militibus persolvi imperabat.

[x] *Mensis palam propositis*] Mensas argentariorum proponi in foris et locis publicis jussit, ut militibus stipendium numeraretur.

[y] *In Pontum profectio*] Irruptionem in Pontum, ad prædandam illam provinciam, fecit; unde turpiter cum multa suorum clade repulsus est.

[z] *Macedonia prætoria*] Ut ab hac provincia revocaretur Piso, facta est prætoria; ut statim in illam illius anni prætores proficiscerentur.

[a] *Quæstor ædilicius rejectus*] Piso rejecit quæstorem, qui ædilis fuerat, et ei prætulit unum ex legatis, qui omnium esset turpissimus, et quem sibi quæstorem esse, quam illum ædilicium maluit. Licet autem sorte quæstores obvenirent, si grati proconsulibus non essent, ab eis tamen rejici poterant.

Digitized by Google

fortis, interfectus jussu tuo? 89. Quid? quod tu toties, diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti? quod populari illi sacerdoti[b] sexcentos ad bestias[c] amicos sociosque misisti?[8] quid? quod, cum sustentare vix posses mœrorem tuum, doloremque decessionis, Samothraciam[d] te primum, post inde Thasum[e] cum tuis teneris saltatoribus, et cum Autobulo, Athamante, et Timocle, formosis fratribus, contulisti? Quid? quod, cum inde[9] te recipiens, in villa Euchadiæ, quæ fuit uxor Exegisti, jacuisti mœrens aliquot dies; atque inde obsoletus[a] Thessalonicam, omnibus inscientibus, noctuque venisti? qui, cum concursum[10] plorantium,[f] ac tempestatem querelarum ferre non posses, in oppidum devium Berœam[g] profugisti: quo in oppido cum tibi spe

[a] *Sordidus.*

Junt. Orell. probante Garat.—8 '*Amicos socios, stipendiariosque misisti*] Post *amicos* vide ne exciderit *populi Romani*. *V. stipendiariosque* addidi ex Ascon. uti volebant Manut. et Garat. *sociosque misisti* codd. et edd. omnes. Ceterum mirum nisi totum hoc membrum loco suo motum fuerit, subjungendumque sit illis, *interfectus jussu suo? Quid? quod populari . . . misisti? Quid? quod tu toties*,' &c. Orell. Actutum, *quid?* uncis inclusit Orell. Pro *quod* T habet *tum*. Pro *decessionis* C H S *decensionis*; χ *dissentionis*. Tum *post* deest in C H S χ, edd. vett. Faërn. Lamb. receptum erat e codd. et Ven. 1480. a Garat. et seqq. *Tharsum* C H S, edd. vett. *Tarsum* T χ, et al. vett. *Antobulo* C H S χ, Faërn. *Antobole* T. *Thymocle* C S. *Clymode* χ.—9 *Quid? cum inde* C H S T χ. *Quod inde* Garat. et Orell. Pro *Exegisti*, quod habent C H S T, alii codd. et edd. fere omnes ante Schutz. qui *Exacisti* edidit, *Execisti* Garat. et Orell. *in villa Leucadia, quæ fuit uxoris Ægisthi* de Turnebi sententia Lall. Statim, *atque* omittunt Ven. 1480. Junt.—10 T *quid cum concursum;* Lamb. *quod, cum concursum*. Pro *profugisti*, quod servant C χ, Erf. Pal. 2. *perfugisti* exhibent H S T, Lamb. et al. ante Grut. Paulo post, *sæpe falsa* χ.

NOTÆ

[b] *Populari illi sacerdoti*] Sacerdotem Clodium vocat, quia in operta Bonæ Deæ irrepserat vestitu muliebri, ubi matronæ pro pop. Rom. facere sacra consueverant.

[c] *Ad bestias*] Piso e sua provincia multos misit, qui cum bestiis pugnarent in iis ludis, quos Publii Clodii amici populo præbebant. Arguit autem Pisonem crudelitatis et perfidiæ, quod ad id et socios et amicos populi Romani miserit.

[d] *Samothraciam*] Samothracia insula est in mari Ægæo, juxta Lemnon.

[e] *Thasum*] In eodem mari Ægæo insula.

[f] *Concursum plorantium*] Eos designat qui vexati fuerant a Pisone.

[g] *Berœam*] Berœa Macedoniæ urbs, Thessalonicæ proxima.

Digitized by Google

falsa, [*p.* 99.] quod Q. Ancharium[h] non esse successurum putares, animos rumor inflasset; quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti? XXXVII. 90. Mitto aurum coronarium,[1] [i] quod te diutissime torsit, cum modo velles, modo nolles: lex enim generi tui[k] et decerni et accipere[2] vetabat, nisi decreto triumpho. In quo tu, accepta tamen et devorata pecunia,[3] ut in Achæorum[l] centum talentis, evomere non poteras:[m] vocabula tantum[n] pecuniarum, et genera mutabas. Mitto diplomata[o] tota in provincia passim data: mitto numerum navium, summamque prædæ:[b] mitto rationem exacti imperatique frumenti:[p] mitto[4] ereptam libertatem populis, ac singulis, qui erant affecti præmiis nominatim, quorum nihil est,

[b] *Magnamque prædam.*

CAP. XXXVII. 1 C H S χ *coronarum.*—2 Ita C H S T, codd. Faërni, Faërn. Lamb. Græv. Schutz. Orell. *et te accipere* Grut. et al. ante Faërn.—3 Schutz. de Abramii conj. *acceptam t. et devoratam pecuniam.* Actutum, *ut in Achorum* C H. *Utinachorum* S χ, edd. pleræque, etiam Junt. *Utinavorum* T. Hinc Ald. Faërn. Lamb. 1566. *pecunia Utinachorum, centum talenta evomere.* S habet *talenta.* Mox, *tantum et pecun.* χ.—4 Verbum *mitto* h. l. deest in C H S χ. Paulo post, *ne fieri possit, sanc. &c.* C H S χ, alii codd. Rom. Ven.

NOTÆ

[h] *Ancharium*] Ancharius successor Pisonis in provincia Macedonia.

[i] *Aurum coronarium*] Aurum coronarium dicitur, quod a victis gentibus datur. Imponebant autem illud imperatores propter concessam vitam; vel ut ait Gellius, v. 6. 'Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Hæ antiquitus e lauro erant, postea fieri ex auro cœptæ.'

[k] *Lex enim generi tui*] Lex Julia, lata a Julio Cæsare, vetabat, ne cui, qui in provincia cum potestate imperiove esset, pecuniam capere, conciliare liceret; extra quam si ad monumentum, templumve capiat.

[l] *Ut in Achæorum* [*Utinachorum*] Non reperio geographum aliquem aut historicum qui de illis populis mentionem faciat. Putat Turnebus *Achæorum* legendum esse. Certe in Oratione de Provinciis Consul. § 5. ait 'Achæos ingentem pecuniam Pisoni pendere quotannis.'

[m] *Evomere non poteras*] Metaphora, id est, rependere illam pecuniam quam a provincia abstulerat.

[n] *Vocabula tantum*] Pecuniam acceptam non coronarium aurum, sed alio nomine appellabat.

[o] *Mitto diplomata*] Diplomata edicta sunt et mandata principum regio signo sancta. Nos vulgo dicimus patentes literas.

[p] *Imperatique frumenti*] Frumentum imperabantur dare provinciales ad alendum exercitum proconsulis.

Digitized by Google

quod non sit lege Julia, ne fieri liceat, sancitum diligenter. 91. Ætoliam,[q] quæ procul a barbaris disjuncta[5] gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur, (o Pœna, o Furia sociorum!) decedens, miseram perdidisti. Arsinoën,[r] Stratum,[s] Naupactum,[6 t] ut modo tute indicasti, nobiles urbes atque plenas, fateris ab hostibus esse captas: quibus autem hostibus? nempe iis, quos tu, Ambraciæ[7 u] sedens, primo tuo adventu ex oppidis Agrinarum[x] atque Dolopum[y] demigrare, et aras et focos relinquere coëgisti. Hoc tu in exitu, præclare imperator, cum tibi ad pristinas clades accessio fuisset Ætoliæ repentinus interitus, exercitum dimisisti; neque ullam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quam numerum tuorum militum reliquiasque cognoscere.[8] XXXVIII. 92. Atque, ut duorum Epicureorum[z] similitudinem in re militari imperioque videatis; Albucius, cum in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est; hic cum similem exitum spectaret,[1]

1483. *sanctum* codd. aliquot Faërni, probante Lamb.—5 C H S T χ *disjuncta est.*—6 Ita e uno cod. et Turnebi conj. Grut. seqq. *Arsinoam Thracum, Neopactum* C H S, edd. vett. etiam Faërn. et Lamb.—7 *Ambrachiæ* C H S χ. *sedens præmio tuo* C. *Aggrinarum* C H S T, Faërn. et Lamb. 1566. *Agrianum* Turneb. *Agræorum* margo ed. 1584. Statim, *focos derelinquere* χ.—8 Lall. conj. *cognosci.*

Cap. XXXVIII. 1 Codd. Faërni, edd. Faërn. Lamb. Orell. *exitum expectaret;* C H χ *exitium expectaret;* Faërni cod. unus *expectaret exitum.* Pro *eaque* C H S T χ habent *ea.* Paulo post, *præposteris imperator a. o. cæsaris* χ.

NOTÆ

q *Ætoliam*] Ætolia Achaiæ regiuncula est, Epiro, Acarnaniæ, et Locris finitima.

r *Arsinoën*] Ætoliæ oppidum est Arsinoë.

s *Stratum*] Urbs Acarnaniæ, quam et Stratopolim Diodorus nominat.

t *Naupactum*] Naupactum, seu Naupactus, urbs Ætoliæ, et regionis caput in ora sinus Corinthiaci.

u *Ambraciæ*] Ambracia civitas Thesprötiæ, quam Augustus Nicopolim a victoria nominavit, quando vicit Antonium.

x *Agrinarum*] Turnebus *Agrianum* legit; populi, qui et Agræi dicuntur in Pæonia.

y *Dolopum*] Dolopes Thessaliæ populi, ut vult Stephanus: Plinius eos Ætoliæ annumerat, et Epiro Ptolemæus.

z *Duorum Epicureorum*] Intelligit Albucium et Pisonem. De Albucio vide Orat. de Provinciis Consul. § 15.

Digitized by Google

in Macedonia tropæa posuit:[a] eaque, quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes insignia et monumenta esse voluerunt, noster hic præposterus imperator, amissorum oppidorum, cæsarum legionum, provinciæ præsidio et reliquis militibus orbatæ, ad sempiternum dedecus sui generis et nominis, funesta[2] indicia constituit; idemque, ut esset, quod in basi tropæorum inscribi incidique posset, Dyrrachium ut venit, decedens, obsessus est ab iis ipsis militibus, quos paulo ante Torquato respondit, beneficii causa ab se esse dimissos:[b] quibus cum juratus[3] affirmasset, se, quæ deberentur, postero die persoluturum, domum se abdidit: inde nocte intempesta, crepidatus,[c] veste servili, navem conscendit, Brundisiumque vitavit, et ultimas Hadriani[4] maris[d] oras petivit: 93. cum interim Dyrrachii milites domum, in qua istum esse arbitrabantur,[5] obsidere cœperunt, et, cum latere hominem putarent, ignes circumdederunt. Quo metu[6] commoti Dyrrachini, profugisse noctu crepidatum imperatorem indicaverunt. Illi autem statuam, istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suavissimi hominis memoria moreretur, de-

—2 Ita Erf. Pal. 2. T, Grut. seqq. *funesta* omittunt C H S χ, Faërn. Lamb. et al. ante Grut. *indicia funesta* habet Junt. *judicia* C H T χ. *e judicia* S. Mox, pro *inscribi incidique*, quod exhibent C H S T χ, alii codd. cum edd. Ven. 1480. Junt. Faërn. Schutz. Orell. *incidi inscribique* Lamb. Græv. ceteri. —3 Cod. χ *iratus*.—4 *Adriatici* Lall.—5 C H S T χ *arbitrantur*.—6 *Quo motu*

NOTÆ

[a] *Tropæa posuit*] Tropæa quædam erant virtutis bellicæ monumenta, quæ, vel fusis, vel fugatis hostibus, ad gloriam victorum erigebantur. Primis temporibus fuerunt arborum trunci hostilibus armis vestiti, deinde e lapidibus excitata sunt. Ultimis vero Romanorum temporibus, quibus floruit imperatorum nomen et gloria, pro tropæis arcus magnifici, insculptis undequaque eorum victoriis, erecti sunt.

[b] *Beneficii causa abs se esse dimissos*] Quadruplex fuit missio, honesta, ignominiosa, gratiosa, causaria. Honesta, quæ emeritis stipendiis datur; ignominiosa, quæ datur in pœnam; gratiosa, quæ beneficii loco; causaria, quæ ob morbum.

[c] *Crepidatus*] Græci crepidis utebantur.

[d] *Hadriani maris*] Hadrianum, sive Adriaticum mare, ad Septemtrionem Italiam alluit, Inferum, sive Tyrrhenum, ad Meridiem.

Digitized by Google

turbant, affligunt, comminuunt, dissipant: sic odium, quod [7] in ipsum attulerant, id in ejus imaginem ac simulacrum profuderunt. 94. Quæ cum ita sint, non dubito,[8] quin, cum hæc, quæ excellunt, me nosse videas; non existimes, mediam illam partem, et turbam flagitiorum tuorum mihi esse inauditam. Nihil est, quod me hortere;[e] nihil est, quod invites;[9] admoneri me satis est; admonebit autem nemo alius, nisi reipublicæ tempus; quod mihi quidem magis videtur, quam tu unquam arbitratus es, appropinquare. XXXIX. Ecquid vides, ecquid sentis,[1] lege judiciaria[f] lata, quos posthac judices simus habituri? non æque legetur,[g] quisquis voluerit; nec, quisquis noluerit, non legetur: [*p.* 100.] nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad simulationem [2] conjicietur.[h] Judices judicabunt [3] ii, quos

C χ.—7 Ernesti conj. *sic quod odium.* Præpositio *in* ante *ipsum* deest in C H S χ.—8 C H S T χ, et Orell. *non enim dubito.* Mox *excellent* iidem codd. et edd. ante Ald. etiam Junt. Tum, *e turba* C H S, Rom. Ven. 1483.—9 '*Quæ cum ita sint: (non enim dubito . . . esse inauditam:) nihil est, q. m. hortere, nihil, quod invites*] Totum hunc locum, ut volebat Garat. constitui ex auctoritate codd. Oxon. omnium, et edd. ante Manut.' *Orell.* Statim, *satius est* Ernesti errore typogr. *admonebat* H. *videtur* deest in χ.

CAP. XXXIX. 1 *Et quid vides et quid sentis* C S T. Pro *simus* C S χ *simul;* T, Ven. 1480. Junt. *sumus.* Statim, *non enim legitur* de Turnebi conj. Lamb. in marg. ed. 1566. *non neque legitur* suspic. Ernesti. Verba *voluerit, nec quisquis* desunt in χ.—2 Schutz. *simultatem,* contra codd. et edd. omnes. *conjicientur* C S T χ. *connitientur,* vel *conitietur,* alii codd. unde Faërn. conj. *connitetur,* probante Garat. et Lamb. Hic suspic. *conferetur.*—3 Cod. χ *ju-*

NOTÆ

[e] *Nihil est, quod me hortere*] Ostendit Cicero nihil esse, quod Piso eum hortetur, ut ipsi litem intendat. Nondum tempus esse, quia fortasse Cæsar offensus esset, qui tunc gravissimis bellis in Gallia detinebatur.

[f] *Lege judiciaria*] Legem judiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone, tulit Aurelius Cotta prætor, qua communicata sunt judicia senatui, et equitibus Rom. et tribunis ærariis; rursus deinde Pompeius in consulatu secundo, quo hæc oratio dicta est, promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter, quam antea lecti judices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, res judicarent.

[g] *Non æque legetur*] Pompeius legi huic superiori addidit, ut quinque et septuaginta judicarent, et ex censu legerentur; adeo ut nemo posset se eximere a judicio, nec per gratiam aut fraudem se immittere.

[h] *Ad simulationem conjicietur* [*connitetur*] Translatum ab eo more, quo

Digitized by Google

lex ipsa, non quos hominum libido delegerit. Quod cum ita sit, mihi crede, neminem invitum invitabis;[4] [i] res ipsa, et reipublicæ tempus aut me ipsum, quod nolim,[k] aut alium quempiam, aut invitabit, aut dehortabitur.

95. Equidem, ut paulo ante dixi, non eadem supplicia esse in hominibus existimo, quæ fortasse plerique,[l] damnationes, expulsiones, neces: denique nullam mihi pœnam videtur[5] habere id, quod accidere innocenti, quod forti, quod sapienti, quod bono viro et civi potest. Damnatio ista, quæ in te flagitatur,[*] obtigit P. Rutilio,[m] quod specimen habuit hæc civitas[6] innocentiæ: major mihi judicum et reipublicæ pœna illa visa est, quam Rutilii. L. Opimius[n] ejectus est e patria,[7] is, qui prætor et consul maximis

[*] *Quæ exigitur in te.*

dicabantur.—4 Codd. et edd. ante Gryph. item Steph. Grut. Græv. Schutz. Orell. *neminem invitus invitabis;* Faërn. et Lamb. 1566. *neminem invitabis invitus;* Lamb. in marg. ed. 1584. *neminem invitabis invitum.* Lectio nostra est conjectura Hotomanni in ed. Gryph. 1550. recepta, probante Garat. unde sumsit Ernesti. Pro *nolim* C H S χ, Rom. Ven. 1483. habent *velim.* Deinde *aut* ante *invitabit* suspectum est Garatono.—5 Cod. χ *videbitur.* Idem mox omittit *quod forti.* Tum, pro *civi* C χ habent *cui;* T *civibus.*—6 Cod. χ *habuit hic hujus.* Statim, *major mihi indicium* C H S χ.—7 Ita codd. Faërni, Lamb. seqq. *a patria* C H S T χ, edd. vett. Præpositionem omisit Ascon. probante Garat. *consul maximus* χ. Tum, *periculis liberavit* C S. *sed iis* in iisdem codd. *sed his* H. *sceleris et consc.* Ascon. Erf. Pal. 2. Ven. 1480. Junt. *pœna remansit* C H S χ, Ascon. Rom. Ven. 1483. Faërn. Lamb. *pœna*

NOTÆ

lecti per gratiam, aut probitatis simulationem, judices conjiciebantur in numerum, id est, decuriabantur: quare aberit a judiciis omnis fraus, quæ specie probitatis et justitiæ committebatur.

[i] *Invitum invitabis*] Id dicit, quia Piso, quanquam invitus, Ciceronem invitabat ut ei litem intenderet.

[k] *Quod nolim*] Cicero non vult intendere Pisoni litem, ne Cæsari displiceat, quia socer ejus erat Piso.

[l] *Quæ fortasse plerique*] Subauditur 'existimant.' Damnationes, expulsionesque revera non sunt supplicia, quia viris bonis possunt accidere.

[m] *P. Rutilio*] Rutilius ab equitibus de repetundis pecuniis damnatus est, qui gravissime in eum erant offensi, quod Q. Mucii quæstor in Asia, provinciam a publicanorum fraudibus vindicaverat. Cicero in Bruto.

[n] *L. Opimius*] L. Opimius prætor Fregellas cepit: quo facto ceteros nominis Latini socios male animatos repressit. Consul Fulvium Flaccum consularem et triumphalem, et C. Gracchum tribunum, optimatibus in-

Digitized by Google

rempublicam periculis liberarat: non in eo, cui facta est injuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris ac conscientiæ pœna permansit. At contra bis Catilina absolutus:[8][o] emissus etiam[p] ille auctor tuus provinciæ, cum stuprum Bonæ Deæ pulvinaribus intulisset. Quis fuit in tanta civitate, qui illum incesto liberatum, non eos, qui ita judicarint,[9] pari scelere obstrictos arbitraretur? XL. 96. An ego expectem, dum de te quinque et septuaginta[q] tabellæ diribeantur;[1][r] de quo jam pridem omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum judicaverunt? Quis enim te aditu,[2] quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet? omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen a republica detestantur.[s] Legati, qui una fuere, alienati: tribuni militum[3] inimici: centuriones, et si qui ex tanto exercitu reliqui milites extant, non dimissi abs te, sed dissipati, te oderunt, tibi

permansit servant Erf. Pal. 2. T, Ven. 1480. Junt. Grut. seqq.—8 Lamb. in marg. ed. 1584. *est absolutus.* Mox, *provinciæ* omittunt C H S χ. *cum ad stuprum* iidem codd.—9 Ita C H S T χ, ed. Wald. Ven. 1480. Junt. Schutz. Orell. *judicarunt* ceteræ edd. etiam Faërn. et Lamb. Pro *obstrictos*, quod servant Erf. Pal. 2. Franc. Pith. C H S χ, Græv. Schutz. Orell. *astrictos* præbent edd. vett. Faërn. Lamb. Grut. *ascriptos* T.

Cap. XL. 1 Ita de Augustini conj. Faërn. Lamb. seqq. atque ita videtur habere cod. χ. *dirimantur* Orell. cum Sigonio de Indic. II. 22. *diripiantur* C H S T, et edd. ante Faërn.—2 C H S T χ *auditu.*—3 Orell. conj. *militares.*

NOTÆ

fensos, oppressit. Quod indigne ferentes equites, eum accusatum in exilium ejecerunt. Ita Asconius Pedian.

[o] *Bis Catilina absolutus*] Catilina repetundarum a Clodio adolescente accusatus est, cum rediit ex Africa; et incestus cum Fabia Vestali.

[p] *Emissus etiam*] Clodius evasit etiam judicium, a quo Piso Macedoniam obtinuit.

[q] *Quinque et septuaginta*] Lege Pompeia latum est, ut quinque et septuaginta judices causam cognoscerent, et sententiam ferrent tabula.

[r] *Diribeantur*] Id est, distribuantur, sive separentur; quod verbum non tantum in comitiis, sed etiam in judiciis usurpabatur. Diribebant vero in comitiis, quando suffragantes tabulas a refragantibus, et in judiciis, cum condemnantes ab absolventibus separabant.

[s] *Detestantur*] Omnes Pisonem, tanquam malum auspicium, detestabantur.

Digitized by Google

pestem [b] exoptant, te execrantur. Achaia [t] exhausta, Thessalia [u] vexata, laceratæ Athenæ,[x] Dyrrachium [y] et Apollonia [z] exinanita, Ambracia [4] [a] direpta, Parthini [b] et Bullienses [c] illusi, Epirus [d] excisa, Locri,[e] Phocii,[f] Bœotii [g] exusti, Acarnania,[h] Amphilochia,[i] Perrhæbia,[k] Athamanumque gens [l] vendita, Macedonia condonata [c] barbaris, Ætolia amissa, Dolopes, finitimique montani,[m] oppidis atque agris exterminati, cives Romani, qui in iis [5]

[b] *Mortem.* [c] *Concessa.*

Pro *extant*, quod exhibent ed. Wald. Ven. 1480. Schutz. Orell. *existunt* legitur in Junt. et ceteris ante Lamb. in Faërn. Grut. Græv.—4 *Ambrachia* C H S T χ. *Parthenum* C H S χ. *Parthenii* T. *Balienses* in eodem cod. *Bullidenses* Ursin. Lall. Pro *excisa* Lamb. legit *exscissa*. Idem Lamb. *Phocei*;

NOTÆ

[t] *Achaia*] Achaia Græciæ regio est, quæ a Septemtrione Thessalia terminatur.

[u] *Thessalia*] Thessalia regio et pars Macedoniæ est, cum ejusdem nominis oppido.

[x] *Athenæ*] Athenæ, Græciæ civitas, inter Macedoniam et Achaiam, in ea littorali regione, quæ olim Acta, deinde Attica, dicta est.

[y] *Dyrrachium*] Dyrrachium urbs est Macedoniæ mari Adriatico incumbens.

[z] *Apollonia*] Apollonia, quæ Taulantiorum dicitur, in Macedonia oppidum est ad Ionicum mare. Ita Ptolemæus.

[a] *Ambracia*] De ea superius dictum.

[b] *Parthini*] Populi Macedoniæ. Plin. III. 23.

[c] *Bullienses*] Macedoniæ populi, non procul ab Apollonia, quorum urbs Bulis dicitur in ea parte qua mari Adriatico adjacet.

[d] *Epirus*] Epirus regio est Græciæ finitima, Acheloo fluvio ad Ortum terminata, ad Occasum Acroceraunis montibus, ad Septemtrionem Macedonia, ad Meridiem Ionio mari.

[e] *Locri*] Locri isti Achaiæ populi sunt, qui a Pausania Ozolæ nominantur.

[f] *Phocii*] Achaiæ populi Bœotiam inter et Ætoliam.

[g] *Bœotii*] De his dictum est.

[h] *Acarnania*] Acarnania regiuncula et pars Epiri est, mersa medio sinu Ambracio. Vide Plin. II. 92.

[i] *Amphilochia*] Amphilochia urbs in Acarnania, vel in Ætolia, ut placet Straboni.

[k] *Perrhæbia*] Perrhæbe, vicus Thessaliæ, unde populi Perrhæbi, qui Lapitharum potentia fracti fugerunt in Ætoliæ montana Pindo monti proxima; quæ regio ab ipsis Perrhæbia dicta est. Ita Steph.

[l] *Athamanumque gens*] Athamanes ex Plin. IV. 2. Ætoliæ populi sunt.

[m] *Finitimique montani*] Mœsia montana a Septemtrione Macedonia terminatur.

Digitized by Google

locis negotiantur, te unum solum suum depeculatorem,[d] vexatorem, prædonem, hostem venisse senserunt. 97. Ad horum omnium judicia tot atque tanta domesticum judicium [n] accessit sententiæ [6] damnationis tuæ; occultus adventus, furtivum iter per Italiam, introitus in urbem desertus ab amicis, nullæ ad senatum e provincia literæ, nulla ex [7] trinis æstivis [o] gratulatio, nulla triumphi mentio: non modo quid gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte et seminario triumphorum, cum arida folia laureæ [8] retulisses; cum ea abjecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te 'fecisse videri' [p] pronuntiavisti: qui si nihil gesseras dignum honore; ubi exercitus? ubi sumtus? ubi imperium? ubi illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia? Sin autem aliquid sperare volueras, si [9] cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati fasces, quod illa tropæa, plena dedecoris [q] et risus, te commentátum esse [e] declarant; quis te miserior? quis te damnatior, qui neque scribere ad senatum, a te bene rem-

[d] *Latronem.* [e] *Cogitavisse.*

al. *Phocæi.*—5 Faërn. et Lamb. *qui in his.*—6 Voc. *sententiæ* de Ernesti conj. delevit Schutz. *accessit, et sententia* malit Orell.—7 Ita codd. aliquot, H. S T, Ven. 1480. Junt. Faërn. Lamb. seqq. *ex* omittunt alii codd. edd. vett. Ald. Hervag. Verba, *nulla ex trinis æstivis*, desunt in C χ, spatio relicto.—8 Erf. et Pith. *laurea.* Mox, *videris pronuntiavisti* C H S χ, Venn. 1480. 1483. Junt. *videri pronuntiasti* Erf. Faërn. Lamb. Orell. *de te sententiam tulisse videris, tum indicium pronuntiavisti* Ald. et al. ante Lamb.—9 Pith. C H S T χ, et edd. ante Hervag. omittunt *si.* Verba, *quod imperatoris n. q. l. fasces,* desunt in Schutz. errore typogr. Statim, *te commendatum esse* T. Verba, *quis te damnatior,* desunt in C H S χ.

NOTÆ

[n] *Domesticum judicium*] Judicium intelligit, quo se Piso condemnavit, cum sine comitatu, &c. in urbem introivit.

[o] *Trinis æstivis*] Per has voces designat tres annos, quibus Piso Macedoniam administravit sine ulla laude victoriæ.

[p] *Fecisse videri*] Verba sunt judicum, qui condemnabant. Non enim, cum reus damnabatur ab eis, fecisse dicebant, sed fecisse videri. Cicer. ad Att. lib. IV.

[q] *Tropæa, plena dedecoris*] De tropæis superius dictum est, § 92. plena autem, quæ sibi Piso erexit, dedecoris dicit, quia non victoriarum, quas reportavit, sed perditarum urbium fuere monumenta.

Digitized by Google

publicam esse gestam,[r] neque præsens dicere[s] ausus es? XLI. 98. An tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit, non eventis,[1] sed factis, cujusque fortunam ponderari, dicere audes, neque in tabellis paucorum judicum, sed in sententiis omnium civium, famam nostram fortunamque pendere? Te indemnatum videri putas, [*p.* 101.] quem socii,[t] quem fœderati,[u] quem liberi[x] populi, quem stipendiarii,[y] quem negotiatores, quem publicani, quem universa civitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui morbum[2] effugerunt, omni cruciatu dignissimum putant? cui non apud senatum, non apud ullum ordinem, non apud equites Romanos, non in urbe, non in Italia, maximorum scelerum venia ulla ad ignoscendum dari possit? qui se ipse oderit, qui metuat omnes, qui suam causam nemini committere audeat, qui se ipse[3] condemnet? 99. Nunquam ego[4] sanguinem expetivi tuum; nunquam illud extremum, quod posset esse impro-

CAP. XLI. 1 Cod. χ *non eventibus.* Mox, *dicere audes* delerunt Faërn. Lamb. Schutz. Orell. quasi gloss. probante Garat. Tum, *e tabellis* ... *e sententiis* Lamb.—2 Ita Erf. Pal. 2. C H S T χ, Grut. seqq. *mortem* edd. vett. Faërn. Lamb. Mox, pro *cui* χ habet *cujus.* Garat. suspic. *non apud eq. Ro. non apud ullum ord.*—3 *Qui se ipse* ... *qui se ipse* est conjectura Ernesti: *qui se ipsum* ... *qui se ipsum* edd. vett. *qui se ipsum* ... *qui se ipse* Erf. Schutz. Orell. *qui te ipsum oderis* ... *metuas* ... *tuam* ... *audeas* ... *qui te ipsum condemnes* Lamb.—4 C H S χ omittunt *ego.* Mox, iidem codd. *ac judicium.*

NOTÆ

[r] *Bene rempub. esse gestam*] Formula fuit supplicationis aut decernendæ aut petendæ, vel etiam triumphi.

[s] *Præsens dicere*] Non solum imperatores absentes, missis ad senatum literis laureatis, verum etiam præsentes in senatu, extra pomœrium, antequam triumphantes urbem ingrederentur, triumphum aut supplicationes sibi decerni petebant. Vide Liv. lib. XLVIII.

[t] *Socii*] Socii illi populi dicebantur, quibuscum æquis conditionibus, et æquo jure, se Romani astringebant.

[u] *Fœderati*] Fœderati non distinguuntur a sociis, nisi quod aliquid ex fœdere populo Romano deberent. Verbi gratia mittebant auxilia, eaque sumtu proprio cum res exigebat.

[x] *Liberi*] Liberi populi erant, qui neque leges accipiebant a populo Romano, quibus neque populus Rom. jus dicebat.

[y] *Stipendiarii*] Stipendiarii populi dicti sunt, qui aliquid populo Romano pendebant.

Digitized by Google

bis et probis commune, supplicium legis ac judicii; sed abjectum, contemtum, despectum a ceteris, a te ipso desperatum et relictum, circumspectantem omnia, quicquid increpuisset, pertimescentem; diffidentem tuis rebus; sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie consulari; horrentem, trementem, adulantem omnes,[5] videre te volui: vidi. Quare, si tibi evenerit, quod metuis, ne accidat, equidem non moleste feram: sin id tardius forte fiet, fruar tamen tua indignitate:[6] nec minus libenter metuentem videbo, ne reus fias, quam reum: nec minus lætabor, cum te semper sordidum,[x] quam si paulisper sordidatum[a] videbo.[7]

Pro *contemtum* χ habet *contentum*.—5 Ita Arusianus, C H S T χ, codd. Faërni, Rom. Ven. 1483. Naug. Faërn. Grut. seqq. *omnibus* Ven. 1480. Junt. Hervag. Steph. Lamb.—6 Cod. χ *dignitate*.—7 Hæc est e conj. Ernesti; recepit Schutz. *viderem* C H S, alii codd. et edd. ante Ernesti, item Schutz. et Orell. *viderim* conj. Gulielm.

NOTÆ

[x] *Semper sordidum*] Sordidum hic intelligit, qui in lamentis et luctu semper jacet.

[a] *Sordidatum*] Sordidatum vero intelligit, qui obsoletis vestibus reus amictus est ad misericordiam in se excitandam.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

PRO T. ANNIO MILONE

ORATIO XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Cum summas diu inter se inimicitias exercuissent T. Annius Milo et Publius Clodius, et sæpe alter alteri mortem minatus esset, accidit, ut, quo anno Milo consulatum, Clodius præturam petebat, sibi obviam in via Appia cum magno servorum comitatu fierent, Clodio Romam revertente, Milone autem Lanuvium flaminis prodendi causa proficiscente. Hic orta primum inter servos rixa, pervenit tandem ad ipsos dominos pugna, qua P. Clodius interfectus est. Delato in urbem Clodiano cadavere, vehementer sunt Clodiani, cum sua sponte, tum concitantibus Fulvia uxore, et Munatio Planco, et Q. Pompeio, tribb. pl., commoti, et magna Miloni invidia creata est. Populus etiam, Sexto Clodio scriba duce, corpus mortui intulit curiæ, ibique cremavit; quo igne curia et adjuncta Porcia basilica combusta est. Ea res cum invidiam conflasset Clodianis, rediit in urbem Milo, nihiloque minus atque antea consulatum petiit. Tandem, cum SCto permissa esset Cn. Pompeio respublica, isque ex eodem SCto delectus habuisset celeriter; duo adolescentes, Appii Claudii, duo Valerii et L. Herennius Balbus, qui mortem Clodii persequi constituerant, postulaverunt apud eum familiam et Milonis et Faustæ uxoris ejus exhibendam. Aderant Miloni Q. Hortensius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cato, Faustus Sulla. Q. ergo Hortensius negabat, servos Milonis exhiberi posse, quod essent manumissi cum caput domini ulti essent. Postea vero quam Cn. Pompeius consul erat ex SCto ab interrege Ser. Sulpicio creatus v Kal. Mart. statim consulatu inito, legem tulit de vi, qua nominatim cædem in via Appia factam complexus est, et hanc judicii habendi rationem præscripsit, ut primo quæsitor non esset, de more, prætor, sed suffragiis populi e consularibus eligeretur; deinde, tribus diebus testes audiren-

Digitized by Google

tur; deinde uno eodemque die ab accusatore et reo peroraretur. Cui legi cum obstitisset aliquamdiu M. Cœlius tribunus pl., quod privilegium in Milonem ferri diceret, perlata tandem est. Creatus est quæsitor Cn. Domitius Ænobarbus. Is, cum Pompeius judices ex omnibus ordinibus claros eosque trecentos proposuisset, octoginta et unum ex iis sortitus est. Ex his postquam accusator et reus quinos e singulis ordinibus ejecissent, unus et quinquaginta relicti sunt, 18. senatores, 17. equites, et 16. tribuni ærarii. Ipso judicii tempore omnes tota urbe tabernæ clausæ, et in foro omnibusque ejus aditibus præsidia disposita erant. Accusatoribus tribus respondit unus Cicero, sed non ea, qua solebat constantia, quod, cum inciperet dicere, exceptus est acclamatione Clodianorum, quos ne metus quidem circumstantium militum coërcebat. Oratio ea excepta est, sed scripta post ab eo accuratius. Defensionis hac ratione usus est, ut Clodium jure a Milonis servis interfectum ostenderet, quod Clodius Miloni esset insidiatus. Id his argumentis confirmat, quod utilior Clodio Milonis, quam Miloni Clodii mors fuisset; quod Clodius improbis moribus fuisset, et spem impunitatis habuisset; quod ipse Clodius Miloni mortem denuntiavisset; et denique Clodius insidiandi majorem facultatem in isto itinere habuisset, quam Milo. Reliqua oratio in aliis sceleribus Clodii et integritate Milonis versatur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 101.] ETSI vereor, judices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere, minimeque deceat,[a] cum T. Annius Milo ipse[1] magis de reipublicæ salute, quam de sua perturbetur,[a] me ad ejus causam parem animi magnitudinem afferre non posse; tamen hæc novi

[a] *Decorum sit.*

CAP. I. 1 Codd. Germanici ap. Orell. Erf. H *v*, χ 1. 2. Junt. Lall. Garat. Peyron. Orell. *cum T. Annius ipse;* codex Grævii *cum Annius ipse.* Mox, *meque ad ejus . . . hoc novi* C. Pro *inciderint*, codd. Germ. ap. Orell. Græv. Garat. Peyron. Orell. habent *inciderunt.* Tum, *fori, qui quoque et prist.* χ.—

NOTÆ

[a] *Quam de sua perturbetur*] Moris fuit, ut quicumque in judicium vocaretur, sordidatus veniret. Cum autem non minus splendide vestitus Milo staret coram judicibus, periculum erat, ne illi offenderentur. Quare ut hanc ab illo invidiam removeret, eique benevolos suos judices conciliaret, ait eum non tam de sua, quam de totius reipubl. salute perturbari: verebatur enimvero, ne quid sua causa tumultus in civitate nasceretur.

[b] *Novi judicii*] Judicium illud novum vocat, quia insuetum fuit: 1. Quia lex nova lata est a Pompeio præter morem, ut de morte Clodii quæreretur, cui factas fuisse insidias a Milone Appius Claudius adolescens dixerat centesimo et altero die post cædem Clodii: 2. Quia tulerat, ut priusquam causa hæc ageretur, testes

Digitized by Google

judicii[b] nova forma[c] terret oculos, qui, quocumque inciderint,[1] veterem consuetudinem fori, et pristinum morem judiciorum requirunt.[2] Non enim corona[d] consessus[3] vester cinctus est, ut solebat; non usitata frequentia stipati sumus. 2. Nam illa præsidia, quæ pro[e] templis omnibus cernitis, etsi contra vim[e] collocata sunt, nobis afferunt tamen horroris aliquid;[4][f] ut in foro, et in judicio, quan-

[b] *Respexerint.* [e] *In.*

2 Ita codd. Germ. ap. Orell. ed. Wald. Junt. Grut. seqq. *desiderant* S, Rom. *minime vident* C. Ven. 1483. Lamb. *requirunt, desiderant* cod. Lagom.—3 Codd. *ν ς consensus.*—4 '*Nam illa præsidia . . . non afferunt tamen oratori aliquid*] Locus corruptus. Sic codd. plerique, Junt. Hervag. Grut. Græv. Garat. qui tamen *non* ante *afferunt* uncis inclusit. Pro *nam illa*, Bav. tres codd. Lagom. Peyron. et ed. Lips. *non illa,* quod tamen, nisi sic timore permotum animum significare voluit orator, vix tolerari poterit. *nec illa* Garat. suspic. egregio sane sensu. Mox, *oratori* suspectissimum, ut alia gloss. *tamen oratori horroris* Vat. *tamen oratoris terroris* Erf. al. *Nam illa præs. . . . collocata sunt, afferunt tamen oratori horroris* Lamb.' *Orell.* '*Non afferunt tamen oratori aliquid*] Sic edd. vett. et codd. fere. Lambinus autem e libro antiquo Var. item Memm. edidit *afferunt tamen oratori horroris aliquid.* Ego quidem et ipse illam veterem lectionem vitiosam puto: nimis generale est dictum; nam ea verba nihil aliud significare possunt, quam oratori in dicen-

NOTÆ

per triduum audirentur, et dicta eorum judices consignarent; quarta die adesse omnes in posterum diem juberentur, et coram accusatore ac reo pilæ, in quibus nomina judicum inscripta essent, æquarentur; deinde rursus postera die sortitio fieret unius et 80. qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent: tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, reusque illo eodem die judicaretur. Prius autem quam sententiæ ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus rejiceret; ita ut numerus judicum relinqueretur, qui sententias ferrent, quinquaginta et unus: ita Asconius in Milonianæ argumento: 3. Quia quæsitor fuit, non prætor de more, sed L. Domitius Ænobarbus, vir consularis creatus populi suffragiis.

[c] *Nova forma*] Nova judicii forma fuit, quia Pompeius exercitum in foro, et in omnibus templis armatos homines collocaverat.

[d] *Non enim corona*] Quando causæ agebantur, confluebat ut plurimum magna civium multitudo, qui in morem coronæ circumstabant judicum subsellia, tum ut oratores, tum ut exitum judicii audirent.

[e] *Contra vim*] Ut conciliet Pompeium sibi et Miloni, ait, hæc præsidia esse disposita ad tutelam, contra vim quæ a Clodianis huic judicio inferri posset.

[f] *Nobis afferunt tamen horroris* [*non afferunt tamen oratori*] *aliquid*] Corrigit se, aitque non tamen efficere, ut orator non timeat, etiamsi ipsi non timendi causa sit.

Digitized by Google

quam præsidiis salutaribus et necessariis septi [sumus],[5] tamen ne non timere quidem sine aliquo timore[g] possimus.[d] Quæ si opposita Miloni putarem; cederem[6] tempori, judices, nec inter tantam vim armorum existimarem oratori locum esse. Sed me recreat et reficit Cn. Pompeii, sapientissimi et justissimi viri,[7] consilium; qui profecto nec justitiæ suæ putaret esse, quem reum sententiis judicum tradidisset, eundem telis militum dedere;[e] nec sapientiæ, temeritatem concitatæ multitudinis[f] auctoritate publica[h] armare. 3. Quamobrem illa arma, centuriones,[i] cohortes,[k] non periculum nobis,[8] sed præsidium denuntiant: neque solum, ut quieto, sed etiam ut magno animo simus, hortantur: neque auxilium modo defensioni meæ, verum etiam silentium pollicentur. [*p.* 102.] Reliqua vero multitudo,

[d] *Ne possimus quidem audere sine aliquo timore.*
[e] *Exponere.* [f] *Audaciam commotæ plebis.*

do non promunt.' *Ernesti.* *si contra* T χ 8. *collata sunt* H T ʋ ς χ 1. 3. *non afferunt oratori* Oliv. *non aferunt tamen oratori terroris* χ.—5 Rom. *simus.* Schutz. de Ernesti sententia delevit *sumus,* improbante Orell. Statim, *quidem* deest in C T ʋ ς. *temere quidem sine timore* Erf. Pro *possimus* ʋ, ed. Wald. et Ven. 1480. habent *possumus;* Peyron. *possim.*—6 Verb. *cederem* deest in ʋ. Actutum, *temporibus* codd. Germ. ap. Orell. Tum, *esse oratori locum* Orell. ex iisdem codd. Gurat. et Peyron. *esse orationi locum* Erf. et al. ap. Græv. *oratori* h. l. firmant codd. Oxon. et Bav.—7 Erf. Pith. et quidam codd. Oxon. *sapientissimi et illustrissimi viri.* Pro *putaret* Hotom. conj. *putarit.*—8 C *vobis.* H *sed præsidium esse.* Statim, *neque solum ut æquo* cod. Ursini, Naug. et Lamb. in marg. ed. 1584. *sed etiam magno* cod. ap. Græv.

NOTÆ

[g] *Sine aliquo timore*] Plutarchus de Cicerone scribit, dicere incipientem semper timuisse: quare cum ipse Milo vereretur ne Cicero militum armatorum præsentia percelleretur; ei suasit, ut lectica delatus in forum, quiesceret quoad judices convenissent: visis vero militibus armatis, quibus undequaque forum cingebatur, tanto timore correptus est, ut trepide admodum inceperit. Itaque sic attentos facit judices, ut ex causis suum metum excuset.

[h] *Auctoritate publica*] Auctoritas penes Pompeium erat, quia consulatum gerebat, qua, ut sibi faventem Pompeium reddat, testatur, illum abuti nolle ad Milonem opprimendum.

[i] *Centuriones*] Centuriones singulis centuriis præerant.

[k] *Cohortes*] In cohorte sexcenti erant milites.

Digitized by Google

quæ quidem est civium,[1] tota nostra est; neque eorum quisquam, quos undique intuentes cernitis, unde[9] aliqua pars fori aspici potest, et hujus exitum[g] judicii expectantes, non cum virtuti Milonis favet, tum de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari[h] putat. II. Unum genus est adversum infestumque nobis, eorum, quos P. Clodii furor rapinis[m] et incendiis[n] et omnibus exitiis[o] publicis pavit:[1] qui hesterna etiam concione[p] incitati sunt, ut vobis voce præirent,[i] quid judicaretis: quorum clamor si qui[2] forte fuerit, admonere vos debebit, ut eum civem retineatis, qui semper genus illud hominum, clamoresque

[g] *Eventum.* [h] *Contendi.* [i] *Præscriberent.*

—9 Ita Rom. Hervag. *quos undique intuentes ex hoc ipso loco cernitis* H S, edd. Victor. Lamb. Manut. Grut. *quos undique intuentes, unde* cod. Fabricii, Erf. Pith. Duisb. Franc. codd. Germ. ap. Orell. Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. Lall. Schutz. Garat. Peyron. Orell. *intuentes ex* [lacuna] *cernitis* multi codd. Oxon. *parte fori* v. *fori pars* codd. Fabric. Lamb. 1566. Orell. Deinde, *expectantes videtis* codd. Germ. ap. Orell. Erf. Pith. Duisb. Lamb. in marg. 1584. Lall. Schutz. Garat. Peyron. Orell. *expectantis videtis* codd. Fabric. *videtis expectantes* Franc. χ 1. Græv. *potest, et hic neque non videtis expectantes* C *v.* *et hujus judicii videtis expectantes* ς. Pro *non cum* C habet *non tamen*; H T χ 3. *non tum.* Denique *de fortunis suis* χ 3. *hodierno die certari* cod. Grævii, et χ 3. *putant* H.

Cap. II. 1 C T χ 3. *pavavit.* Statim, *concitati sunt* H. *excitati sunt* χ 3. *voce prædicarent* H S.—2 Ita Erf. Bav. codd. Grævii, ed. Græv. seqq. *si quis* edd. ante Græv. Verba, *quorum clamor si q. f. f. a. v. d. ut e. c. retineatis*, de-

NOTÆ

[1] *Quæ quidem est civium*] Tria aderant huic judicio hominum genera: milites, quos apposuit Pompeius; cives, ut exitum hujus judicii viderent; et Clodiani, ut Miloni nocerent. Porro cives compellat, ut eos a Clodianis separet, qui cives non sunt, quia seditiosi.

[m] *Rapinis*] Malos cives rapinis sibi Clodius devinxerat; nam Pisoni et Gabinio vendidit provincias consulares, cum eis partitus est ærarium, et Brogitaro Pessinuntem vendidit.

[n] *Incendiis*] Idem Clodius Quinti Ciceronis, et Marci Ciceronis domum, cum prædiis, et Nympharum templo, incendit.

[o] *Exitiis*] Exitiosus fuit reipublicæ Clodius, quando sæpius seditiones excitavit in foro, ac maxime cum de reditu Ciceronis actum est: immisit enim gladiatores, a quibus multi interfecti sunt, ut in Sextiana dictum est.

[p] *Hesterna etiam concione*] Munatius Plancus, tribunus plebis, pridie quam hæc haberetur oratio, in concione populum adhortatus est, ne Milonem elabi pateretur, ut refert Asconius.

maximos pro vestra salute neglexit. 4. Quamobrem adeste animis, judices, et timorem, si quem habetis, deponite. Nam, si unquam de bonis et fortibus viris, si unquam de benemeritis civibus potestas vobis[3] judicandi fuit; si denique unquam locus[k] amplissimorum ordinum[q] delectis viris datus est, ubi sua studia erga fortes et bonos cives, quæ vultu et verbis sæpe significassent, re et sententiis declararent; hoc profecto tempore eam potestatem omnem vos habetis, ut statuatis,[r] utrum nos, qui semper vestræ auctoritati dediti fuimus,[s] semper miseri lugeamus,[4] an diu vexati a perditissimis civibus, aliquando per vos, ac vestram fidem,[t] virtutem, sapientiamque recreemur. 5. Quid enim nobis duobus,[5] [u] judices, laboriosius? quid magis solicitum, magis exercitum, dici aut fingi potest? qui spe amplissimorum præmiorum[x] ad rempublicam adducti, metu crudelissimo-

[k] *Occasio.*

sunt in Pith. Tum, *genus hominum*, omisso *illud*, υ. Deinde, *præ vestra sal.* χ 1. probante Huldr. *neglexerit* υ.—3 Idem cod. *nobis*. Mox, *si denique locus* Pith. Pro *delectis* χ 3. et Garat. *dilectis*; C *disertis*. Verbum *est* deest in υ. Pro *ubi* Bav. et ς habent *ut*. Tum, *sæpe* deest in υ χ 3. Deinde, *vos*, et statim *nos*, desunt in χ 1.—4 Cod. υ *lugemus*. Paulo post, codd. Germ. ap. Orell. C H T υ ς χ 1. 3. Lamb. in marg. ed. 1584. Garat. Peyron. Orell. *ac per vestram*. Deinde, *recreemus* ς.—5 *Quid enim vobis duobus* C χ 1. *Quid e nobis ducibus* ψ. *duobus* deest in Bav. unde uncis inclusit Garat. Mox, *magis solicitum, et exercitatum* Erf. *qui sæpe ampliss.* ς. Pro *suppliciorum*, quod habent codd. Oxon. Germ. ap. Orell. Venet. 1480. Lamb. seqq. *exitiorum* legi-

NOTÆ

[q] *Amplissimorum ordinum*] Selecti sunt judices a Pompeio ex senatorio et equestri ordine, et ex tribunis ærariis, quibus nunquam sanctiores et clariores selectos fuisse Asconius scribit.

[r] *Ut statuatis*] Videlicet in ferenda sententia statuere debebant, utrum boni cives ab improbis semper opprimendi, aut liberandi sint.

[s] *Vestræ auctoritati dediti fuimus*] Cicero semper addictus fuit senatui, et equestri ordini, cujus utriusque semper auctoritatem ubique defendit contra seditiones Clodianorum.

[t] *Ac vestram fidem*] Per fidem intelligit juramentum, quo se judices astringebant se sancte judicaturos. Inde post juramentum astricti religione tenebantur.

[u] *Quid enim nobis duobus, &c.*] Excitat in se et in Milonem judicum commiserationem a laboribus, quibus uterque a Clodianis exercitatus est.

[x] *Spe amplissimorum præmiorum*]

Digitized by Google

rum suppliciorum[y] carere non possumus? Equidem[6] ceteras tempestates[l] et procellas, in illis duntaxat fluctibus[m] concionum, semper putavi Miloni esse subeundas, quod semper pro bonis contra improbos senserat: in judicio vero, et in eo consilio, in quo ex cunctis ordinibus amplissimi viri judicarent, nunquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos, ad ejus non salutem modo exstinguendam,[n] sed etiam gloriam[7] per tales viros infringendam.[o] 6. Quanquam in hac causa,[a] judices, T. Annii tribunatu,[b] rebusque[c] omnibus[8] pro salute reipublicæ gestis, ad hujus criminis defensionem non abutemur:[a] nisi oculis videritis insidias Miloni a Clodio factas, nec deprecaturi sumus, ut crimen hoc nobis multa propter[9] præclara in rempublicam merita condonetis;[b] nec postulaturi, ut, si mors P. Clodii salus vestra fuerit, idcirco eam virtuti Milonis potius, quam populi Romani felicitati assignetis. Sin

[l] *Contentiones.* [m] *Commotionibus.* [n] *Perdendam.* [o] *Minuendam.*
[a] *Utemur.* [b] *Remittatis.*

tur in Rom. Venet. 1488. Junt. Naug. Garat. Orell.—6 *Et quidem* C H T χ 1. Venet. 1483. Junt. Lamb. Paulo post, *Miloni* deest in *v*. *quos semper* habet C. *quia semper* Erf. H S χ 1. ψ.—7 Venett. 1480. 1488. Junt. *sed ne etiam gloriam;* unde Garat. conj. *sed ne gl.* Pro *infringendam* Rom. Hervag. *refringendam.*—8 Ita codd. Gruteri; ed. Grut. seqq. *rebus omnibus* C H S ς χ 3. ψ, Bav. alii codd. et edd. ante Grut. etiam Lamb. *omnibus* deest in χ 1. non improbante Garat. Tum, *ad ejus crim.* cod. Garat. Suspectum Garatono et *hujus* et *ejus*. Pro *abutemur* ς habet *utemur;* C T *arbitremur*. Heum. Huldr. Garat. Peyron. Orell. distinguunt, *abutemur. Nisi, &c.*—9 Bav. Garat. *propter multa*. H omittit *multa*. Mox, *merita condemnetis v*. *nec postulari* χ 3. *ut quia si mors* χ. *ut quia mors* alii codd. Lamb. Peyron. Tum, *quam*

NOTÆ

Honores notat, seu magistratus, quos sua virtute Milo obtinuit; nam tribunus fuerat, et modo consulatum petebat.

[y] *Crudelissimorum suppliciorum*] Conatus fuerat semper Clodius Miloni nocere, et eo jam mortuo, Clodiani, ejus furoris hæredes, de Milonis pernicie cogitant.

[a] *Quanquam in hac causa*] Æquitatem suæ causæ prædicat, eamque totam informat.

[b] *Annii tribunatu*] Anno sequenti, post tribunatum Clodii, Milo tribunus factus est.

[c] *Rebusque*] Compescuit excitatas a Clodio seditiones tribunus Milo, et revocandum Ciceronem ab exilio curavit.

illius insidiæ[10] clariores hac luce fuerint, tum denique obsecrabo obtestaborque vos, judices, si cetera amisimus, hoc saltem nobis ut relinquatur, ab inimicorum audacia telisque vitam ut impune liceat defendere.

III. 7. Sed, antequam ad eam orationem[1] venio, quæ est propria nostræ quæstionis,[a] videntur ea esse refutanda, quæ et in senatu ab inimicis sæpe jactata sunt, et in concione sæpe ab improbis, et paulo ante ab accusatoribus; ut, omni terrore sublato,[2] rem plane, quæ venit in judicium, videre possitis. Negant[b] intueri lucem esse[3] fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant?[4] nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii, fortissimi viri;[c] qui, nondum libera civitate,[d] tamen populi Romani

reip. felicitati χ.—10 Ita Lamb. Græv. Lall. Schutz. Garat. *Sed si illius insidiæ* codd. Germ. ap. Orell. edd. ante Lamb. Grut. Peyron. Orell. Paulo post, *saltem vobis* C. *ut* deest in χ 1. *ob inimicorum audaciam* C. *ut* ante *impune* deest in ς χ 1.

CAP. III. 1 C H T *ν* χ 1. *rationem.* Statim, *quæ est prima nostra* C. *quæ est propria vestra* codd. Germ. Lamb. Garat. Peyron. Orell. *videantur* χ 3. *mihi esse* duo codd. Peyron. Colon. Garat. *quæ in senatu* C H S T ς χ 3. ψ. Prius *sæpe* deest in T. *et in concionem* T. Alterum *sæpe* deest in C H χ 3. Colon. Lamb. Grut. Schutz. Garat. Orell. *ab improbis sæpe* Hervag. *in senatu sæpe ab inimicis, ab improbis sæpe jactata sunt, et in concione, et paulo* Junt. *etiam paulo* Lamb.—2 Nonnulli codd. Ald. Naug. Lamb. Lall. Garat. Peyron. Orell. *errore sublato.* Pro *venit* Erf. et Bav. habent *veniat.*—3 Cod. χ 3. h. l. omittit *esse.* Codd. multi, etiam C T *ν* ς χ 3. cum edd. Venett. 1480. 1483. Junt. Lamb. omittunt alterum *esse.*—4 Pro *disputant* H ς habent *obji-*

NOTÆ

[a] *Nostræ quæstionis*] Judicium publicum quæstio vocatur, quoniam in ea reus in judicium vocatur, et quæritur, utrum nocens sit, an innocens.

[b] *Negant*] Clodiani, et inter eos Munatius Plancus, et Q. Pompeius, tribuni plebis, volunt Milonem morte damnari. Primum autem est præjudicium, quo illi contra Milonem utebantur: præjudicium vero proprie est prius judicium, quo sequens aliqua controversia, jam tum quodammodo judicata et terminata sit. Primum autem illud præjudicium refutat argumento petito ab auctoritate, exemplo, et majorum instituto.

[c] *Horatii, fortissimi viri*] Tullo Hostilio regnante, cum tres Curiatii duos Horatios occidissent, ipseque M. Horatius solus superesset, occidit tres Curiatios. Redeunti igitur Horatio a tanta victoria, obviam venit ejus soror, quæ nupserat uni e Curiatiis, quæ triumphanti occurrit, flens, et querens de suo marito, et dolens ob victoriam Romanorum. Indignatus

Digitized by Google

comitiis [e] liberatus est, cum sua manu sororem interfectam esse [5] fateretur. 8. An est quisquam, qui hoc ignoret, cum de homine occiso quæratur, aut negari solere omnino esse factum, aut recte ac jure factum esse defendi? Nisi vero existimatis,[6] dementem P. Africanum [f] fuisse, qui, cum a C. Carbone, tribuno [g] plebis, in concione seditiose interrogaretur,[h] quid de Ti. Gracchi morte sentiret, [p. 103.] respondit,[7] jure cæsum videri. Neque enim [8] posset aut Ahala ille Servilius,[i] aut P. Nasica,[k] aut L. Opimius,[l] aut

ciunt.—5 Codd. German. ap. Orell. H T, Venett. 1480. 1483. Junt. Garat. Peyron. omittunt *esse*. Mox, *est* deest in C. Paulo post, *aut jure* C T ς.—6 Cod. χ 3. *existimetis*.—7 Bav. *responderit*.—8 *Neque vero* conj. Ernesti.

NOTÆ

frater eam occidit: ob eam rem captus, et cum ad populum provocasset, absolutus est.

[d] *Nondum libera civitate*] Id facinus patratum est Tullo Hostilio regnante, cum nondum per consules et populum Roma regebatur.

[e] *Populi Rom. comitiis*] Comitia nihil aliud fuere quam populi Romani conventus, qui in urbe prope forum et curiam fiebant: qui locus inde comitium dictus est, ubi etiam conciones ad populum habebantur. Comitia vero pro creandis magistratibus fiebant in Campo Martio.

[f] *Dementem P. Africanum*] Factum id exponit Liv. Epit. lib. LVIII. 'Tiberius Gracchus, post multas excitatas seditiones, cum iterum tribunus plebis creari vellet, auctore Pub. Cornelio Nasica, in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselliorum; et inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, insepultus, est in flumen dejectus.'

[g] *Carbone tribuno*] Cum post Numantiam deletam 'Carbo tribunus plebis legem tulisset, ut eundem tribunum plebis, quoties quidem vellet, creari liceret, rogationem ejus P. Africanus gravissima oratione dissuasit, in qua dixit, Tib. Gracchum jure cæsum videri.' Liv. Epit. lib. LIX.

[h] *Seditiose interrogaretur*] Interrogabat seditiose, quia sperabat eum aliter responsurum, quod Semproniam, Gracchi sororem, in matrimonio haberet.

[i] *Ahala ille Servilius*] Ex Epitome Liv. lib. IV. 'Cum fame populus Romanus laboraret, Spurius Melius eques Romanus frumentum populo sua impensa largitus est: et ob id factum, conciliata sibi plebe, regnum affectans, a C. Servilio Ahala, magistro equitum, jussu Quintii Cincinnati dictatoris, occisus est,' anno urbis 314.

[k] *Aut P. Nasica*] Cum Tiberius Gracchus in tribunatu profusis largitionibus, favore populi occupato, rempublicam oppressam teneret, in ædem Fidei convocatus senatus a consule Mucio Scævola, jussit ut consul armis rempublicam tueretur. Scævola negante, Scipio Nasica se du-

C. Marius,[m] aut, me consule,[n] senatus non nefarius haberi, si sceleratos cives interfici nefas esset. Itaque hoc, judices, non sine causa etiam[9] fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt; eum, qui patris[o] ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententiis,[p] non solum divina, sed etiam sapientissimæ Deæ[q] sententia liberatum. 9. Quodsi duodecim tabulæ[r] nocturnum furem, quoquo modo,[s] diurnum autem, si se telo defenderit,[10] interfici impune voluerunt; quis est, qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet, cum videat aliquando gladium

Mox, *Hala Servil.* C. *ille* deest etiam in H.—9 Ita codd. German. ap. Orell. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. seqq. *etiam* omittunt C H S T *s ς χ* 3. edd. ante Grut. et Lamb. 1566. *effictis fabulis* χ 1. ψ. *memoriæ tradiderunt* C. Paulo post, *non solum divinæ* χ. *non solum humana* codd. pauci ap. Orell. Venet. 1480. Junt. Hervag. Naug. Lall. Deinde, *Deæ sapientissimæ* Bav. aliique codd. et edd. pleræque ante Lamb.—10 Codd. German. ap. Orell. C ψ, Rom. Hervag. Lamb. in marg. ed. 1584. Garat. Peyron. *defenderet*; H *defendat*. Tum, *impune noluerunt* *v* χ 3. Mox, pro *aliquando* χ 3 habet *aliquem*. Lamb. *nobis gladium*. Deinde, *ab* ante *ipsis* deest in χ 1.

NOTÆ

cem obtulit; atque eo proclamante, 'Qui salvam rempublicam esse volunt, me sequantur,' Gracchus cum sua factione interemtus est anno urbis 620. Val. Max. III. 2.

[l] *L. Opimius*] Opimius C. Gracchum, Tiberii fratrem, novas seditiones excitantem, occidit anno urbis 632.

[m] *C. Marius*] C. Marius Saturninum interfecit. Vide Orat. pro Rabirio perduellionis reo, ubi fuse id agitur.

[n] *Aut me consule*] Cicero consul, jubente senatu, Lentulum et Cethegum, cum aliis conjuratis Catilinariæ seditionis, interfecit.

[o] *Qui patris*] De Oreste loquitur, qui matrem Clytemnæstram occiderat, quæ patrem ipsius Agamemnonem interfecerat. Cum in judicium adductus esset, variatis judicum sententiis, Deorum quæstio constituta est. Eum Minerva absolvendum judicavit.

[p] *Variatis hominum sententiis*] In Areopago a sexdecim judicibus Orestes damnabatur, et a quindecim absolvebatur: accessit Minervæ calculus, atque ita exæquatis sententiis liberatus est.

[q] *Sapientissimæ Deæ*] Minerva Dea sapientiæ fingebatur.

[r] *Quodsi duodecim tabulæ*] Leges duodecim tabularum illæ sunt, quæ a decemviris perlatæ sunt, et in duodecim tabulis æreis incisæ. Hæc autem de furto lex perlata est, de qua Macrob. Saturn. lib. I. 'Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, jure cæsus esto.' Prisco autem idiomate hæc verba posita sunt; id est enim, 'nocte eum occidit.'

[s] *Quoquo modo*] Sive se telo defenderit, sive non, sine exceptione licet occidere. Hic autem 'telum' sumitur pro pugione, aut parvo aliquo gladio.

Digitized by Google

nobis ad occidendum hominem ad ipsis porrigi legibus?[t] IV. Atqui si tempus est ullum jure hominis[1] necandi, quæ multa sunt; certe illud est non modo justum, verum etiam necessarium, cum vi vis illata defenditur. Pudicitiam cum eriperet[u] militi tribunus [militaris][2] in exercitu C. Marii, propinquus ejus imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat: facere enim probus adolescens periculose,[x] quam perpeti turpiter maluit. Atque hunc ille vir summus,[3] scelere solutum, periculo liberavit. 10. Insidiatori vero et latroni quæ potest inferri[4] injusta nex? Quid comitatus nostri, quid gladii volunt? quos habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Est igitur[5] hæc,[y] judices, non scripta, sed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus; ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim,[6] si in tela aut latronum aut inimicorum

CAP. IV. 1 C *ullum in Romani hominis.*—2 Voc. *militaris* de Ernestii sententia delevit Schutz. Mox, *ejus* deest in χ 3.—3 Nonnulli codd. edd. vett. Peyron. Orell. *ille summus vir.* Cod. χ 3 omittit *vir.*—4 Pro *inferri,* quod firmant codd. German. ap. Orell. ς χ. 1 Lamb. in marg. ed. 1584. *afferri* habent edd. ante Lamb. etiam Lamb. 1566. et Grut. Pro *nex* χ 3 habet *lex.* —5 Codd. aliquot, Naug. Lambin. Garaton. Peyron. Orellius, *Est enim;* Venett. 1480. 1483. Ald. Junt. *Est ergo.* Actutum, *judices* deest in T χ 3. Tum, *verum etiam ex nat.* C H S *u* ς χ 1. 3. ψ. *verum esse ex nat.* T. Pro *hausimus* C habet *hauximus;* χ 3 *auximus.*—6 Verba *si in vim* desunt in C;

NOTÆ

t *Ab ipsis porrigi legibus*] Dicuntur leges porrigere, cum aliquid nobis permittunt.

u *Pudicitiam cum eriperet*] Cum Caius Luscius, sive Lusius, sororis Marii filius, Treboniam quendam militem stupri causa sæpe appellasset, noctu in tabernaculum vocavit ad se: morem gerit tribuno, sed Lusium vim adhibentem stricto gladio confodit. Is Mario mortis causam aperit, testes producit. Laudatus is a Mario, et corona donatus liberatur. Hæc æquitas Marii tertium ei consulatum promeruit. Vide Plutarch. in Mario, et Val. Max. VI. 1.

x *Periculose*] Impendebat militi periculum, quod imperatoris propinquum, quod indemnatum, quod tribunum suum miles occidisset.

y *Est igitur hæc*] Amplificatio egregia legis naturæ, ubi vis ejus et facultas exprimitur: quem ipse locum Cicero laudat in Oratione ad Brutum.

Digitized by Google

incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.[a] Silent enim leges inter arma; nec se expectari jubent, cum ei,[7] qui expectare velit, ante injusta pœna luenda[b] sit, quam justa repetenda.[z] 11. Etsi[a] persapienter, et quodam modo tacite, dat ipsa lex[b] potestatem defendendi; quæ non modo hominem occidi,[c] [8] sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat: ut, cum causa,[c] non telum quæreretur, qui sui defendendi causa telo esset usus, non hominis occidendi causa habuisse telum judicaretur. Quapropter hoc maneat[9] in causa,[d] judices: non enim dubito, quin probaturus sim vobis defensionem meam, si id memineritis, quod oblivisci non potestis, insidiatorem jure interfici posse.

v. 12. Sequitur illud,[e] quod[1] a Milonis inimicis sæpis-

[a] *Vitæ liberandæ.* [b] *Patienda.* [c] *Occidere.*

pro quibus T profert *si nutum*. Alterum *si* omittunt S T ϛ χ 3.—7 Cod. χ *cum enim*. Mox, *pœna levanda sit* χ 3. Deinde, *quam juste* ψ. *repetenda sit* C.—8 Colon. duo codd. Lag. Lamb. Heum. Garat. et Orell. *quæ non hominem occidi*. Statim, *occidendi tam vetat* C. *sui* ante *defendendi* deest in T. *qui telo esset usus, sui defendendi causa telo usus esse, non hominis occidendi causa telum habuisse, &c.* Lamb.—9 Cod. χ 3. *manet*. Statim, *si admemineritis* C.

Cap. v. 1 C omittit *quod*. Pro *dicitur* idem cod. legit *dictum*. Tum,

NOTÆ

[z] *Justa repetenda*] Scilicet ut vi legis scriptæ supplicio afficiatur.

[a] *Etsi*] Correctio est oratoria, quasi diceret, 'etsi quid dico leges silere inter arma, cum lex det facultatem se defendendi?'

[b] *Lex*] Intelligit legem Corneliam de sicariis, quæ lata est a L. Cornelio Sulla dictatore.

[c] *Ut, cum causa, &c.*] Sensus satis implicatus sic videtur explicandus: Non homines condemnantur, cum justa de causa gestant arma; neque præsumitur, eum qui ea gestat, ut se defendat, idcirco ea gestare, ut homines occidat. Lex enim Cornelia non de gestatione, sed de fine gestationis teli, vel ensis, agit: quare non reus est, qui gerit telum, vel ensem, sed qui eo consilio gerit ad interficiendum hominem sine causa.

[d] *Hoc maneat in causa*] Id est, hoc constans et fixum maneat in ista causa, licere aliquando hominem interficere impune, insidiatorem videlicet.

[e] *Sequitur illud*] Aggreditur convellere secundum præjudicium: dicebant enim adversarii, senatum Pub. Clodii cædem contra rempub. factam judicasse. Ubi autem senatus audivit cædem factam fuisse in Appia via, fecit quod in magnis periculis fieri solebat, ut viderent consules, ne quid detrimenti respublica caperet. Erat autem hoc quasi præjudicium, quia tali decreto senatus interfectus est et condemnatus Saturninus. Sed re-

Digitized by Google

sime dicitur, Cædem, in qua P. Clodius occisus est, senatum judicasse, contra rempublicam esse factam. Illam vero senatus non sententiis suis solum, sed etiam[2] studiis comprobavit. Quoties enim est[3] illa causa a nobis acta[f] in senatu! quibus assensionibus universi ordinis! quam nec tacitis, nec occultis! quando enim frequentissimo senatu quatuor, ad summum quinque sunt inventi, qui Milonis causam non probarent? Declarant hujus[4] ambusti tribuni plebis[g] illæ intermortuæ conciones,[h] quibus quotidie meam potentiam invidiose criminabatur, cum diceret, senatum, non quod sentiret, sed quod ego vellem, decernere. Quæ quidem si potentia est appellanda potius, quam, propter[5] magna in rempublicam merita, mediocris in bonis causis auctoritas, aut, propter hos officiosos labores[i] meos, nonnulla apud bonos gratia; appelletur ita sane, dummodo ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum. 13. Hanc vero quæstionem,[d] etsi non est iniqua, nunquam tamen senatus constituendam putavit. [*p.* 104.]

[d] *Judicium.*

præpositio *in* deest in C H S T *u* χ 1. 3. ψ, et edd. ante Grut.—2 Voc. *etiam* omittit *u*.—3 Verbum *est* deest in C. *Quoties enim est illa causa a nobis acta in senatu, quibus assensionibus universi ordinis acta est! quam nec tacitis, nec occultis! quando etiam, &c.* conj. Ernesti. Mox, *aut summum* cod. unus Lag. a m. sec. Garat. Peyron. Orell. *aut ad summum* H S χ 1. ψ, Rom.—4 *Declarant hoc* χ 3. Paulo post, *quod sentirent* C. Pro *decernere* idem cod. habet *ne decernere;* *u* ς χ 3. *re decernere.*—5 Codd. German. ap. Orell. C T *u*, Garaton. Peyron. Orell. *aut propter.* Verba, *quam propter m. in r. m. m. in b. c. auctoritas,* desunt in ς. *magna in remp. merita m. in b. c. a. aut propter* desunt in C. *causis* deest in *u*. Statim *hos* omittunt edd. ante Lamb. et Græv. *offic. hos*

NOTÆ

spondet Cicero, hoc tantum voluisse decreto senatus, ut animadverterent, uter utri insidias fecerat.

[f] *Quoties enim est illa causa acta*] Post interfectum Clodium pæne jam centum dies effluxerant.

[g] *Ambusti tribuni plebis*] Munatius Plancus, et Pompeius Rufus, tribuni plebis, concionibus suis plebem in Milonem accenderunt. Itaque orta seditione, cum Clodii corpus cremaretur, curia incensa est; nec prius destiterunt, quam ejus incendii flamma e concione fugati sunt.

[h] *Intermortuæ conciones*] Cælius interpretatur futiles, vanas, et nullius momenti; Manutius vero interruptas incendio curiæ.

[i] *Officiosos labores*] Officiosi labores dicuntur, qui ad innocentes defendendos suscipiuntur.

Digitized by Google

Erant enim leges, erant quæstiones,[6] [k] vel de cæde, vel de vi: nec tantum mœrorem ac luctum senatui mors P. Clodii afferebat, ut nova quæstio constitueretur. Cujus enim [7] de illo [l] incesto stupro,[m] judicium decernendi senatui potestas esset erepta; de ejus interitu, quis potest credere, senatum judicium novum constituendum putasse? Cur igitur incendium curiæ,[n] oppugnationem ædium M. Lepidi, cædem hanc [o] ipsam, contra rempublicam senatus factam esse [8] de-

exhibet Rom. *propter offensos lab. ς*. Paulo post, pro *nos* C præbet *res*.—6 Cod. χ 8. *leges, aut quæstiones*. Mox, *tantum dolorem*] *mærorem* H χ 1. *a luctum mos publica* C. *senatui* deest etiam in H.—7 *Cujus enim senatui* Ven. 1480. Junt. Lamb. Grut. *Cujus cum senatui* χ 1. Mox, *senatui* deest in χ 1. Ven. 1480. Junt. Lamb. Grut. *potestas esset erecta* C.—8 Idem cod. omittit

NOTÆ

[k] *Erant leges, erant quæstiones*] Veteres leges erant, et quæstiones de cæde, vel de vi, quibus summi prætores et quæsitores præerant, quibusque reus postulari Milo poterat. Erat lex Cornelia de sicariis, erat lex Q. Catuli de vi: sed his omissis legibus, et judiciorum consuetudine, nova lex, nova quæstio contra Milonem a Pompeio sancita fuit, et novus quæsitor Cn. Domitius Ænobarbus populi suffragio creatus est.

[l] *De illo, &c.*] Sententia est: Erepta est, Q. Fufii intercessione, senatui potestas decernendi quæstionem novam de stupro incesto Clodii: quis credat de ejus interitu, judicium novum constituendum, senatum putasse?

[m] *Incesto stupro*] Per incestum stuprum, illud facinus intelligit quod admissum est a Clodio, cum veste muliebri indutus, in sacra Bonæ Deæ irrepsit, quæ a mulieribus celebrabantur, ut stuprum uxori Cæsaris inferret: a quo tamen scelere absolutus est corruptis pecunia judicibus.

[n] *Cur igitur incendium curiæ*] Hanc totam actionem Asconius Pedianus sic exponit: 'Post biduum medium quam Clodius occisus erat, interrex primus proditus est M. Æmilius Lepidus: non fuit autem moris, ab eo qui primus interrex proditus erat, comitia haberi; sed Scipionis et Hypsæi factiones, quia recens invidia Milonis erat, cum contra jus postularent ut interrex ad comitia consulum creandorum descenderet, idque ipse non faceret, domum ejus per omnes interregni dies (fuerant autem ex more quinque) obsederunt: deinde omni vi janua expugnata, et imagines majorum dejecerunt, et lectulum adversum uxoris ejus Corneliæ, cujus castitas pro exemplo habita est, fregerunt; itemque telas, quæ ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. Postque supervenit Milonis manus, et ipsa postulans comitia: cujus adventus fuit saluti Lepido; in se enim ipsæ conversæ sunt factiones inimicæ, atque ita oppugnatio domus interregis omissa est.'

[o] *Incendium curiæ, oppugnationem ædium . . . hanc*] Hæc tria simul complectitur, quæ uno senatusconsulto facta sunt, quia videlicet non

Digitized by Google

crevit? quia nulla vis unquam[p] est in libera civitate suscepta inter cives, non contra rempublicam. 14. Non enim est illa defensio contra vim unquam optanda;[9] sed nonnunquam est necessaria: nisi vero aut ille dies, in quo Ti. Gracchus[q] est cæsus, aut ille, quo Caius,[r] aut quo arma Saturnini,[s] etiamsi e republica, oppressa sunt,[10] rempublicam tamen non vulnerarunt. VI. Itaque ego ipse[1] decrevi,[t] cum cædem in Appia[u] factam esse constaret, non eum, qui se defendisset, contra rempublicam fecisse; sed, cum inesset

esse. Statim ς omittit *unquam.* Tum, *civitate* deest in *s.*—9 T *est def. e. u. optandam:* edd. ante Grut. *est ulla def. &c.* χ 3. etiam omittit *illa.* Pro *est* ante *necessaria* *s* habet *etiam non.* Mox, *ille dies, quo* Lamb. Garaton. Peyron. Orell. *quo* deest in Colon.—10 Ald. Lamb. Grut. Garat. Peyron. Orell. *arma Sat. oppressa sunt, etiamsi e republica.* Præpositio *e* deest in T. *oppressa sunt* desunt in H S T *s* ς χ 3. Pro *vulnerarunt* χ habet *voluerunt.*

CAP. VI. 1 Cod. χ omittit *ipse.* Mox, *in via Appia* Lamb. *in Appia via*

NOTÆ

fas fuit eodem die plura senatusconsulta fieri.

p *Quia nulla vis unquam*] Reddit rationem cur senatus judicarit cædem Clodii factam esse contra rempub. quia vis omnis semper contra eam est, licet qui eam fecerit non ipse fecerit contra rempub. quando nempe vis illata vi repellitur.

q *Ti. Gracchus*] Gracchus ille cæsus est auctoritate Scipionis Nasicæ anno urbis 620. De eo dictum est § 8.

r *Caius*] Repulsam in petitione tertii tribunatus plebis tulit; ac cum videret plures leges suas senatu applaudente abrogandas esse, deque ea re L. Opimium consulem referre velle; ipse vim parans, cum M. Fulvio Flacco collega in treviratu agrario, et seditionis altero capite, concionis disturbandæ causa venit armata manu in Capitolium: ubi cum quidam consulis minister in turba a Gracchanis occideretur, orto tumultu Gracchani diffugiunt, eoque die de legibus nihil actum amplius. Interim consul Opimius nocte Capitolium præsidio firmat; indictoque prima luce per viatorem senatu, de cæde facta statuque rerum urbano refert. Jubet senatus videre consulem, ne quid respub. detrimenti capiat. L. Opimius cum senatu, atque equitibus armatis, in forum descendit; Gracchus et Flaccus, cum suis item armatis, Aventinum occupant. Citati mox per consulem ad causam dicendam, cum non parerent, a consule atque optimatibus armata manu Aventino pulsi, in fuga trucidati sunt.

s *Saturnini*] Marius anno urbis 653. Saturninum interfecit, civibus ad arma convocatis. Vide Orat. pro Rab. Perd. Reo.

t *Ego ipse decrevi*] Cicero judicavit cædem illam Clodii non esse contra remp. nam senator erat Cicero, et erat in senatu cum de illa cæde ad senatum relatum est.

u *In Appia*] Appia via ab Appio Clodio Cæco dicta est, quam ille stravit a porta Capena usque ad urbem Capuam.

Digitized by Google

in re vis et insidiæ, crimen judicio reservavi;[x] rem notavi.[e] Quodsi,[y] per furiosum[z] illum tribunum, senatui, quod sentiebat, perficere licuisset, novam quæstionem nunc[2] nullam haberemus; decernebat enim, ut veteribus legibus, tantummodo extra ordinem,[a] quæreretur. Divisa sententia est,[b] postulante nescio quo;[c] nihil enim[3] necesse est, omnium me flagitia proferre: sic reliqua auctoritas senatus, emta intercessione, sublata est.

15. At enim Cn. Pompeius[d] rogatione sua[e] et de re[f] et de causa judicavit; tulit enim de cæde, quæ in Appia via[4] facta esset; in qua P. Clodius occisus fuit. Quid ergo

[e] *Condemnavi crimen.*

Garaton. et Peyron. e codd.—2 C *nec;* Erf. omittit *nunc.* Mox, *ut tuentibus legibus* C S. *ut intuentibus legibus* υ ς.—3 Pro *enim* C exhibet *esse.* Pro *omnium* χ 1. *omnia.* Junt. legit *me omnium; τὸ me* omittunt edd. vett. Lamb. 1566. et Grut. Paulo post, pro *emta* C H S T υ χ 1. 3. præbent *inepta;* ς *adepta.*—4 Erf. omittit *via.* Mox, pro *fuit* C H S T χ 1. 3. alii codd. ap. Orell. Rom. Lamb. 1566. et Orell. habent *esset;* cod. unus Lag. Lamb. in

NOTÆ

[x] *Judicio reservavi*] Sensit Cicero pertinere ad judices inquirere, uter utri fecisset insidias.

[y] *Quodsi, &c.*] Cum prius decrevisset senatus, ut de cæde Clodii veteribus legibus quæreretur, quanquam extra ordinem, tamen, id ubi promulgandum fuit, intercessit Munatius Plancus, atque ita coactus est senatus contra omnium sententiam hoc facere decretum de nova quæstione: erat quippe ea tribunorum plebis auctoritas, ut nullum posset confirmari senatusconsultum, quod illi non approbassent.

[z] *Furiosum*] Furiosus dicitur is, qui nimium popularis senatui non paret, sed seditionem per populum excitat.

[a] *Extra ordinem*] De causa quæri extra ordinem dicitur, cum non servata juris formula est, nec ordine judiciario in causa proceditur.

[b] *Divisa sententia est*] Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res esset complexus, eæ si non omnes probarentur, postulari solitum fuit a quovis sedente, ut divideret, id est, ut de singulis rebus referretur.

[c] *Postulante nescio quo*] Is fuit Q. Fufius senator, qui a Munatio Planco pecunia corruptus fuit; quem non appellat, quia senator erat.

[d] *At enim Cn. Pompeius*] Jam tertium præjudicium refutandum aggreditur, quod jactabatur ab adversariis, Milonem videlicet sententia Cn. Pompeii damnatum esse.

[e] *Rogatione sua*] Rogatio sic dicta est, quod populus Romanus per trinundinum, ab iis, qui rogandi potestatem habebant, rogaretur, vellet, juberetne talem fieri legem, ratamque habere.

[f] *De re*] 'Res' hic sumitur pro generali quæstione cædis.

Digitized by Google

tulit? Nempe ut quæreretur.[5] Quid porro quærendum est? factumne sit? at constat; a quo? at patet.[6 g] Vidit, etiam[7 h] in confessione facti, juris tamen defensionem suscipi posse. Quod nisi vidisset, posse absolvi eum, qui fateretur; cum videret[8] nos fateri; neque quæri unquam jussisset, nec vobis tam salutarem hanc in judicando literam,[i] quam illam tristem[k] dedisset. Mihi vero[l] Cn. Pompeius[9] non modo nihil gravius contra Milonem judicasse, sed etiam statuisse videtur, quid vos in judicando spectare oporteret. Nam qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus[10] quærendam, non interitum putavit. 16. Jam[11] illud dicet[m] ipse profecto, quod sua sponte fecit,

marg. ed. 1584. et Peyron. *est*.—5 Cod. ς *quæreret*.—6 Erf. Lamb. Græv. Garat. Peyron. Orell. *at paret*.—7 *Vidit igitur etiam* codd. German. ap. Orell. Lamb. Græv. Garat. Peyron. Orell. Paulo post, *suscepi non posse* H. —8 Cod. ν *cum non videret*. Mox, pro *jussisset* C habet *vixisset*. Tum, *neque vobis* Lamb. *in vindicando* C. Pro *literam* χ exhibet *licentiam*.—9 *Pompeium* ψ. *nihil gravis* ς. Statim, *spectare oporteat* χ 1.—10 C *interius*.—11 *Nam* χ 1. *idem dicet* C. *illud ipse dicet* Lamb. Pro *putarit*, quod servant codd. German. ap. Orell. C H S T, Græv. seqq. *putet* legunt alii, etiam Lamb. Pro *tempori* C habet *ipsi*; et in marg. 'al. *tempori*.'

NOTÆ

g *At patet*] Nempe a Milone cædem factam esse. Id enim Milo non negabat.

h *Vidit, etiam*] Probat Cicero ex vi legis a Pompeio latæ, eum causæ Milonis favere, quia Miloni factam a se cædem confitenti Pompeius fecit potestatem sui defendendi: quam potestatem nunquam dedisset, cum fateretur Milo se, et Cicero cum ipso, Clodium occidisse.

i *Salutarem hanc in judicando literam*] Salutaris litera fuit A, quæ apponebatur in tabula, quam a prætore accipiebant judices, ac in urnam projiciebant, si absolverent. Unde 'salutaris' dicitur a Cicerone.

k *Illam tristem*] Litera C tristis dicitur, quia illa quoque in tabula judicibus dabatur, quam in urnam projiciebant, si condemnarent. Has autem literas Pompeius judicibus non dedisset, nisi Milonem absolvi posse judicasset: igitur damnandi et absolvendi eum potestatem judicibus dedit.

l *Mihi vero*] Interpretatur Pompeii mentem in lege sua ferenda; ea enim voluit eum defendi, non ergo condemnari. Hoc est igitur quod sequi judices debent; non enim tantum debent attendere, quod Milo occidit Clodium, sed ulterius debent pergere, et attendere ad causam propter quam a Milone interfectus est.

m *Jam illud dicet*] Pompeius dicet, nec senatu, nec populo postulante, se illam legem tulisse.

Digitized by Google

Publione Clodio tribuendum putarit,[n] an tempori. VII. Domi[1] suæ[o] nobilissimus vir,[p] senatus propugnator, atque, illis quidem temporibus, pæne patronus, avunculus hujus nostri judicis,[q] fortissimi viri, M. Catonis, tribunus plebis M. Drusus, occisus est. Nihil de ejus morte populus consultus,[r] nulla quæstio decreta[a] a senatu est. Quantum luctum in hac urbe fuisse[2] a nostris patribus accepimus, cum P. Africano,[s] domi suæ quiescenti, illa nocturna vis esset illata? quis tum non gemuit? quis non arsit dolore?

[a] *Constituta.*

CAP. VII. 1 *Domui* Saxon. Fabric. cum uno cod. Lag. Paulo post, *tribunus plebis* deest in χ 3. *est* deest in C.—2 Lamb. *fuisse in hac urbe.* Mox, *a patribus nostris* Garat. *tum P. Africano* χ 3. *vis esset allata* Bav. ς χ 3. Rom. *quis tamen non gemuit* T. *ingemuit* codd. aliquot, Ven. 1480. Junt. Lamb. Garat. Peyron. Orell. Paulo post, verbum *esse* deest in χ 1. *ne* deest in C. Pro *expectatam* C S exhibent *speculatam;* χ 3. *expetendam.* Hanc vocem

NOTÆ

[n] *Publione Clodio tribuendum putarit*] Ostendit Cicero, non propter Clodium Pompeium legem tulisse, sed ut tempori serviret; ne videlicet lætari de morte Clodii videretur, quocum paucis diebus ante fuerat reconciliatus.

[o] *Domi suæ*] Probat Pompeii legem seu rogationem novam esse, et inauditam comparatione clarissimorum hominum, de quibus nulla lata lex est. Id autem facit, ut ostendat aut inique hanc tulisse Pompeium, aut tempori serviisse.

[p] *Nobilissimus vir*] M. Livius Drusus, quem virum nobilissimum, potentissimum, eloquentissimum nominat Velleius lib. II. et quem Plutarchus tunc principem senatus fuisse ait, cum videret senatum totum seditiosis Tiberii Gracchi legibus oppressum, cupiens eum ad pristinam dignitatem revocare contra equestris ordinis potentiam, ad quem tota senatorii ordinis auctoritas devoluta erat, se popularem simulavit, ac Latinis omnibus jus civitatis promisit; quod cum differret, instabant acriter, ut promissis staret. Tandem cum intelligeretur a populo simulate egisse, in ædibus ab ignota multitudine occisus est. Vide Liv. lib. LXXI.

[q] *Avunculus hujus nostri judicis*] Judex sedebat M. Cato, qui dictus est Uticensis, cujus mater Livia M. Drusi soror fuit, apud quem educatus est. Val. Max. III. 1.

[r] *Populus consultus*] Consuli populus dicebatur Romæ, cum lex rogabatur, hac scilicet formula, 'Velitis, jubeatis, Quirites.'

[s] *P. Africano*] Africanus Minor cum adversaretur C. Graccho, Cn. Fulvio, et Cn. Carboni, triumviris, agros dividere conantibus, seque domum fortis et validus pridie e senatu recepisset, mane in cubiculo mortuus inventus est. Ita Appianus. De tanti viri morte nulla quæstio lata est.

Digitized by Google

quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent, ejus ne necessariam[t] quidem expectatam esse mortem? Num igitur ulla[3] quæstio de Africani morte lata est? certe nulla. 17. Quid ita? quia non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur.[4] Intersit[5] inter vitæ dignitatem summorum atque infimorum; mors quidem illata per scelus iisdem et pœnis teneatur, et legibus. Nisi forte magis erit parricida,[6 u] si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit; aut eo mors atrocior[x] erit P. Clodii, quod is in monumentis[y] majorum suorum sit interfectus: hoc enim sæpe ab istis[7] dicitur; perinde quasi Appius ille Cæcus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur. 18. Itaque in eadem ista Appia via, cum ornatissimum equitem Romanum P. Clodius[8] M. Papirium occidisset,[z] non fuit illud facinus

omittunt T *ν*.—3 *Num i. illa* ς.—4 Pro *necantur* *ν* habet *vetent*.—5 *Ne intersit* C. Mox, *summorum virorum* H. *et* ante *pœnis* omittunt C H T χ 1. 3. Lamb. *tentatur et legibus* C. *tenetur, legibus* codd. aliquot ap. Orell. Rom. ut volebat Heum.—6 Codd. aliquot et Lamb. *patricida*. Aetutum, *si qui* C *ν* ς χ 3. Garat. Peyron. Orell. *si qui humilem* Peyron. *necarit* Erf. et Pith. Mox, *quam is in monumentis* χ 3. *sit* deest in eodem cod.—7 Lamb. *ab istis sæpe*. Statim *proinde quasi* H T *ν* ς, Bav. Lamb. Garat. Peyron. *ille Oppius* C. *ille* omittunt T *ν* χ 3. *Sæcus* C. *viam muniverit* Lamb. Garat. *non quia* *ν*. —8 Ita codd. German. ap. Orell. Grut. seqq. *P. Clodius* omittunt C H S T *ν* ς χ 3. Ven. 1480. 1483. Rom. Mediol. Lamb. al. ante Grut. *Magistrum Papyrium* Pith. Paulo post, *tragœdias existat* C. *quæ cruenta* ς χ 1. *viri sole-*

NOTÆ

[t] *Ejus ne necessariam*] Omnes singulari dolore affecti sunt, quod naturalem vitæ cursum non attigerit; nam occisus est anno ætatis suæ 56. ut Cicero in Somno Scipionis dicit.

[u] *Nisi forte magis erit parricida*] Loquitur Cicero ex mente Stoicorum, qui omnia peccata æqualia esse contendebant. Neque enim ea ex rerum eventu, sed ex vitiis hominum metiebantur.

[x] *Aut eo mors atrocior*] Objectio Clodianorum, quam refutat ironice.

[y] *In monumentis*] Monumentum dicitur non tantum sepulcrum, sed quicquid etiam, rei alicujus conservandæ gratia, exstructum est. Per illa vero monumenta Appiam viam intelligit, quam Appius Claudius censor, qui postea Cæcus dictus est, lapidibus sternendam curavit.

[z] *M. Papirium occidisset*] Tigranis filius Romæ apud Valerium equitem Romanum servabatur. Petiit eum a Flavio inter epulas Clodius, huncque catenis solvit, ac mari commisit, sed relatus est tempestate. Cum igitur Sexto Clodio, reducendus ad Pom-

Digitized by Google

punieudum: homo enim nobilis in suis monumentis equitem Romanum occiderat: nunc ejusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat! Quæ, cruentata antea cæde honesti atque innocentis viri, silebatur, [*p.* 105.] eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis[a] et parricidæ sanguine imbuta est. Sed quid ego illa[9] commemoro? Comprehensus est in templo Castoris[b] servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat;[10] extorta est confitenti sica[c] de manibus. Caruit foro postea Cn. Pompeius: caruit senatu: caruit publico: janua se ac parietibus, non jure legum judiciorumque texit. 19. Num quæ rogatio[d] lata? num quæ[11] nova quæstio decreta est? Atqui, si res,[12] si vir, si tempus ullum dignum fuit, certe hæc in illa causa summa omnia fuerunt. Insidiator erat in foro collocatus,[13] atque in vestibulo ipso senatus: ei viro autem mors parabatur, cujus in vita nitebatur salus civitatis; eo porro reipublicæ tempore, quo, si unus ille occidisset,[14] non hæc solum civitas, sed gentes omnes concidissent. Nisi forte, quia perfecta res non est, non fuit puniendа: perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. Minus dolendum fuit, re non perfecta;

---

bant ς. *crebro usurpatum* C.—9 *Sed quid ego illam* H 8 χ 3. et Lamb.—10 Codd. *u* χ 8. *collocavit.*—11 *Nunquam rogatio lata? nunquam* C. *Num qua r. l. num qua* Lamb. in marg. ed. 1584. Garat. et Peyron. Statim, *est* deest in χ 8.—12 *Atque series* C. *Atqui series* ς. *si tempus illud* H χ 1.—13 *Insidiator enim erat in f. collocato* C. Mox, *ipso* deest in T *u*. Tum, *et viro u*. *ei vero mors* H.—14 Erf. Lall. Garat. Peyron. *cecidisset;* χ 1. 3. *occidissent.* Actutum, *non huic* χ 8. Tum, *nisi vero quia* Erf. codd. German. ap. Orell. Garat. Peyron. Orell. Deinde, *non fuit* desunt in χ 1. *pœnienda* codd. German. ap.

NOTÆ

peium, a quo repetebatur, datus esset, Flavius ad diripiendum Tigranem profectus est: ad quartum ab urbe lapidem pugna commissa est, in qua Papirius, eques Romanus, interfectus est. *Ascon.*

[a] *Latronis*] Clodium latronem vocat, qui ex improviso Milonem aggressus est.

[b] *In templo Castoris*] Templum Castoris foro et curiæ proximum fuit.

[c] *Extorta est confitenti sica*] Servum Clodius in insidiis collocaverat ut Pompeium interficeret.

[d] *Num quæ rogatio*] Clodium in odium adducit, et novam illam rogationem arguit exemplo, et amplificat ab adjunctis et a persona Pompeii.

Digitized by Google

sed puniendum[15] certe nihilo minus. 20. Quoties ego ipse,[16] judices, ex P. Clodii telis, et ex cruentis ejus manibus effugi! ex quibus si me non vel mea, vel reipublicæ fortuna servasset, quis tandem de interitu meo quæstionem tulisset? VIII. Sed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompeium, nosmetipsos, cum P. Clodio conferre audeamus. Tolerabilia fuerunt illa: P. Clodii mortem æquo animo nemo ferre[1] potest: luget senatus; mœret equester ordo; tota civitas confecta senio[b] est; squalent municipia; afflictantur coloniæ; agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant.[2] 21. Non fuit ea profecto causa, judices, non fuit,[3] cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam; sed homo sapiens, et alta quadam mente præditus, multa vidit; fuisse sibi illum inimicum, familiarem Milonem: in communi omnium lætitia, si etiam ipse gauderet, timuit, ne videretur infirmior fides[e] reconciliatæ gratiæ. Multa etiam alia vidit, sed illud maxime; quamvis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter judicaturos. Itaque delegit[4] e florentissimis ordinibus[f] ipsa lumina. Neque vero, quod[5] nonnulli dictitant,

[b] *Ægritudine.*

Orell. et Peyron. *proinde quasi* C H T *u s*, Lamb. Garat. Peyron.—15 Erf. et Lamb. *pœniendum.*—16 *Quoties ipse fugi* Erf. et edd. vett. *Quoties ego ipse fugi* al. ap. Græv. Actutum, *judex u. Clodii cæde* C. *ex* ante *cruentis* omittit Lamb. *vel* ante *mea* deest in edd. ante Græv. extat vero in Erf.

Cap. viii. 1 Garat. et Peyron. tacite, *ferre nemo.*—2 Cod. *ς defenderant.*—3 Ita Bav. Grut. Schutz. *Non fuit ea causa, judices, profecto non fuit* Erf. Græv. Garat. Peyron. Orell. *Non fuit profecto ea causa, judices, non fuit* Lamb. Grut. *profecto* deest in *u s χ* 1. 3. edd. ante Grut. et Lamb. 1566. Mox, *sibi conferret* C. Tum, *et alia quadam* Pith. H S χ 1. 3. *et alta et divina quadam* Erf. Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. *atque alta et divina quadam* Bav. Garat. Peyron. Orell. *et alta quadam et divina* Schutz. *mente prædictus* Pith. *multa videt* C. Paulo post, *si et ipse gaud.* C. *timuit, ne videretur* desunt in *u*, qui statim habet *inferior fides.*—4 *Itaque elegit* Pith. *u χ* 3.—5 *Neque quod χ.*

NOTÆ

[e] *Infirmior fides*] Ex hoc loco patet simultates fuisse Clodium inter et Pompeium, sed eas reconciliatione gratiæ fuisse sopitas; et ne ejus parum fida crederetur reconciliatio, gaudere noluit Pompeius.

[f] *E florentissimis ordinibus*] E senatorio videlicet, equestri, et ex tribunis ærariis judices selecti sunt.

Digitized by Google

secrevit in judicibus legendis amicos meos; neque enim hoc cogitavit vir justissimus, neque in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiamsi cupisset; non enim mea gratia familiaritatibus continetur, quæ late patere non possunt, propterea, quod consuetudines victus[g] non possunt[6] esse cum multis: sed, si quid possumus, ex eo possumus, quod respublica nos conjunxit cum bonis; ex quibus ille cum optimos viros legeret,[h] idque maxime ad fidem suam pertinere arbitraretur, non potuit legere non[7] studiosos mei. 22. Quod vero te, L. Domiti,[8] [i] huic quæstioni præesse maxime voluit; nihil quæsivit aliud, nisi justitiam, gravitatem, humanitatem, fidem. Tulit, ut consularem necesse esset; credo, quod principum munus esse ducebat, resistere et levitati multitudinis, et perditorum[j] temeritati. Ex consularibus te creavit potissimum;[9] dederas enim, quam contemneres populares insanias,[k] jam ab adolescentia documenta maxima. IX. 23. Quamobrem, judices,[1] ut ali-

nulli dictitant u. Paulo post, *viris eligendis* χ. *id non assequi* u. *potuisset si cupisset* χ 8. Pro *cupisset* Ald. et Grut. *cupiisset*. Tum, *contineretur* C, Lamb. 1584. Grut. Græv.—6 C *consuetudinis* v. *non potuit*. Paulo post, *nos conjunxit cum multis* codd. plerique, etiam C H S T ς χ 1. 8. ψ, edd. ante Grut. et Lamb. 1566. *nos conjunxit cum multis equitibus* nonnulli codd. ap. Græv. Verba, *sed, si quid p. ex eo p. q. r. n. c. cum bonis*, desunt in u.—7 Ernesti conj. *non potuit non legere*. H χ 1. ψ *eligere*.—8 *L. Domitii* C S T. *Cn. Domiti* Hervag. et Lamb. 1566. Paulo post, *aliud* omittunt Bav. et Garat. Tum, *nisi ut just.* χ. Deinde, *fidem tuam: ut vero consularem* u.—9 C T *potentissimum*. Actutum, *dederes enim quem* C. *populares insidias* C S u ς χ 1. 8.

CAP. IX. 1 Voc. *judices* deest in C. Mox, *sine qua omnis c. facta* in eodem

NOTÆ

[g] *Consuetudines victus*] Patet familiares eos dici proprie, inter quos victus consuetudo intercedit. Hic autem subtiliter Pompeium, et judices sibi conciliat.

[h] *Optimos viros legeret*] Pompeius optimos omnium ordinum viros legit, qui postea sortiti sunt, ut eorum numerus, qui judicarent, compleretur.

[i] *Domiti*] Domitius Ænobarbus quæsitor huic causæ præpositus fuit, cujus a laudatione captat benevolentiam.

[j] *Perditorum*] Clodianos intelligit.

[k] *Contemneres populares insanias*] Cn. Manlius tribunus plebis legem ferebat seditiose, ut libertini in omnibus tribubus suffragium ferrent. Cumque per vim Capitolium occupasset, a Cn. Domitio prætore dejectus fuit, multis e Manliana seditione interfectis.

Digitized by Google

quando ad causam crimenque veniamus; si neque omnis confessio[1] facti est inusitata; neque de causa quicquam nostra aliter, ac nos vellemus, a senatu judicatum est; et lator ipse legis, cum esset controversia nulla facti, juris tamen disceptationem[2] esse voluit; [*p.* 106.] et electi judices, isque præpositus quæstioni,[m] qui hæc juste sapienterque disceptet; reliquum est, judices, ut nihil jam aliud quærere debeatis, nisi, uter utri insidias fecerit; quod quo facilius argumentis perspicere possitis, rem gestam vobis dum breviter expono, quæso diligenter attendite.

24. P. Clodius cum statuisset omni scelere in prætura vexare rempublicam, videretque ita tracta[3] esse comitia[a] anno superiore, ut non multos menses præturam gerere posset; qui non honoris gradum spectaret,[4] ut ceteri, sed et L. Paulum[b] collegam effugere vellet, singulari virtute civem, et annum integrum[c] ad dilacerandam rempublicam

cod. Tum *nostra* uncis inclusit Garat. *ac nos velimus* ψ.—2 Cod. *κ disceptationes.* Mox, *et delecti*, vel *et lecti* conj. Orell. *electissimi* Schutz. Pro *isque præpositus*, quod firmant codd. German. ap. Orell. Lamb. in marg. ed. 1584. et tres codd. Oxon. *et isti præpositus* exhibent edd. vett. Lamb. 1566. Grut. *isti præpositus* Pith. C T *κ* ς. *estis, præp.* H ψ. *et electi judices estis, isque, &c.* Peyron. improbante Orell. Paulo post, *uter utri subfecerit insidias* Pith. *fecerit* deest in codd. German. ap. Orell. et *κ*.—3 Erf. Pith. C H S T χ 1. 8. ψ *ita tractata.*—4 C *spectarunt.* Mox, pro *effugere vellet* H, Rom. Ven. 1480. habent *effugeret;* ψ *effugere volebat;* Pith. ς χ 1. 8. omittunt *vellet.* Paulo post, *ad sic dilacerandam* ψ. Actutum codd. German. ap. Orell. Garat. Peyron. Orell. *sesque in annum.* Statim, *ut fit* omittunt edd. ante Græv. etiam

NOTÆ

[1] *Si neque omnis confessio*] Breviter repetit Cicero, quæcumque in ista refutatione præjudiciorum dicta sunt; primum quod adversarii jactabant fas non ei esse intueri lucem, &c. secundum, cædem, qua Clodius occisus est, senatum judicasse contra rempub. tertium, voluisse Pompeium, ut Milo jus suum tueretur.

[m] *Præpositus quæstioni*] Domitius quæsitor datus est.

[a] *Ita tracta esse comitia*] Ita dilata fuerunt comitia propter insanas candidatorum contentiones, ut septimo fere tantum mense Domitius Calvinus, et Valerius Messala consulatum inierint.

[b] *L. Paulum*] L. Paulus vir fuit singularis, et ad conservandam rempub. natus, inquit Cicero in Vatinium. Hunc propter summam probitatem collegam habere Clodius nolebat.

[c] *Annum integrum*] Propter dilata comitia medium tantum annum habere poterat, cum circa fere septimum mensem inierint magistratum consules.

Digitized by Google

quæreret; subito reliquit annum suum,[d] seque in annum proximum transtulit, non, ut fit, religione aliqua, sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad præturam gerendam, hoc est, ad evertendam rempublicam, plenum annum atque integrum. 25. Occurrebat ei, mancam [5] [e] ac debilem præturam suam futuram, consule Milone; eum porro summo consensu populi Romani consulem fieri videbat. Contulit se ad ejus competitores,[6] [f] sed ita, totam ut petitionem ipse solus, etiam invitis illis, gubernaret; tota ut comitia suis, ut dictitabat, humeris sustineret. Convocabat tribus:[g] se interponebat: Collinam novam,[h] delectu perditissimorum civium, conscribebat.[7] [i] Quanto ille plura miscebat,[a] tanto hic[k] magis in dies [8] convalescebat. Ubi vidit homo ad

[a] *Perturbabat.*

Lamb. *ut moveretur* H S χ 1. ψ. *advertendam remp.* C.—5 C *macram;* Taurin. H ς χ 1. *enim mancam;* Junt. *Occurrebat et mancam;* Orell. *Occurrebat mancam;* Victor. *Occurrebat et mancum et deb.*—6 *Contulit se ad comp.* υ. *etiam invitis ut gubernaret* Pith. Mox, *suis dictabat* υ. *suis ut dictabat* χ 1. ψ.—7 Ita codd. German. ap. Orell. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. seqq. *coloniam novam delectum p. scribebat civium* edd. vett. etiam Lamb. 1566. *coloniam novam delectum p. civium conscribebat* al. ap. Græv. *colluviem novam* C. *coloniam novam* H S υ ς ψ. *delectum* H S T ψ. *dilectum* υ ς. *scribebat* C H S T υ ς χ 1. ψ.—

NOTÆ

[d] *Reliquit annum suum*] Annus suus dicebatur, quo quis honorem petere ex lege poterat; ut præturam post ædilitatem, post præturam consulatum. Requirebatur autem, ut quis prætor fieret, ut annum ætatis nonum et trigesimum ageret.

[e] *Mancam*] Mancus dicitur, cui altera manus inutilis est, sumta metaphora a corpore ad magistratum.

[f] *Ejus competitores*] Petebant cum Milone consulatum P. Plautius Hypsæus, et Q. Metellus Scipio, non solum largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti. Ita Pedianus.

[g] *Convocabat tribus*] Primum totus populus Romanus in tres partes est divisus, unde tribus dictæ sunt; sed postea crescente populo ad triginta quinque, servato priori nomine, pervenerunt. Porro illæ in curias divisæ sunt, in quibus, tanquam in septis, unaquæque tribus continebatur tempore comitiorum. At Clodius agebat cum curiis ut rejecto Milone, Metellum, vel Hypsæum cos. renuntiarent.

[h] *Collinam* [*coloniam*] *novam*] Clodius pollicebatur se deducturum coloniam novam, si præturam assequeretur. Id autem dicebat, ut ad suas partes pauperes adduceret, eorumque ferret suffragia, spe agrorum, si ipsi deducerentur.

[i] *Civium conscribebat*] Eos porro scribebat, non tam ad ferendum suffragium, quam ad vim faciendam.

[k] *Hic*] Milo certior consulatus fiebat.

Digitized by Google

omne facinus paratissimus, fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum consulem, idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis populi Romani sæpe esse declaratum; palam agere cœpit, et aperte dicere, occidendum Milonem. 26. Servos agrestes[9] [l] et barbaros,[m] quibus sylvas publicas depopulatus erat,[n] Etruriamque vexarat, ex Apennino[o] deduxerat, quos videbatis. Res erat minime obscura; etenim palam dictitabat, consulatum Miloni eripi non posse; vitam posse:[10] significavit hoc sæpe in senatu; dixit in concione; quinetiam Favonio,[p] fortissimo viro, quærenti ex eo, qua spe fureret, Milone vivo, respondit, triduo illum, ad summum[11] quatriduo, periturum; quam vocem ejus ad hunc M. Catonem[q] statim Favonius detulit. x. 27. Interim cum sciret Clodius (neque enim[1] erat difficile scire) iter solenne,[r] legitimum,[s] necessarium, ante diem XIII Kalendas Feb.[t] Miloni esse Lanuvium[u] ad flaminem[x] prodendum,[b] quod erat dictator[y]

[b] *Nominandum.*

8 Cod. ψ *magis fides.*—9 *Suos vel Servos agrestes* T. *agrestos* C.—10 H ψ *vitam eripi posse.* Mox, *Marco Favonio* υ. *ex eo* omittit χ 3. Actutum, *quæ sæpe fureret* ς. *qua spe frueretur* χ 1.—11 Garat. Peyron. Orell. *aut summum.*

Cap. x. 1 Pro *neque enim* υ habet *neminem.* Verbum *erat* deest in ς.

NOTÆ

[l] *Servos agrestes*] Fuit Romanorum divitum consuetudo, ut multos servos in agris alerent, et sæpe suis in prædiis decem eorum millia haberent.

[m] *Barbaros*] Qui convocabantur ex aliis nationibus barbari dicebantur, vel quia peregrina lingua utebantur, vel quia moribus erant immanes.

[n] *Sylvas publicas depopulatus erat*] Invidiose in Clodium loquitur, utpote qui illorum servorum numero ad perniciem reipub. abutebatur.

[o] *Ex Apennino*] Mons est Apenninus perpetuo fere dorso Italiam in duas partes dividens.

[p] *Favonio*] Favonius vir fuit amicissimus Catoni, et ejus constantiæ et doctrinæ æmulus.

[q] *Ad hunc M. Catonem*] Is est Cato, qui postea Uticensis dictus est, et tum judex sedebat.

[r] *Iter solenne*] Solenne dicitur quod certis temporibus fit.

[s] *Legitimum*] Legitimum est quod lege fit et more, ideoque necessarium censetur.

[t] *Ante diem XIII Kal. Feb.*] Id est, die Januarii vigesima.

[u] *Lanuvium*] Lanuvium municipium fuit quod distat ab urbe Roma stadia fere centum, quod a Diomede, post eversam Trojam in Italiam advecto,

Digitized by Google

Lanuvii Milo; Roma [2] subito ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum [z] (quod re intellectum est [a]) Miloni insidias collocaret. Atque ita profectus est, ut concionem turbulentam,[b] in qua ejus furor [3] desideratus est,[c] quæ illo ipso die habita est, relinqueret; quam, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset. 28. Milo autem cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus [4] dimissus est, domum venit; calceos et vestimenta [c] mutavit; paulisper, dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est;[d] deinde profectus est [5] id temporis,[d] cum jam Clodius, siquidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. Obviam fit ei Clodius, expeditus,[e] in equo, nulla rheda,[f] nullis

[c] *Necessarius erat.* [d] *Eo tempore.*

erat id difficile Lamb. Lacunam inter *scire* et *iter* notant codd. aliquot. Eam explet Erf. aliique codd. ap. Græv. *scire a Lanuvinis) iter, &c.* Mox, *diem tertium decimum Kal.* Erf. *Milonem Lanuvium v. Miloni esse Lanubium* Erf. Pith. *ad flam. prodeundum* ς ψ.—2 *Romam* Erf. ς χ 3. *subito* deest in χ 1.—3 Erf. *inque jus furor.* Statim, *desideratus erat* H.—4 Tres codd. Oxon. *quo a senatu;* Erf. *quoad senatu.*—5 Verbum *est* h. l. omittunt Bav. Pith. C H T

NOTÆ

conditum est, ut refert Appianus Bell. Civil. lib. II. ibi erat Junonis Sospitæ templum celeberrimum, cui a dictatore singulis annis sacerdos constituebatur.

[x] *Flaminem*] Flamen nomen commune fuit sacerdotum, nam flamen erat Dialis, flamen Martialis, Quirinalis, Junonis. Porro flamen dictus est, inquit Vossius, a 'flameo,' hoc est velamento capitis quo utebantur. 'Flameum' autem vocatum est a flammeo colore. Putant alii quam plurimi quod dictus sit flamen, quasi filamen, a 'filo,' quod vel pileo sacerdotis erat annexum, vel quod æstu urgente solo filo caput cingebat. Ita Priscian. lib. IV.

[y] *Dictator*] In municipiis dictator dicebatur, qui nunc magister civitatis dicitur.

[z] *Suum fundum*] Fundus in jure proprie ager cum ædificio dicitur.

[a] *Quod re intellectum est*] Id est, eventu pugnæ, quæ hic commissa est.

[b] *Concionem turbulentam*] Eodem die, quo Clodius occisus est, C. Sallustius, et Q. Pompeius, tribuni plebis, et Milonis inimici, concionati sunt, inquit Asconius, sed potissimum Q. Pompeius, qui omnium seditiosissimus fuit.

[c] *Calceos et vestimenta*] Senatores calceis utebantur auratis. Pænula autem vestimentum itinerarium fuit contra frigus et pluviam.

[d] *Commoratus est*] Nihil tumultuose, nihil festinanter Milo fecit, sed pacato et tranquillo animo.

[e] *Expeditus*] Id est, paratus ad pugnam.

[f] *Nulla rheda*] Rheda vehiculi genus est.

Digitized by Google

impedimentis,[g] nullis Græcis[6] comitibus,[h] ut solebat; sine uxore,[i] quod nunquam fere; cum hic insidiator,[k] qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum uxore[l] vehe-retur in rheda, pænulatus, magno impedimento, ac muli-ebri et delicato[7] ancillarum[m] puerorumque[n] comitatu.[o] 29. Fit obviam Clodio ante fundum ejus,[p] hora fere unde-cima,[q] aut non multo secus: statim complures cum telis in hunc[r] faciunt de loco superiore[s] impetum: adversi[t] rhedarium occidunt: [p. 107.] cum autem hic[u] de rheda, rejecta pænula, desiluisset, seque acri animo defenderet; illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis,[e] partim recur-

[e] *Evaginatis.*

ϛ χ 1. 8. Peyron.—6 H *nulli Græcis.*—7 Ita Bav. alii codd. et Schutz. *magno et impedito, ac muliebri et delicato* Orell. *vulgi magno impedimento ac muliebri et delicato* Hervag. Lamb. Grut. *vulgus magno* nonnulli codd. et Ven. 1483. *vulgique magno* Junt. *vulgo magno et impedimento* codd. Lambini; *illigatus magno et impedimento et m. ac del.* conj. Peyron. *et impedimento*

NOTÆ

[g] *Nullis impedimentis*] Impedimenta sarcinæ sunt, quæ ad viam necessariæ sunt.

[h] *Nullis Græcis comitibus*] Comites illi Græci vel sunt musici, vel philosophi, quos ut plurimum ditiores Romani alebant apud se eruditionis causa, ut Cicero Orat. in Pisonem notavit.

[i] *Sine uxore*] Clodius Fulviam uxorem habuit, quæ postea nupsit Antonio, quæque caput Ciceronis demortui sputis fœdavit, et linguam acu perforavit.

[k] *Cum hic insidiator*] Milonem ironice insidiatorem vocat, quia nihil in eo est quod cædis suspicionem movere possit.

[l] *Cum uxore*] Milo Faustam, Sullæ dictatoris filiam, uxorem habuit.

[m] *Ancillarum*] Ancillas secum uxor ducebat.

[n] *Puerorum*] Per pueros intelligit juniores servos.

[o] *Comitatu*] Delicatum appellat hunc comitatum, quia tum ancillæ, tum illi pueri ad certamen erant inepti.

[p] *Fundum ejus*] Fundus ille fuit in Albano.

[q] *Hora fere undecima*] Romani horas duodecim ab oriente ad occidentem solem numerabant, quæ proinde vel longiores, vel breviores fuere, secundum longitudinem, vel brevitatem dierum. Primam autem ab ortu solis numerabant, et sic de reliquis. Cum autem commissa fuerit hæc pugna die Januarii vicesimo; hæc hora undecima fere tertiæ nostræ pomeridianæ cum dimidia respondet.

[r] *In hunc*] In Milonem.

[s] *De loco superiore*] Superior locus aptior est ad pugnandum.

[t] *Adversi*] Illi videlicet qui erant ex parte adversa opposita aurigæ Milonis.

[u] *Hic*] Milo, quem aggrediebantur.

Digitized by Google

rere[8] ad rhedam, ut a tergo Milonem adorirentur; partim, quod hunc jam interfectum putarent, cædere incipiunt ejus servos, qui post erant: ex quibus, qui animo fideli in dominum et præsenti fuerunt, partim occisi sunt, partim, cum ad rhedam pugnari viderent, et domino succurrere prohiberentur, Milonemque occisum etiam ex ipso Clodio audirent, et ita esse putarent,[9] fecerunt id [servi Milonis] (dicam enim non derivandi criminis[x] causa, sed ut factum est) neque imperante, neque sciente, neque præsente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset. XI. 30. Hæc, sicut exposui, ita gesta sunt, judices: insidiator superatus,[1] vi victa vis, vel potius oppressa virtute audacia est. Nihil dico, quid respublica consecuta sit;[2] nihil, quid vos; nihil, quid omnes boni: nihil sane id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se quidem servare potuerit, quin una rempublicam vosque servaret. Si id jure non posset,[3] nihil habeo, quod defendam; sin hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus,[a] et feris natura[b] ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, qua-

habent C H T χ 1. 8. ψ.—8 Cod. ψ *recurrerunt*. Paulo post, *incipiunt eos servos* χ 1. Verba, *ex quibus qui a. f. in dominum*, desunt in χ 8. *in dominum erant* H S T ν ς χ 1. *erant in dominum* edd. vett. Pro *et præsenti*, quod servant codd. German. ap. Orell. Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. Garat. Peyron. Orell. *et præsentes* habent C H S T ν ς χ 1. 8. ψ, edd. vett. Lamb. 1566. et Grut. *et* ante *domino* omittunt C H T χ 1. 8. ψ, codd. German. ap. Orell. Garat. Peyron. Tum, *Milonem occisum et ex ipso* C H S T χ 1. 8. ψ, Taurin. al. ap. Orell. Lamb. Garat. Peyron. Orell.—9 Codd. German. ap. Orell. Taurin. Garat. Peyron. Orell. *et re vera putarent*; Lamb. *et ita putarent*. Statim, *servi Milonis* delevit Schutz. *dicam enim aperte* Taurin. Peyron. Deinde, *nec imperante, nec s. nec* Taurin.

Cap. XI. 1 Erf. Taurin. Peyron. *superatus est*.—2 *Quid resp. cons. sit, nihil dico* Bav. Mox, *nihil sane quod prosit* Taurin. Peyron. Pro *natus est* C habet *potius est*. Tum, *servare poterit* χ 3. *unam remp.* Erf. *una rep.* C. *vosque servavit* χ 3.—3 *Si id fieri jure non posset* Erf. Bav. *Si id jure fieri non potuit* Taurin. Peyron. *Si id jure non possit* conj. Garat. *Si id jure non potuisset* suspic. Ernesti. Statim, *habeo quid* Taurin. Paulo post, *et feris etiam*

NOTÆ

[x] *Derivandi criminis*] Derivari crimen dicitur, cum culpa, qua quis tenetur, in alium, in quo non est, rejicitur.

[a] *Et mos gentibus*] Alludit ad jus gentium, quæ ad Romanum imperium non pertinebant.

[b] *Et feris natura*] Loquitur de jure naturæ, nam feræ naturaliter se defendunt, ut corpus tueantur.

Digitized by Google

cumque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua[4] propulsarent; non potestis hoc facinus improbum judicare, quin simul judicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut vestris sententiis esse pereundum. 31. Quodsi[5] ita putasset; certe optabilius Miloni fuisset dare jugulum[a] P. Clodio, non semel ab illo, neque tum primum petitum, quam jugulari a vobis, quia se illi non jugulandum tradidisset: sin hoc[6] nemo vestrum ita sentit; illud jam in judicium venit, non, occisusne sit, quod fatemur, sed jure, an injuria; quod multis in causis sæpe quæsitum est. Insidias factas esse constat; et id est,[7] quod senatus contra rempublicam factum judicavit: ab utro factæ sint, incertum est. De hoc igitur, latum est, ut quæreretur.[c] Ita et senatus rem,[b] non hominem, notavit; et Pompeius de jure, non de facto, quæstionem tulit. XII. Numquid igitur aliud in judicium venit, nisi, uter utri insidias fecerit? profecto nihil: si hic[d] illi, ut ne sit impune;[c] si ille[e] huic, tum nos[1] scelere solvamur.[d]

32. Quonam igitur pacto probari potest, insidias Miloni fecisse Clodium? Satis est quidem,[2] in illa tam audaci, tam nefaria bellua,[f] docere, magnam ei causam, magnam spem

[a] *Se jugulandum.* [b] *Insidias.* [c] *Ut puniatur.* [d] *Liberemur.*

belluis natura in eodem cod.—4 C H T υ ς ψ *de vita sua.* Mox, *aut i. telis, aut nostris* χ 3.—5 *Quid si* T. Mox, *nec tamen primum* υ. Tum, *fuisset* est e conj. Ernesti; alii omnes habent *fuit.* Deinde, *jugulari vobis* C. *jugulari a nobis* ς. *jugulandum non tradidisset* cod. Lag. et Garat. tacite; *non jugulandum illi trad.* Taurin.—6 Idem cod. *si hoc.* Mox, *ita* deest in υ. *non illud jam in jud. venit, occisusne* Taurin. Peyron. Deinde, *multis antea in causis* υ ς χ 1. 3. ψ, et edd. vett. *jam sæpe* Bav. Lamb. in marg. ed. 1584. *jam quæsitum est* edd. vett. etiam Lamb. 1566.—7 Pro *id est* υ habet *idem.* Statim, *factum esse judicavit* H S ψ. *factum* deest in χ 3. Denique, *ut quæretur* χ 1.

CAP. XII. 1 C *tamen nos;* Lamb. conj. *tum ut nos;* pro *tum nos* Taurin. et Peyron. habent *ut:* ψ *salvamur.*—2 C *equidem;* Peyron. legit e Taurin. *satis est in illa quidem tam.* Pro *docere* H habet supra lin. *dicere.* Verba, *magnam ei causam,* desunt in υ. *magnam enim causam* habet C. Deinde, *morte proposi-*

NOTÆ

[c] *Ut quæreretur*] Hac de re Pompeius tulit legem, de qua dictum est.

[d] *Si hic*] Milo videlicet.

[e] *Ille*] Clodius.

[f] *Nefaria bellua*] Clodium belluam appellat invidioso nomine.

Digitized by Google

in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum,[g] 'Cui bono fuerit,'[e] in his personis valeat; etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe parvo. Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc assequebatur, non modo ut prætor esset,[h] non eo consule, quo sceleris nihil facere posset; sed etiam, ut his[3] consulibus[i] prætor esset, quibus si non adjuvantibus, at conniventibus[f] certe, speraret, se posse rempublicam eludere[g] in illis suis cogitatis furoribus;[k] cujus illi conatus, ut ipse[4] ratiocinabatur, nec, si possent, reprimere cuperent, cum tantum beneficium[l] ei se debere arbitrarentur; et si vellent, fortasse vix possent frangere hominis sceleratissimi corroboratam jam vetustate audaciam.[m] 33. An vero,

[e] *Quis percipit utilitatem.* [f] *Permittentibus.* [g] *Fallere.*

tas *ν*.—3 Manut. Lamb. Garat. Peyron. Orell. *sed etiam ut iis;* H ψ *sed etiam his;* *ν* *sed ut his.* Mox, *aut concurrentibus* C. *at conniventibus* desunt in T. *aut conhuientibus* Erf. in quo cod. *certe* deest. Pro *speraret*, quod servant codd. Oxon. Erf. Bav. *sperasset* exhibent edd. ante Ernesti. *rempublicam* omittunt Pith. Erf. C H T *ν* ς 1. ψ. *posse se eludere* Bav. Garat. Orell.—4 Codd. omnes et edd. ante Grut. *ut ille.* Mox, *nec si cuperent reprimere possent* C H S T *ν* ς χ 3. ψ, et edd. vett. *nec si possent, reprimere vellent* de Lambini conj. Garat. et Peyron. Paulo post, *et si vellet* C. *et si cuperent* de Lambini conj. Garat. et Peyron. *fortasse non possent* *ν*. Deinde, *jam* omit-

NOTÆ

[g] *Illud Cassianum*] 'Cassius,' inquit Asconius, 'vir fuit summæ severitatis: quoties quæsitor alicujus judicii esset, in quo quæreretur de homine occiso, suadebat, atque etiam præcipiebat judicibus hoc quod Cicero nunc admonet, ut quæreretur cui bono fuisset perire eum, de cujus morte quæreretur.' Val. Max. III. 7. ait quod 'ejus tribunal, propter nimiam severitatem, scopulus reorum dicebatur.'

[h] *Ut prætor esset*] De prætoribus fuse dictum est in Orat. pro Lege Manil. § 2.

[i] *His consulibus*] Plautius Hypsæus et Q. Metellus Scipio designantur, qui cum Milone petebant consulatum.

[k] *Cogitatis furoribus*] Statuerat Clodius in prætura totam rempub. evertere.

[l] *Tantum beneficium*] Consules Hypsæus, et Metellus Scipio nunquam ausi fuissent rempublicam contra Clodii conatus defendere, quia ejus beneficio consulatum fuissent adepti.

[m] *Corroboratam jam vetustate audaciam*] Metaphora sumta ab arboribus, quæ, quo vetustiores, eo duriores sunt, ut quercus.

Digitized by Google

judices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini? vestræ peregrinantur aures,[n] neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur, quas ille leges, (si leges nominandæ sunt, ac non faces urbis et pestes[5] reipublicæ) fuerit impositurus nobis omnibus atque inusturus?[o] Exhibe, quæso,[6] Sexte Clodi,[p] exhibe librarium[q] illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo, et ex mediis armis turbaque nocturna,[r] tanquam Palladium,[s] sustulisse, ut præclarum videlicet munus, atque instrumentum[t] tribunatus ad aliquem, si nactus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gere-

tunt ς χ 1.—5 Ita edd. fere omnes; *urbis, pestes* C H T *u* ς χ 3. ψ, Erf. Pith. codd. German. ap. Orell. Venet. 1480. Garat. Peyron. Orell. *nobis omnibus atque inusturus* desunt in C.—6 *Exhibe, exhibe, quæso* Erf. Græv. Garat. Pro *librarium* Bav. Saxon. C *liberarium*; *u*, Venet. 1480. Junt. Lamb. *libellarium*; ς *liberalium*. Mox, *eripuisse* deest in χ. *de domo* C. *eripuisse domo* Garat. Peyron. Pro *sustulisse* Erf. Lag. Græv. *extulisse*. Deinde, codd. et edd.

NOTÆ

[n] *Peregrinantur aures*] Videtur quasi ignorantiæ arguere judices: peregrinari enim dicuntur qui domi non sunt; et peregrini sæpe rerum ignari sunt, quæ in eo loco ubi sunt, geruntur.

[o] *Atque inusturus*] Vel respicit ad incendium quo curia deflagravit, cum Clodii cadaver ambustum est; vel ad ipsius Clodii tyrannidem, qui leges odiosas omnibus imposuisset, si præturam fuisset assecutus; sumta metaphora a servis, qui ferro candenti inurebantur.

[p] *Sexte Clodi*] Sextus ille Clodius Clodii fuit consanguineus, quem ejus scribam sæpe vocat Cicero, et quem Asconius ait Clodii cadaver in curiam intulisse.

[q] *Librarium*] Id est, codicem, in quo acta omnia describuntur.

[r] *Turbaque nocturna*] Postquam interfectus est Clodius, Romam, ut refert Pedianus, perlatum est ejus cadaver ante primam noctis horam; infimæque plebis, et servorum maxima multitudo magno luctu corpus in atrio domus positum circumstetit.

[s] *Palladium*] Palladium simulacrum fuit Palladis, quod, Ilo avo Priami regnante apud Trojanos, e cœlo decidit. Delato in urbem simulacro, Ilus Apollinem consuluit, qui incolumem Trojam fore respondit, dum illud in Ilio conditum servaretur. Alii ferunt Diomedem, Ulyssem alii abstulisse. Hoc illud ipsum simulacrum Romam pervenit; a quo perlatum fuerit non constat. Cedrenus a Diomede petenti Æneæ redditum fuisse scribit, a quo in Italiam perlatum est. At certum est, Romæ in æde Vestæ repositum fuisse; quod cum arsisset, ab incendio Metellus pontifex eripuit.

[t] *Instrumentum*] Instrumentum hic sumitur pro iis quas Cicero literas publicas appellat: hoc est, quod vel a persona publica, veluti scriba magistratus, vel tabellione scriptum est.

Digitized by Google

ret, deferre posses.[7] [*p.* 108.] Et aspexit[8] me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cum omnia omnibus minabatur.[w] Movet[9] me quippe lumen curiæ.[x] XIII. Quid? tu me iratum,[y] Sexte, putas tibi, cujus inimicissimum[1] multo crudelius etiam punitus es,[z] quam erat humanitatis meæ postulare? Tu P. Clodii cruentum cadaver[a] ejecisti domo,[b] tu

vett. *præclarum inde munus ac instr.*—7 '*Atque per* [*omnes tribus divisis libertinis servos ille omnes, qui in libertate morarentur, lege nova additurus erat, ut ipsi cum ingenuis æqualiter suffragia ferrent.*] *An hujus ille legis, quam Sextus Clodius a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus esset, vivo Milone, ne dicam consule? De nostrum enim omnium . . . non audeo totum dicere. Videte, quid ea vitii lex habitura fuerit, cujus periculosa etiam reprehensio est.*] Primum est hoc supplementum a Peyroneo (præeunte Garatonio, qui tamen ad priorem, id est, vere habitam pro Milone orationem Tullianam referebat) desumtum e Quintil. IX. 2. et Schol. Ambrosiano ad Orat. pro Ære Alieno Milonis p. 97. ed. Maii. Deerant tamen sic quoque quædam, quorum supplementum do Beierianum Fragm. Cic. p. 132. melius utique hoc Peyroniano: *Atque permultas leges præter jus et æquitatem excogitatas cum recitare possem, unam tantum exponam, judices, ceterarum omen atque firmamentum. Ille enim majora suis legibus suffragia, atque latrociniis arma comparaturus constituerat, ut servis qui privata dominorum voluntate manumissi in libertate morabantur, justa libertas ac civitas Romana cum suffragio in rusticis tribubus ipso jure daretur.*' Orell.—8 *En aspexit* conj. Otto probante Beier. Mox, *me quidem illis*, contra codd. Lamb. 1566. et edd. omnes ante 1584. *omnibus omnia* Ascon. cod. Fabric. Græv. Schutz. Garat. Peyron. Orell. et sic quoque Quintil. IX. 2. et Priscian. p. 1211. Putsch. *omnia* deest in C H S T χ 1. 3. *v* ς ψ.—9 *Monet* ς χ 3. *me quidem lumen* χ 3.

CAP. XIII. 1 Cod. χ *inimicissimus.* Mox, *etiam punisses, quam* H. *e. pœnitus es, quam* Taurin. Lamb. in marg. ed. 1584. *Quid? tu me tibi iratum, S. putas, cujus i. . . . pœnitus es, &c.* Bav. *quam non erat* C. *humanitatis tuæ* H.—

NOTÆ

[w] *Omnia omnibus minabatur*] Sextus ille Clodius scriba fuit Pub. Clodii, de quo in Orat. pro Domo sua: qui, quo anno Publius gessit consulatum, potentissimus fuit, et ejus furoris administer.

[x] *Movet me quippe lumen curiæ*] Jocatur hic ambigue Cicero: videtur enim indicare incendium curiæ, et per ironiam Sextum Clodium senatorem amplissimum.

[y] *Quid? tu me iratum*] Digreditur a continua oratione ad Sextum illum Clodium, cui iratum non esse se profitetur, cum longe gravius sævierit in Clodium amicum et consanguineum suum, quam ipse Cicero in hostem agere voluisset.

[z] *Punitus es*] Ut 'impertio' et 'impertior,' ita 'punio' et 'punior' in eadem significatione a Cicerone dictum est.

[a] *Cruentum cadaver*] Exponit sigillatim quid a Sexto Clodio actum est in Publii cadaver, quod cum cruentum esset a recenti cæde, nequidem illud lavandum curavit. Moris enim fuit apud illos veteres, ut mortui lavarentur, et ungerentur: unde Ennius, 'Tarquinii corpus bona fœmina lavit, et unxit.'

[b] *Ejecisti domo*] In odium Sexti

Digitized by Google

in publicum abjecisti;[2] [c] tu spoliatum imaginibus,[d] exequiis,[e] pompa, laudatione,[f] infelicissimis lignis[g] semiustulatum,[A] nocturnis canibus[h] dilaniandum reliquisti: quam rem etsi nefarie[3] [i] fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti[i] tuam, laudare non possum, irasci certe non debeo. 34. P. Clodii præturam[k] non sine maximo rerum novarum[l] metu proponi, et solutam[4] fore vide-

[A] *Semiustum.* [i] *Ostendisti.*

2 Ita codd. German. Græv. seqq. *projecisti* Lamb. 1566. prob. Rhunck. ad Rutil. I. 13. *ejecisti* codd. plerique, etiam C S T ς χ 1. 3. ψ, et edd. ante Lamb. *jecisti* codd. aliquot ap. Grut. *extulisti* H. *linguis se musculatum* ς. *lignis semustulatum* Taurin. Lamb. Peyron. Orell. Cf. Philipp. II. § 91. *nocturnis casibus* υ.—3 Codd. German. C T, Græv. Garat. Peyron. Orell. *quare etsi nefarie;* edd. vett. Lamb. et al. ante Ernesti *quam rem etsi nefario;* χ 3. *quam rem etsi necessarie;* C *effecisti.* Schutz. dedit de Ernesti suspic. *quam rem, etsi, quia nefarie f. laudare non possum, tamen, q. in m. i. c. e. tuam, irasci, &c.* —4 ' [*Demonstravi, judices, quantum Clodii inter*] *fuerit occidi Milonem; convertite animos nunc vicissim ad Milonem. Quid Milonis intererat interfici Clodium?*

NOTÆ

Clodii, ait 'ejecisti;' quia viri consanguinitate propinquiores solebant multo honore efferre. Ejecit autem Sextus quasi ea quæ invisa sunt.

[c] *In publicum abjecisti*] Asconius Pedianus scribit vulgus imperitum, corpus nudum, discalceatum, sicut in lectulo erat positum, ut vulnera videri possent, in forum detulisse, et in rostris posuisse.

[d] *Spoliatum imaginibus*] Plin. XXXV. 2. refert, atria nobilium virorum plena fuisse ceratis imaginibus; et si quando sepeliendus esset aliquis e familia, tum ferri omnes eas imagines eorum qui in familia vixerant.

[e] *Exequiis*] Servius in Æneid. II. sic scribit: 'Funus, ardens cadaver; dum portabatur, exequias; dum crematum est, reliquias et bustum; dum conditum est, sepulcrum dici.'

[f] *Laudatione*] Ex nobili et illustri familia si quis excederet e vita, tum aliquis e propinquis assumebatur, qui mortuum laudaret: hinc orationes funebres habendi consuetudo defluxit.

[g] *Infelicissimis lignis*] Pedianus ait quod 'Sexto Clodio duce, populus corpus Pub. Clodii in curiam intulit, cremavitque subselliis, et tribunalibus, et mensis, et codicibus librariorum; quo igne et ipsa curia flagravit, et item Porcia Basilica, quæ erat ei juncta, ambusta est.' Infelicissima autem hæc ligna appellat, quod in funeribus illustrium virorum vulgo amomo, balsamo, &c. uterentur.

[h] *Nocturnis canibus*] Canes intelligit, qui noctu vagantur, neque certas domos habent.

[i] *Quam rem etsi nefarie* [*necessario*] Coactus est Sextus Clodius statim effugere et relinquere semiustum illud corpus, propter periculum in censu curiæ.

[k] *Clodii præturam*] Post digressionem, redit ad præturam quam Clodius petebat.

[l] *Rerum novarum*] Vulgo per res

Digitized by Google

batis, nisi esset is consul, qui eam auderet possetque constringere. Eum Milonem [m] esse,[5] cum sentiret universus populus Romanus; quis dubitaret, suffragio suo se metu, periculo rempublicam liberare? At non,[6] P. Clodio [n] remoto, usitatis jam rebus enitendum [k] est Miloni, ut tueatur dignitatem suam: singularis illa huic [7] uni concessa gloria, quæ quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, jam morte Clodii cecidit. Vos adepti estis, ne quem civem metueretis:[8] hic exercitationem virtutis, suffragationem consulatus, fontem perennem [o] gloriæ suæ perdidit. Itaque Milonis consulatus, qui, vivo Clodio, labefactari non poterat,[l] mortuo denique tentari [m] cœptus est: non modo igi-

[k] *Certandum more solito.*
[l] *Certissimus erat.* [m] *Concuti.*

Quid erat, cur Milo, non dicam admitteret, sed optaret? Obstabat in spe consulatus Miloni Clodius.—At eo repugnante fiebat; immo vero, eo fiebat magis, nec me suffragatore meliore utebatur, quam Clodio. Valebat apud vos, judices, Milonis erga me remque publicam meritorum memoria; valebant preces et lacrymæ nostræ, quibus ego tum vos mirifice moveri sentiebam; sed plus multo valebat periculorum impendentium timor. Quis enim erat civium, qui sibi solutam P. Clodii præturam sine maximo rerum novarum metu proponeret? Solutam, &c.] Alterum est hoc supplementum a Peyronio e Taurin. desumtum, cujus in ceteris codd. et edd. hæc duntaxat restabant: *non debeo. P. Clodii præturam non sine maximo rerum novarum metu proponi et solutam fore, &c.* nisi quod pro his ultimis ex Erf. Garat. dedit, *proponi, solutam autem fore*; et Lamb. 1566. *proponi solitam esse videbatis.* Quæ exciderunt, sic supplevit Beierius, melius quam Peyron. [*Audistis, judices, quantum Clodio pro*]*fuerit.*' Orell. *et solutam fore* habent C H T. *solitam fore*, omisso *et*, υ ς χ 1. 3. ψ. *solitam esse* 8. *ni esset* Erf. Garat. *qui eam audere* ς ψ. *possetque contingere* υ. *possetque confringere* Ven. 1483. Junt. Lamb. 1566.—5 *Eum M. unum esse* codd. German. Junt. Lamb. in marg. ed. 1584. Garat. Peyron. Orell. *esse* omittunt υ χ 1. Mox, *suffragioso se metu* C. *remp. gubernare* υ.—6 *An nunc* H χ 1. *At nunc* C S T ς ψ, Taurin. German. Orell. *remoto* deest in C H S T υ ς χ 3. ψ. *At nunc P. Clodio mortuo* Lamb. 1566. *obnitendum est* edd. ante Steph. *est* omittit C. Pro *tueatur* χ 1 habet *tueretur.*—7 Taurin. Peyron. Orell. *et huic.* Mox, *quotidie frangebatur frangendis* ς χ 3. *quotidie fungebatur frangentibus* υ. *Clodii morte*

NOTÆ

novas, seditiones et motus intelligunt historici, quibus veteres leges infringuntur. Ad hoc autem maxime Pub. Clodius spectabat, cum prætor fieri voluit.

[m] *Eum Milonem*] Totus populus Romanus optabat Milonem fieri consulem, quasi is unus esset qui Clodio posset resistere.

[n] *At non, P. Clodio*] Objectionem proponit Cicero, et ostendit, Clodii mortem nihil utilem Miloni fuisse.

[o] *Fontem perennem*] Locum hunc citat Quintilianus lib. VIII. ubi de egregiis metaphoris loquitur.

Digitized by Google

tur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodii[9] mors Miloni. 35. At valuit odium,[p] fecit iratus, fecit inimicus, fuit[10] ultor injuriæ, punitor doloris sui. Quid? si hæc,[11] non dico, majora fuerunt in Clodio, quam in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc; quid vultis amplius? Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam[12] suæ gloriæ, præter hoc civile[q] odium, quo omnes improbos odimus? Ille, erat, ut odisset,[13][r] primum defensorem salutis meæ, deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum, postremo etiam accusatorem suum; reus enim Milonis, lege Plotia,[s] fuit Clodius,[*] quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum[14][t] tulisse creditis? quantum odium illius,

[*] *Milo enim potuit accusare Clodium.*

Taurin. Peyron. Orell.—8 C χ 3. *metueritis.*—9 Taurin. et Orell. *etiam Clodii*, omisso prænomine. *Miloni* deest in χ 1.—10 Manut. et Steph. *fecit.*—11 *Quid si hoc* C ϑ. Statim, *sed ille* ς. *multa in hoc* χ 1.—12 Bav. Lamb. Garat. Orell. *ac materiem;* H *atque materiam.* Mox, *commune odium* conj. Victor.—13 *Ille sic oderat, ut* Lamb. contra codd. *deinde sui vexatorem* ψ. *postremum etiam* Taurin. Peyron. *suum* deest in ς.—14 Taurin. Peyron. *ty-*

NOTÆ

[p] *At valuit odium*] Occurrit objectioni, quæ informari sic ab adversariis poterat: Si Milo oderat Clodium, sed Clodius non oderat Milonem, credibilius videtur quod Milo Clodio, non Clodius Miloni, struxerit insidias. At hanc objectionem solvit a causis, quia nemo odit eum, a quo ei accrevit gloria; at maxima frangendis Clodii furoribus Miloni accrevit gloria.

[q] *Præter hoc civile*] Ait Milonem non alio odio fuisse Clodium prosecutum, quam quo omnes naturali quadam propensione oderunt improbos.

[r] *Ille, erat, ut odisset*] Jam causas profert quare Clodius odisset Milonem. Prima causa est, quia tribunus plebis Milo studuerat Ciceroni ab exilio revocando; secunda, quia sæpius rempublicam vexaverat Clodius, cujus Milo sæpius arma impedivit; tertia, quia Clodium accusaverat Milo.

[s] *Lege Plotia*] Tulit M. Plotius Sylvanus tribunus plebis, Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone coss. anno urbis conditæ 664. secundo anno belli Italici, cum equester ordo in judiciis dominaretur, ut de iis qui vim publicam armatis hominibus fecissent, quæstio constitueretur. Certe Cicero Epist. ad Att. lib. IV. ait quod ausus est Milo reum Clodium de vi lege Plotia facere, quod impressionem fecisset in fabros Ciceronis domum ædificantes, quæ publica pecunia restaurabatur, et quam ipse Clodius, dum Cicero exularet, diruendam curaverat.

[t] *Tyrannum*] Clodium tyrannum vocat.

Digitized by Google

et, in homine injusto,[u] quam etiam justum?

XIV. 36. Reliquum est,[x] ut jam illum[y] natura ipsius consuetudoque defendat, hunc[z] autem hæc eadem coarguant. Nihil per vim unquam[a] Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo,[1] judices? cum mœrentibus vobis,[b] urbe cessi;[c] judiciumne timui? non servos, non arma,[d] non vim? Quæ fuisset igitur[e] causa justa[2] restituendi mei, nisi fuisset injusta ejiciendi? Diem mihi, credo, dixerat:[*] mulctam irrogarat:[f] actionem perduellionis[g] intenderat:[h] et mihi vi-

[*] *Vocaverat me in jus.*

rannum illum. Statim, *in nomine injusto* χ 1. *etiam suum* Erf. et ς. *justum fuisse* Taurin. Erf. German. ap. Orell. alii codd. etiam S χ 1. ψ, Lamb. Garat. Peyron. Orell. *justum esse* al. ap. Græv.

CAP. XIV. 1 *Quid ego* Bav. Lag. ς. Mox, *judiciumne timui* omittunt C T ς χ 3. et edd. pleræque; *urbe cessi, non servos, non arma, non vim intentavit* aliæ edd. etiam Lamb. 1566. *urbe cessi, intentavit non servos, n. a. n. vim* H ψ. *urbe cessi, milo attulit, intentavit, num s. num a. num vim* S.—2 Ita Ernesti et

NOTÆ

[u] *In homine injusto*] Id est, in Clodio, cujus, licet ille injustus esset, causæ tamen odii in Milonem accusatorem suum, justæ erant.

[x] *Reliquum est, &c.*] Hactenus Cicero usus est argumentis sumtis a conjecturis, nunc ab natura et consuetudine desumit. Incipit autem ab ironia, qua pungit Clodium.

[y] *Illum*] Clodium ait, cujus mores, naturam, et anteactam vitam considerat.

[z] *Hunc*] Milonem.

[a] *Nihil per vim unquam*] Clodius nihil per vim egisse ironice dicit.

[b] *Mœrentibus vobis*] Senatores, qui in suis periculis vestem nunquam mutabant, in Ciceronis periculo mutaverunt. Hic autem vim factam a Clodio describit.

[c] *Urbe cessi*] Pridie quam Clodius rogaret suum privilegium, abiit Cicero in voluntarium exilium: atque adeo dicit se urbe cessisse, cum injuste exularet.

[d] *Non servos, non arma*] Cum Cicero reus factus est a Clodio, mutata veste sordidatus populo supplicavit; tum Clodius illi omnibus vicis occurrebat stipatus hominibus contumeliosis, qui petulanter mutationem vestis, et ejus habitum exagitantes, multisque locis luto et lapidibus in eum conjectis, supplicationes impediebant. Ita Dio lib. XXXVIII.

[e] *Quæ fuisset igitur*] Argumentum a repugnantibus, quia Cicero non fuisset restitutus, nisi per vim improbe ejectus esset.

[f] *Mulctam irrogarat*] Mulctam irrogare, est rogare populum, ut mulctam alicui velit imponere.

[g] *Perduellionis*] 'Perduelles dicebantur ab antiquis, quos non hostes appellamus,' inquit Caius in lib. de Verb. Signif. Perduellionis autem crimen in eos cadebat, qui summam reipublicæ labefactare conati erant.

[h] *Intenderat*] Intendere, seu intentare, verbum est juris, et nihil aliud

Digitized by Google

delicet in causa,[1] aut mala, aut mea, non et præclarissima, et vestra, judicium timendum fuit.[3] Servorum et egentium[k] civium et facinorosorum armis meos cives, meis consiliis periculisque servatos, pro me[4] objici nolui. 37. Vidi enim, vidi, hunc ipsum[5] Q. Hortensium,[l] lumen et ornamentum reipublicæ, pæne interfici servorum manu, cum mihi adesset:[b] qua in turba C. Vibienus, senator, vir optimus, cum hoc cum esset una, ita est mulctatus,[c][6] ut vitam amiserit. Itaque quando[7] illius postea sica illa, quam a Catilina[m] acceperat, conquievit?[n] Hæc intentata nobis est:

[b] *Patrocinaretur.* [c] *Male tractatus.*

Schutz. *justa causa* codd. German. ap. Orell. Lamb. in marg. ed. 1584. Garat. Peyron. Orell. *justa* omittunt edd. vett. et Lamb. 1566. probante Huldr. *Quæ fuisset igitur vobis causa* Lamb. 1584. Statim, *nisi ei fuisset* cod. unus Lambini, C H S T ε ς χ 1. 3. ψ, Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. Græv.—3 Ita codd. German. Græv. seqq. *et mihi, judices, in causam aut vestra mala aut mea nec præclarissima, et judicium pertimendum fuit* Junt. *et mihi, judices, in causa aut vestra mala, aut mea non præclarissima etiam judicium timendum fuit?* Lamb. 1566. *et in inde in causa* T. *etiam causa* C χ 3. *aut præclarissima* T. *nec ei præstantissima* Erf. *nec et præstantissima* al. ap. Græv. *et judicium* C H S χ 1. 3. ψ.—4 H omittit *pro me.* Actutum, *objici volui* ψ.—5 Cod. χ 1. omittit *hunc ipsum.* Tum *pæne interfeci* ψ. Pro *Vibienus* C habet *Bibienus; ε Rubienus; ς Vibiensis; χ 3. jubrenis; ψ Jubienus.* Deinde, *cum ad hoc* ψ. *cum hoc* suspectum est Garat.—6 H χ 1. ψ *vulneratus.*—7 Cod. χ 3. omittit

NOTÆ

notat, quam crimen in adversarium jacere. Hinc intentio criminis, cui opponitur recusatio.

[i] *Et mihi videlicet in causa, &c.*] Ironia. Dicit causam judicium fuisse, cum punivisset Lentulum et Cethegum, qui in conjuratione Catilinæ fuissent; idque ex jussu populi et senatus.

[k] *Servorum et egentium*] Suadebant multi Ciceroni, antequam cederet in exilium, rem ipsam contra Clodium armis experiri, et vim vi repellere: sed maluit abire in exilium, quam cives suos in periculum adducere.

[l] *Q. Hortensium*] Cum factus fuisset Cicero reus a Pub. Clodio, voluit senatus decernere, ut populus Rom. vestem mutaret; sed contra sentiebant consules Piso et Gabinius. Clodius paludatus circa curiam cum satellitibus vagabatur: e senatu prorupere quidam senatores, qui laceratis vestibus, tumultus speciem dedere, ut Plut. refert in Cic. In eo tumultu Hortensius et Vibienus aliquid a militibus passi sunt.

[m] *A Catilina*] Catilinæ Clodius amicus fuit.

[n] *Conquievit*] Non eo facinore conquievit furor Clodii, sed erupit semper ulterius: Ciceronem enim et Pompeium persecutus est.

huic ego[8] vos objici pro me non sum passus: hæc insidiata Pompeio[o] est: hæc istam Appiam, monumentum sui nominis, nece Papirii[p] cruentavit: hæc, hæc[9] eadem, longo intervallo, conversa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, me ad regiam pæne confecit.[q] 38. [*p.* 109.] Quid simile Milonis?[10 r] cujus vis omnis hæc semper fuit, ne P. Clodius, cum in judicium detrahi[d] non posset, vi oppressam civitatem teneret: quem si interficere voluisset, quantæ, quoties occasiones, quam præclaræ, fuerunt! Potuitne, cum domum ac Deos penates[s] suos, illo oppugnante, defenderet, jure se ulcisci? potuitne, cive[11] egregio, et viro fortissimo, P. Sextio, collega[t] suo, vulnerato? potuitne, Q.

[d] *Pertrahi.*

quando. Statim, *illa* deest in C.—8 Cod. χ 1. omittit *huic ego;* C T υ habent *huic ergo.* Tum, *Pompeio est* omittit χ 1. *Apiam viam* codd. aliquot, et edd. ante Grut. etiam Lamb.—9 Ita Erf. Grut. et seqq. alterum *hæc* omittunt C H S T υ ς χ 3. ψ, edd. ante Grut. Lamb. Mox, *nuper quidem, ut satis* χ 3.—10 *Miloni* ς. Paulo post, *judicium retrahi* Lamb. 1566. *judicium attrahi* Lamb. in marg. ed. 1584. Deinde, pro *occasiones* υ exhibet *actiones:* Lamb. *quantæ, quoties, quot occasiones:* Lamb. in marg. ed. 1584. *quantæ, quot occasiones.*—11 C H S T χ 3. Lamb. Garat. Orell. *civi.* C T omittunt *et viro fortissimo;* al. omittunt *et viro.* Paulo post, *crudelissima vi in foro* H S. *cæde* omittunt C H S T υ ς χ 3. *potuitne L. C. j. f. p. o. domo* desunt in C H. *L.*

NOTÆ

[o] *Pompeio*] Collocaverat Clodius sicarium in insidiis ad Pompeium occidendum: de quo sæpe Cicero.

[p] *Nece Papirii*] De hoc superius.

[q] *Me ad regiam pæne confecit*] Lib. IV. ad Att. sic ait: 'Cum Sacra Via descenderem, insecutus est me cum suis: clamor, lapides, fustes, gladii, hæc improvisa omnia.' Est autem regia locus in Via Sacra extra Romam, ubi Numa Pompilius, rex Romanorum secundus, habitavit. Regia enim regis domus dicitur.

[r] *Quid simile Milonis*] Jam confert Milonem cum Clodio.

[s] *Domum ac Deos penates*] Lib. IV. Epist. ad Attic. sic ait: 'Milonis domum, meamque in Ceramio pridie Idus Novembris expugnare et incendere ita conatus est, ut palam hora quinta cum scutis homines, eductis gladiis, alios cum accensis facibus adduxerit. Ipse domum P. Sullæ pro castris ad eam oppugnationem sumserat; tum ex Anniana Milonis domo Q. Flaccus eduxit viros acres, occiditque homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos: ipsum cupivit, sed ille se in interiorem partem ædium abdidit.'

[t] *P. Sextio, collega*] Milo et Sextius tribuni plebis fuerunt anno post Clodium proximo. In Orat. pro Sextio dicit eum viginti accepisse vulnera, et mortem evasisse se mortuum simulando.

Digitized by Google

Fabricio,[u] viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulso, crudelissima in foro cæde facta? potuitne, L. Cæcilii,[x] justissimi fortissimique prætoris, oppugnata domo? potuitne illo die, cum [12] est lata lex de me? cum totius Italiæ concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriam libens agnovisset: ut, etiamsi id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem [y] pro sua vindicaret? XV. 39. Atqui [1] erat id temporis clarissimus et fortissimus consul,[z] inimicus Clodio, P. Lentulus, ultor sceleris illius, propugnator senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ; septem prætores,[a] octo tribuni plebis, illius adversarii, defensores mei; Cn. Pompeius auctor [b] et dux mei reditus, illius hostis; cujus sententiam senatus omnis de salute mea gravissimam et ornatissimam secutus est: qui populum Romanum [2] co-

Cælii Ven. 1480.—12 H *quo cum;* χ 3. *est data lex;* Garat. Peyron. *lex est lata.* Paulo post, *eandem laudem* χ 3. *vendicaret* H T χ 3.

Cap. XV. 1 *Ac qui* T. *Atque* C. *erat tempus* C H S T ς ψ. *At quod erat tempus? Clarissimus, &c.* codd. German. ap. Orell. Garat. Orell. Statim, *nostræ voluntatis* u. *illius* omittit Bav. Tum, *tribuni plebei* Bav. et Garat. *actor et dux nostri reditus* C. *cujus scientia senatus* ς. *consecutus est* χ 3.—2 Codd. u χ 3. *quid p. R.* C *qui populus R.* Actutum, *est cohortatus* Erf. Garat. Peyron. Orell. *cohortatur* ψ. *est* omittunt etiam C u ς. Pro *fecit*, quod servant C T u ς χ 3. ψ, Græv. *fecisset* habent H S χ 1. edd. vett. Lamb. Grut. *cum decretum de me C. fecit* Erf. Garat. Peyron. Orell. Paulo post, *Romam concurrent*

NOTÆ

[u] *Q. Fabricio*] Fabricius, tribunus plebis cum Sextio, octavo Kalendas Februarii armatos homines in templum Castoris deduxit.

[x] *L. Cæcilii*] De eo Cæcilio nihil loquitur Asconius: de eo tamen loquitur Cicero in Orat. post Reditum in Senatu.

[y] *Eam laudem*] Intelligit eam laudem quam sibi Milo peperit ob interfectum Clodium.

[z] *Fortissimus consul*] Lentulus Spinther.

[a] *Septem prætores*] Omnes illi prætores volebant Ciceronem revocari.

[b] *Cn. Pompeius auctor*] Pompeius cum M. Crasso et Julio Cæsare gloriæ Ciceronis invidebat, quia summa auctoritate apud omnes valebat ob exstinctam Catilinæ conjurationem. Qua de causa passus est Pompeius ut in exilium a Clodio pelleretur, cui obsistere facile Pompeio fuisset. Verum cum intellexisset Pompeius, hinc sibi succensere senatores, et equites universos, quod non opem et homini de se, et de tota repub. bene merito tulisset, et idem sibi periculum a Clodio impendere, primus omnium, licet Clodii lege cautum esset,

Digitized by Google

hortatus est; qui, cum de me decretum [c] Capuæ fecit, ipse cunctæ Italiæ cupienti, et ejus fidem imploranti, signum dedit,[d] ut ad me restituendum Romam concurrerent: omnia tum denique in illum odia civium ardebant desiderio mei; quem si qui tum [3] interemisset, non de impunitate ejus, sed de præmiis cogitaretur. 40. Tamen se Milo continuit, et P. Clodium ad judicium [4] bis, ad vim [c] nunquam vocavit. Quid? privato Milone,[e] et reo ad [f] populum, accusante P. Clodio, cum in Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus [f] factus est; quæ tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit! Nuper vero cum M. Antonius [g] summam spem salutis bonis omnibus attulisset, gravissimamque adolescens nobilissimus reipublicæ partem fortissime [5] suscepisset, atque illam belluam,[h] judicii la-

[c] *Arma.* [f] *Apud.*

χ 3. *omnium denique* conj. Heum.—3 Codd. optimi ap. Orell. Hervag. Lamb. Grut. Græv. Garat. Peyron. Orell. *quem qui tum;* tres codd. Oxon. Rom. Ven. 1483. Junt. *quem si tum;* Ald. *quem tum si;* unde Ernesti *quem si qui tum.*—4 Codd. German. Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. Garat. Peyron. Orell. *in judicium.* Statim, *ad vim* omittit C. Tum, *cum ille in Cn. Pomp.* Lamb. 1566. probante Heum. *factus esset* χ 1. *est* deest in *a.*—5 Cod. χ 3.

NOTÆ

nequis prætor, tribunus, aut alius quispiam de Ciceronis reditu mentionem faceret, retulit ad senatum de Cicerone revocando, cujus laudes mirifice prædicavit.

[c] *Decretum*] Capuani decretum fecerunt, ut Cicero restitueretur. Ex tota Italia venerunt legati ad Pompeium, quibus imperavit venire Romam, idque a senatu petere.

[d] *Signum dedit*] Verbum militare. Id est, cohortatus est, quemadmodum miles dat tesseram, quando ineundum est certamen.

[e] *Privato Milone*] Qui functus fuerat magistratu, privatus dicebatur; dum quem gereret, accusare nemo poterat.

[f] *In Cn. Pompeium . . . impetus*] Cum Pompeius incepit pro Milone dicere, Clodiani clamorem sustulere. Idque ei perpetua oratione contigit, non modo ut acclamaretur, sed etiam ut convicio, et maledictis impediretur. Sed a dicendo non est deterritus, sex enim horas dixit.

[g] *M. Antonius*] M. Antonius insecutus est Clodium, ut eum interficeret, remque transegisset, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset, hisque oppilatis impetum Antonii compressisset. Is autem Antonius fuit, qui postea civile bellum cum Augusto gessit, prius quidem amicus Ciceronis, postea vero hostis capitalis, et ejus necis auctor.

[h] *Illam belluam*] Clodium intelligit et allegoria utitur ducta a belluis,

Digitized by Google

queos declinantem, jam irretitam teneret; qui locus, quod tempus illud, Dii immortales! fuit! Cum se ille fugiens[6] in scalarum tenebras abdidisset, magnum Miloni fuit conficere illam pestem nulla sua invidia, Antonii vero maxima gloria? 41. Quid? comitiis in Campo[i] quoties potestas fuit! cum ille vi in septa[k] irrupisset,[7] gladios destringendos, lapides jaciendos curasset; deinde subito, vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim;[l] vos, et omnes boni vota faceretis, ut Miloni uti virtute[g] sua liberet.

XVI. Quem igitur cum omnium[m] gratia noluit, hunc voluit[1] cum aliquorum querela? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune non est ausus, hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis, non dubitavit occidere? 42. Præsertim, judices, cum honoris[2] amplissimi[h] contentio, et dies comitiorum subesset;[i] quo quidem tempore (scio enim, quam timida sit ambitio,[k] quantaque

[g] *Fortitudine.* [h] *Consulatus.* [i] *Instaret.*
[k] *Quam timidi sint ambientes.*

omittit *partem fortissime.*—6 *Cum se fugiens* ϰ ψ. *tenebris* ϰ ς χ 3. ψ, alii codd. Rom. Venn. 1480. 1483. Junt. Peyron. Mox, *Milonis* χ 1. Deinde, *M. vero Antonii* Junt. Lamb.—7 Colon. Garat. Orell. *cum ille in septa irrupisset;* Græv. *cum ille in septa irruisset;* Junt. Lamb. *cum ille vi in septa irruisset;* ϰ *cum ille intentavisset gladios vi in septa irrupisset;* C ς χ 3. *cum ille cepta ruisset;* T *cum ille accepta ruisset.* Statim, *distringendos* C H χ ψ. *curavisset* codd. German. Junt. Lamb. Peyron. *dein subito* Erf. Lamb. 1566. Garat. Peyron. Orell. *vultui* χ 3. Deinde, *vota* deest in ϰ. *faceritis* χ 1. *uti Miloni* C.

CAP. XVI. 1 Codd. ϰ ψ *gratia noluit uti noluit.*—2 C *hominis.* Mox, *timenda sit* ψ. Tum, *solicita sit* codd. German. ap. Orell. Deinde, *obscure quæ* Erf. alii codd. edd. ante Naug. Garat. Peyron. Orell. *falsam, fictam* ψ. *falsam, fictam, levem* Erf. Lamb. Græv. *fictam, falsam, levem* Bav. Taurin. *fic-*

NOTÆ

quæ venatorum laqueos devitant.

[i] *In Campo*] Martio videlicet, ubi comitia habebantur.

[k] *In septa*] Cum comitia celebrabantur, populus quibusdam septis, seu ligneis repagulis, concludebatur.

[l] *Fugeret ad Tiberim*] Tiberis Campum Martium præterfluebat.

[m] *Quem igitur cum omnium*] Aliam interficiendi Clodii opportunitatem ostendit, qua cum non sit usus, manifeste patet eum non habuisse voluntatem occidendi; tum enim Clodium occidere summa omnium gratia ac summo jure potuisset. Adverte alias loci, temporis, &c. circumstantias, quibus suum firmat argumentum.

Digitized by Google

et quam solicita cupiditas consulatus) omnia non modo, quæ reprehendi palam, sed etiam quæ obscure cogitari possunt, timemus; rumorem, fabulam fictam, falsam perhorrescimus; ora[l] omnium atque oculos intuemur: nihil enim est tam molle, tam tenerum,[3] tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, sensusque civium; qui non modo improbitati irascuntur candidatorum,[n] sed etiam in recte factis sæpe fastidiunt.[o] 43. Hunc diem igitur[4] Campi,[m] speratum atque exoptatum, sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus et facinus præ se ferens et confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia[p] veniebat? Quam hoc non credibile in hoc![q] [*p.* 110.] quam idem in Clodio non dubitandum, qui se, interfecto[5] Milone, regnaturum putaret! Quid?[6] quod caput audaciæ est, judices: quis ignorat, maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem?[r] In utro igitur[7] hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti, aut præclari,[s] aut certe necessarii:[t]

[l] *Vultus.* [m] *Comitiorum.*

tam, levem, omisso *falsam,* Colon. Garat. Peyron. Orell.—3 Cod. ψ *tenax.* Actutum, *tam fragile* ϛ χ 3. Paulo post, *sed etiam recte* C T υ ς χ 3. Ven. 1480. *sed etiam recte facta* Lamb. 1566.—4 *Hunc igitur diem* Erf. Ven. 1480. Junt. Naug. Lamb. *campi* omittit ς. *campi separatum* C. *campi expectatum* ψ. Mox, *ad alia singula* C. *ad illa augusta* ϛ χ 1. ψ. Tum, *in hoc* omittunt T α χ 3.—5 Codd. German. T χ 3. Grut. Græv. *quin se ille interfecto;* C H S χ 1. ψ *qui se ille interfecto.*—6 *Quid* deest in χ. Actutum, *caput est audaciæ* Erf. Garat. Peyron. Orell.—7 *In utroque igitur* ψ. *hoc fuit* ς χ 3. Statim, *qui*

NOTÆ

[n] *Candidatorum*] Qui petebant magistratum candida veste utebantur, ut omnibus viderentur.

[o] *Sæpe fastidiunt*] Id est, cum fastu quodam irascuntur.

[p] *Augusta centuriarum auspicia*] Id est, ad comitia centuriata, quibus consules fiebant: de his comitiis dictum est, pro Rabirio Perd. Reo, § 11. Augusta porro dicuntur, quia sancta, quod augurio consecrata essent. De auguriis illis captandis fusissime loquitur Abrahamus in hac Orat. pro Milone § 44.

[q] *In hoc*] Milone videlicet.

[r] *Impunitatis spem*] A spe jam impunitatis probat Clodium Miloni struxisse insidias; quam spem longe majorem in Clodio quam in Milone fuisse, contendit tum ex judiciis, tum ex pœnis quas contemsit.

[s] *Aut præclari*] Præclarum esse contendit Cicero Clodium interfecisse, quia perturbator erat reipub.

[t] *Aut certe necessarii*] Coactus fuit Milo Clodium interficere, ut vitam

Digitized by Google

an in Clodio? qui ita judicia[u] pœnamque contemserat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset,[x] aut per leges liceret.[8] [y]

44. Sed quid ego argumentor?[z] quid plura disputo? te, Q. Petilli,[9] appello, optimum et fortissimum civem: te, M. Cato, testor: quos mihi divina quædam sors dedit judices. Vos ex M. Favonio[10] audistis, Clodium sibi dixisse, et audistis, vivo Clodio, periturum Milonem triduo:[a] post diem tertium gesta res est, quam dixerat. Cum ille non dubitaret[11] aperire, quid cogitaret, vos potestis dubitare, quid fecerit? XVII. 45. Quemadmodum igitur eum dies non fefellit?[1] dixi equidem modo. Dictatoris Lanuvini[2] stata sacrificia nosse, negotii nihil erat: vidit, necesse esse Miloni, proficisci Lanuvium illo ipso, quo profectus est, die: itaque antevertit. At quo die? quo, ut ante dixi, insanissima concio ab ipsius mercenario[b] tri-

etiam non reus C. Tum, *certe* deest in ς.—8 Cod. χ 1. *per Deos liceret.*—9 Q. *Petuli* C. Q. *Petili* H ψ. *quo mihi* χ 3.—10 *Fannio* ς.—11 Schutz. Garat. Orell. e conj. Heum. *dubitarit.* H omittit *aperire, quid cogitaret;* C T habent *apparère,* omissis *quid cogitaret;* ψ *apperere,* omissis iisdem vocc. Pro *cogitaret* ɤ ς χ 3. exhibent *faceret;* Erf. Bav. Græv. Mœb. *cogitarit.* Tum, *quid potestis d. quid faceret* C T. Hæc verba desunt in S χ 1.

CAP. XVII. 1 C T χ 3. *fefellit videtis.*—2 *Lanuvii* C ψ. *strata sacrif.* C. *statuta sacrif.* ς. *necessarie esse* ψ. *itaque ante venit* χ 1. Dein codd. German. χ 1. ψ, Græv. Garat. Peyron. Orell. *dixi, fuit insanissima.* Mox, *ab ipso* χ 3. *est* omittunt H ɤ ς χ 1. 3. *ille* omittit χ 3. *illo* habet ψ. Tum, *facinus apparet*

NOTÆ

suam tueretur.

[u] *Qui ita judicia*] Cum accusatus est sacrilegii, quod in sacris Bonæ Deæ, veste muliebri irrepserat, pecunia judices corrupit: deinde cum de vi a Milone vocatus est in judicium, illud auctoritate declinavit.

[x] *Per naturam fas esset*] Per summum nefas sororem suam Clodius constupravit.

[y] *Per leges liceret*] Vetabant leges ne quis vir adesset illis sacrificiis, quæ a matronis Romanis in honorem Bonæ Deæ celebrabantur.

[z] *Sed quid ego argumentor*] Jam probat Cicero consilium habuisse Clodium Milonis interficiendi ab ipsius testimonio; suam enim palam voluntatem declaravit. Idque efficit tum ab antecedentibus, tum a consequentibus.

[a] *Triduo*] Id est, intra triduum.

[b] *Mercenario*] Mercenarius hic sumitur pro eo, qui pecunia corruptus est. Is autem fuit Quintus Pompeius, qui quo die Pub. Clodius oc-

Digitized by Google

buno plebis est concitata: quem diem ille, quam concionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi:[3] Miloni manendi nulla facultas, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. Quid? si, ut ille scivit,[4] Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? 46. Primum quæro, qui scire potuerit? quod vos idem[5] in Clodio quærere non potestis: ut enim neminem alium, nisi T. Patinam,[6] [c] familiarissimum suum, rogasset, scire potuit, illo ipso die Lanuvii a dictatore Milone prodi flaminem[d] necesse esse: sed erant permulti alii, ex quibus id facillime scire posset; omnes[7] scilicet Lanuvini. Milo de Clodii reditu unde quæsivit? quæsierit sane: videte, quid vobis largiar:[8] servum etiam, ut Arrius,[e] meus amicus, dixit, corruperit. Legite testimonia[f] testium vestrorum. Dixit C. Cassinius,[9] cognomento Scola, Interamnas,[10] [g] familiarissimus,

χ 3. *facinus approperasset* Lag.—3 H T ς χ 3. omittunt *manendi.* Statim, *nulla facultas manendi* Ald. Lamb. *non eam solum* ψ.—4 Cod. χ 3. *si ille scivit.* Tum, *in viam* C χ 3. *ne* ante *suspicari* deest in χ 3.—5 Idem cod. *quod vos quidem.* χ 1. *in Clodium.* Pro *neminem* ς habet *minime.*—6 *Pantinam* χ 3. Mox, *necesse esset* ς.—7 C omittit *omnes.* Verba, *omnes sc. Lanuvini,* suspecta sunt Heum. et Weiskio: Garat. uncis inclusit. *Lanuvi vivi nullo de Clodii* C. —8 Cod. ʋ *quærite sane, v. q. v. largiatur.* Mox, *atque Arrius* C T ʋ ς ψ. *ut Q. Arrius* codd. German. Garat. Peyron. Orell. Deinde, *corrumperit* C. *corruperim* ʋ. *corrupit* ψ.—9 *Causinius* H S χ 3. *Causimus* T. *Auximus* C. *cognomine* C H S T ʋ ς χ 1. ψ, Bav. Pith. *cognomento* omittunt Colon. Erf. Garat. Peyron. Orell. *Schola* C H S T χ 3. ψ, Bav. Pith. Colon. Erf. Garat. Peyron. Orell.—10 Ita e codd. Græv. et seqq. *Interamnis* edd. vett. etiam

NOTÆ

cisus est, turbulentam concionem habuit, in qua multa contumeliose tum contra Milonem, tum contra Ciceronem dixit.

[c] *T. Patinam*] Patinas ille Lanuvinus fuit Clodii familiaris, a quo potuit edoceri Milonem Lanuvium venturum esse.

[d] *Flaminem*] De eo dictum est in narratione, § 27.

[e] *Arrius*] De hoc Arrio loquitur in Orat. contra Vatinium.

[f] *Legite testimonia*] Testimonia sunt testium dicta, quæ sæpe in judiciis a scribis legi jubebantur. Et hic lecta sunt.

[g] *Interamnas*] Interamnas gentile fuit nomen, ab Interamna Umbriæ civitate: dicta porro est quasi inter amnes.

et idem comes P. Clodii; (cujus jampridem testimonio Clodius eadem hora Interamnæ fuerat, et Romæ)[h] P. Clodium illo die in Albano mansurum[i] fuisse; sed subito ei esse nuntiatum, Cyrum architectum[k] esse mortuum; itaque Romam repente constituisse[11] proficisci: dixit hoc comes item P. Clodii, C. Clodius.[l] XVIII. 47. Videte, judices,[m] quantæ res his testimoniis sint confectæ.[1] Primum certe liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur in via Clodio; quippe qui ei obvius futurus omnino non erat: deinde (non enim video, cur non meum[2] quoque agam negotium) scitis, judices, fuisse, qui in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu cædem esse factam, consilio vero majoris alicujus.[n] Videlicet me latronem[3] ac sicarium abjecti homines[o] et perditi describe-

Lamb. *Item Arrius* H S χ 3. *Steramnis* ς. *Item Annius* ψ. *familiaris meus* C H S T χ 1. *et inde comes u. P.* omittunt C H T χ 3. Mox, *Interannia* C. *Interamni* H. *Interamna* T. *inter arma* χ 1. ψ. *Steramna* ς. Pro *illo* χ 1. habet *ipsa*. Lamb. delet *ei*. Pro *Cyrum* C *Arium*.—11 C *constitisse;* χ 3. *constituit se*. Mox, *comes item* desunt in ϰ ς.

Cap. XVIII. 1 Ita plerique codd. Junt. et al. ante Lamb. *confectæ sunt* Garat. Peyron. *sint confectæ* C H S T ϰ ς, Lamb. Schutz. *certe liberatus* ς. Statim, *profectus esset* C H ς χ 1. 3. ψ. Tum, *quippe si ille ei obvius* C H ϰ ς χ 3. ψ. *quippe si ille obvius ei* edd. ante Naug. Græv. *quippe, ei obvius* Garat. *obvius in via* H χ 1.—2 Codd. χ 1. ψ, *cur in eum non meum*. Actutum, *quoque* omittunt H S T ς χ 3. *judices* deest in ϰ. Deinde, *Miloni* χ 1.—3 *Ut me la-*

NOTÆ

[h] *Interamnæ fuerat, et Romæ*] Cicero ostendit non esse credendum hujus Cassinii testimonio: dixerat enim, se tum cum Clodio fuisse, cum occisus est a Milone. Nam qua hora Clodius deprehensus est Romæ habitu muliebri in sacris Bonæ Deæ, eum fuisse Interamnæ dixit juratus testis.

[i] *In Albano mansurum*] In agro Albano villam habuit Clodius. Porro Albanus ager ab Alba urbe dictus est, et hæc ab alba sue, quam Ascanius, cum eam conderet, invenisse dicitur. Tenuit illa imperium 330. annis, antequam Roma conderetur.

[k] *Cyrum architectum*] Illius Cyri meminit Cicero ad Quintum fratrem, et ad Atticum. Is autem fuit ædificandi magister.

[l] *C. Clodius*] C. Clodius Publii frater fuit, cujus filios duos accusatores fuisse Milonis Asconius tradit.

[m] *Videte, judices*] Concludit Cicero Milonem non fecisse insidias Clodio, idque adversariorum testimonio: quia nemo ei insidiatur, quem nescit sibi obviam futurum; id autem scire Milo non potuit.

[n] *Majoris alicujus*] Ciceronis nempe, qui cum esset consularis, majori dignitate Miloni præstabat.

[o] *Abjecti homines*] Clodiani.

Digitized by Google

bant. Jacent[a] suis testibus ii,[4] qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum. Respiravi; liberatus sum; non vereor, ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. 48. Nunc persequar[5] cetera: nam occurrit illud; ne Clodius quidem de insidiis cogitavit,[p] quoniam fuit in Albano mansurus, siquidem exiturus ad cædem e villa non fuisset. Video enim, illum, qui dicitur[6] de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare: nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientem? Una fui; testamentum simul obsignavi[q] cum Clodio; testamentum[7] [*p.* 111.] autem palam fecerat, et illum hæredem et me scripserat. Quem pridie hora tertia[r] animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie hora decima[8][s] denique ei nuntiabatur?

[a] *Convincuntur.*

tronem ψ. *Vid. in latronem* C. *Me videlicet lat.* codd. Ascon. German. ap. Orell. Garat. Peyron. Orell. *Videlicet latronem me* Lamb. Pro *homines* C S T et Grut. habent *hominis.* C *describant.*—4 *Jacent s. testimoniis ii* C. *Jacent s. t. hi* Orell. e codd. aliquot; *Jacent hi suis testibus* alii ap. Orell. Garat. Peyron. Mox, *de Cyro auditum* C H S T ς ψ. *fuisse* deest in ψ. *de Cyro auditum esset rediturum fuisse* Lamb.—5 *Nunc sequar* χ 3. *igitur ne Clodius* Garat. Peyron. Orell. Statim, *quin fuit in Alb.* χ 1. *mansurus. Si quidem, &c.* Schutz. Garat. Peyron. Orell.—6 Cod. Lambini et Bav. *qui dicatur.* Verba, *non id nuntiasse,* desunt in C H ϰ ς χ 1. 3. ψ. *sed M. appropinquare* desunt in C S T χ 1. Mox, *quem C. Romam* ψ.—7 Lamb. *testamentum Cyri.* Actutum, *aut palam* χ 3.—8 C *quarta hora.* C H S T ϰ ς χ 1. ψ omittunt *denique.*

NOTÆ

[p] *Clodius quidem de insidiis cogitavit*] Dicebant Clodiani quod ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quia eo die remansurus erat in Albano; at ex eo exivisse, ut Romam rediret, quia ei de morte Cyri nuntiatum est. At id Cicero refellit, quia efflantem eum animam reliquerat. Non igitur ei de Cyro, sed de Milonis adventu renuntiatum est.

[q] *Testamentum simul obsignavi*] In testamentis faciendis septem testes debebant adesse, deinde hæredes subscribebant, et obsignabant testamentum. Poterat autem quis hæres testis esse, ut ex hoc Ciceronis loco colligitur.

[r] *Hora tertia*] Id est, nona nostra.

[s] *Hora decima*] Nostra quarta serotina.

Digitized by Google

XIX. 49. Age,[b] sit ita factum:[1] quæ causa, cur Romam properaret? cur in noctem[t] se conjiceret? quid afferebat causam festinationis? quod hæres erat? primum erat nihil,[2] cur properato opus esset; deinde, si quid esset,[u] quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem, si postridie mane Romam venisset? Atque, ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potius, quam expetendus fuit; sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem noctu[3] accessurum sciebat, subsidendum[x] atque expectandum fuit. 50. Noctu, invidioso[4] et pleno latronum in loco occidisset; nemo ei neganti non credidisset, quem esse omnes salvum, etiam confitentem, volunt. Sustinuisset[c][5] hoc crimen primum ipse ille latronum occultator et receptator locus,[a] dum neque muta solitudo[b] indicasset,

[b] *Esto.* [c] *Occultasset.*

CAP. XIX. 1 Cod. ψ *factum est.* Statim, *quæ causa fuit* Lamb. *in nocte* ς. *se convinceret* ψ. Tum, *causam* omittunt C H S T ς χ 1. 3. ψ, Junt. Peyron. Orell. *causa* habent Colon. Grut. Græv. *quid afferebat festinatio* Ald. *quid afferebat festinationem* Manut. Lamb. Schutz. *qui hæres* ψ.—2 Lamb. *nihil erat.* Actutum, *cum properato* χ 1. *cur profecto* ψ. *opus erat* C T χ 3. Mox, *amittere autem* C ς ψ.—3 H T ς χ 3. ψ *nocte.* Pro *subsidendum,* quod habent C H S T, codd. German. ap. Orell. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. seqq. *subsistendum* exhibent *u* ς χ 3. ψ, et edd. vett. etiam Lamb. 1566.—4 *Noctu, insidioso* Lamb. Schutz. Garat. Peyron. Orell. *Noctu occidisset insidioso* H. *Noctu, invid. et p. l. in l. occidisset* desunt in C S T *u* ς χ 1. 3. *nemo enim u* ς χ 1. 3. *esse* deest in C. Idem omittit *etiam,* et statim habet *confitentes.*—5 *Sustinuisse* χ 3. ψ. *hoc* omittit χ 3. Pro *receptator* codd. multi, etiam German. ap. Orell. H T *u* ς χ 1. *receptor.* Pro *dum* Bav. et Lamb. habent *tum;* Schutz. de Ernestii conj. *cum;* C H T *u* ψ *denique.* Pro *muta* χ 1. *invita.*—

NOTÆ

[t] *Cur in noctem*] Id est, cur viæ se committeret hora quarta, duabus ante noctem.

[u] *Deinde, si quid esset*] Nihil tunc Romæ noctu aut de hæreditate, aut apud senatum agere poterat.

[x] *Subsidendum*] Id est, in aliquo loco furtim manendum, et expectandum in insidiis, quoad Clodius veniret.

[a] *Et receptator locus*] In via Appia monumentum est Basilii; qui locus latrociniis fuit infamis, ut refert Asconius Pedianus. Vocat autem receptatorem locum, quia eo se recipere ad latrocinandum fures solebant; metaphora sumta ab iis qui latrones, et eorum furta recipiunt, et apud se recondunt.

[b] *Muta solitudo*] Muta solitudo dicitur, quod facinus taceat, ut cæca nox, quæ id occultat: tanquam hæc non videat, illa non loquatur.

Digitized by Google

neque cæca nox ostendisset Milonem; deinde ibi multi[6] ab illo[c] violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc timentes in suspicionem caderent; tota denique rea citaretur Etruria.[d] 51. Atque illo die certe Aricia[e] rediens devertit[7] Clodius ad se, ad Albanum. Quod, ut sciret Milo illum Ariciæ fuisse,[8] suspicari tamen debuit, eum, etiamsi Romam illo die reverti vellet, ad villam suam, quæ viam tangeret, deversurum: cur neque ante occurrit, ne ille in villa resideret; nec eo in loco subsedit,[f] quo ille noctu venturus esset?

Video adhuc constare omnia, judices:[9] Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere; illi ad ea, quæ concupierat, optatissimum interitum Milonis: odium fuisse illius in hunc acerbissimum, in illum hujus nullum: consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda; hujus tantum in repellenda: 52. mortem ab illo denuntiatam Miloni[10] et prædictam palam; nihil unquam auditum ex Milone: profectionis hujus diem illi notum; reditum illius huic ignotum fuisse:

6 Ita Erf. Græv. Schutz. Orell. *ubi multi* edd. vett. etiam Lamb. *ibi* omittunt Colon. Heum. Garat. Peyron. *ab illo* omittit ψ. *hoc timentes* C H T χ 1. ψ. *hæc etiam timentes* multi codd. ap. Orell.—7 Codd. aliquot ap. Orell. *devortit;* H *divortit;* C T ψ *divertit.* Statim, *ad se in Alb.* Colon. Lall. Garat. Peyron. Orell. *ad Alb.* omissis *ad se,* Schutz. et edd. ante Græv.—8 Ita codd. German. ap. Orell. Græv. Schutz. Orell. *Quod nisi sciret M. &c.* edd. vett. Garat. Peyron. *illum Milo* Lamb. *illum A. fuisse* uncis inclusit Garaton. Paulo post, *diversurum* C H u χ 3. ψ. *ne in villa* C H T u χ 3. ψ, et edd. ante Lamb. *desideret.* *Nec, &c.* χ 3. *resideret: neque* Lamb.—9 Garat. et Peyron. tacite, *constare, judices, omnia.* Mox, *illi* omittit Lamb. Tum, *Milonis fuisse: odium* S χ 3. et edd. ante Grut. etiam Lamb.. Deinde, *nullum hujus in illum* codd. German. Lamb. Græv. Garat. Peyron. Orell.—10 *Miloni denuntiatam* Lamb. *denuntiatum Miloni* u. *renuntiatam Miloni* ψ. *et prædicatam* C H T u χ 1. *et palam prædicatam* codd. plerique et edd. ante Grut. *nihil unquam tale* Pith. Mox, *reditus* C T u χ 3. Bav. Lamb. Garat. Peyron.—

NOTÆ

[c] *Ab illo*] Clodio.

[d] *Etruria*] Etruscos sæpe Clodius armis pellere suis possessionibus conatus erat. Etruria porro est Italiæ regio, quæ Tyrrheno mari incumbit, et ad primam usque Tiberis ripam protenditur.

[e] *Aricia*] Clodius redibat Aricia quando Miloni obvius factus est, ubi Aricinorum decuriones allocutus fuerat. Aricia porro Latii oppidum est in via Appia.

[f] *Subsedit*] Id est, furtim sedit in insidiis.

Digitized by Google

hujus iter necessarium; illius etiam potius alienum: hunc præ se tulisse, se[11] illo die Roma exiturum; illum eo die se dissimulasse rediturum: hunc nullius rei mutasse consilium; illum causam mutandi consilii finxisse: huic, si insidiaretur, noctem prope urbem expectandam; illi, etiamsi hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum.

XX. 53. Videamus nunc id, quod caput est; locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior. Id vero, judices, etiam dubitandum et diutius cogitandum est? Ante fundum[g] Clodii, quo[1] in fundo, propter insanas illas substructiones,[a] facile mille hominum[h] versabantur valentium, edito adversarii atque excelso loco[i] superiorem se fore putabat Milo, et ob eam rem eum locum ad pugnam potissimum elegerat? an in eo loco est potius expectatus[2] ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat? Res loquitur, judices, ipsa; quæ semper valet plurimum. 54. Si hæc non gesta audiretis, sed picta[3] videretis; tamen appareret, uter esset insidiator, uter nihil

[a] *Magna ædificia.*

11 C H S T χ 1. omittunt *se*. Statim, *illo* deest in ν ς χ 3. *Romam* χ 3. Mox, *hunc* omittunt C T ν χ 3. Tum, pro *illum* ν ψ habent *illi*. Deinde, *consilii fuisse* C H ν ς. *nocte* S ψ. *spectandum* C. *non timeat tamen ad urbem* in eodem cod.

CAP. XX. 1 *Clodii res acta est, quo* ν. *illas instructiones* C T. *illas obstructiones* ς. *millia hominum* C H T ν ψ. *versabatur* codd. German. C T ν, Erf. Naug. Lamb. Garat. Peyron. Orell. *versaretur* Junt. Hervag. *versarentur* H ς χ 1. *edito* omittunt C H S T, et edd. vett. *adversarii. Atqui* C T ν, Junt. Hervag. *adv. At qui* S. Deinde, *putarat Milo, et ob eam causam* Lambin. *causam* etiam H. Denique, pro *elegerat*, quod deest in H T ν ς χ 3. ψ, *deligebat* S, Junt. *delegerat* Lamb. Garat. Peyron. Orell.—2 C *expetendum*; ν ς χ 1. 3. ψ *expectandum*. Mox, *qui illius* χ 3.—3 C *pincta*. Paulo

NOTÆ

[g] *Ante fundum*] Fundus dicitur in jure proprie ager cum ædificio: nam 'omnino fundus integrum aliquid est,' inquit Ulpianus.

[h] *Mille hominum*] Non fabros intelligit, sed operas, quas multas habebat in hoc fundo Clodius, ut margines et ripas defenderet, et reficeret.

[i] *Edito atque excelso loco*] Objectio adversariorum, qui volebant Milonem editum et superiorem locum occupasse ad Clodium interficiendum. Sed respondet Cicero potius ibi a Clodio Milonem expectatum fuisse.

Digitized by Google

cogitaret mali, cum alter veheretur in rheda pænulatus,[k] una sederet uxor. Quid horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? quid minus promtum[4] ad pugnam, cum pænula irretitus, rheda impeditus, uxore pæne constrictus esset? Videte nunc[5] illum, primum egredientem e villa, subito: cur? vesperi: quid necesse est? tarde: qui convenit, id præsertim temporis?[l] Devertit[6] in villam Pompeii. Pompeium ut videret? sciebat in Alsiensi esse:[m] villam[7] ut perspiceret? millies in ea fuerat: quid ergo erat? mora et tergiversatio: [p. 112.] dum hic veniret, locum relinquere noluit.

XXI. 55. Age nunc,[1] iter expediti latronis, cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum uxore; tum sine ea: nunquam non[2] in rheda; tum in equo: comites Græculi,[n] quocumque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat;[o] tum nugarum[p] in comitatu nihil.

post, *cur alter* χ 3.—4 Pro *promtum*, quod omittunt alii, H S ψ exhibent *idoneum*; ς *actius*. Tum, *rheda impeditus* desunt in C.—5 *Vide nunc* ς. Statim, *quid vesperi* T χ 3. *est* post *necesse* deest in ed. Lambini, qui distinguit, *quid necesse tarde? qui, &c.* Idem Lamb. *præsertim id.*—6 *Divertit* H υ. *Devenit* χ 1.—7 *Alciensi esse villa* C H. *alienam esse villam* χ 3. *Alsiensi esse villa procul inde.* *Villam* Ald. Junt. *ut prospiceret* υ. Mox, *miles in ea* υ χ 3. ψ. *fuerit* C. *more et terg.* C H S. *more per diversationes* T. *mora et tergiversatoris* χ 3. *Quid ergo erat moræ et tergiversationis* edd. ante Grut. Denique, *relinquere voluit* H χ 1.

CAP. XXI. 1 *Agite nunc* H ψ.—2 Bav. aliique codd. ap. Lamb. *nunquam*

NOTÆ

[k] *Pænulatus*] Pænula vestis est, quæ supra tunicam accipitur, quam sumebant viatores, ut se contra vim imbrium et frigoris tegerent.

[l] *Id præsertim temporis*] Mense Februario.

[m] *Alsiensi esse*] Alsium oppidum est ad ostia Tiberina.

[n] *Comites Græculi*] Asiaticos servos notat, quorum alii musici fuerunt, alii ad voluptatem comparati.

[o] *In castra Etrusca properabat*] Commemorat Tullius conjurationem Catilinæ, ut in odium judicum Clodium adducat, utpote quondam illius conjurationis socium: voluit enim se Catilinæ adjungere præ metu Ciceronis consulis, atque adeo se in Catilinæ castra, qui tum Fæsulis erat in Etruria, conferebat: cum eum in itinere pœnituit, ac Romam reversus est. Ita Asconius.

[p] *Nugarum*] Tum Clodius neque secum ancillas, neque pueros, ad nugas et delectationem comparatos, habuit.

Digitized by Google

Milo, qui nunquam, tum casu pueros symphoniacos[q] uxoris ducebat, et ancillarum greges; ille, qui semper secum scorta,[d] semper exoletos,[r] semper lupas[e] duceret,[3] tum neminem, nisi ut virum a viro[s] lectum esse diceres. Cur igitur victus est? quia non semper viator a latrone, nonnunquam etiam[4] latro a viatore occiditur: quia, quanquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros.[t] 56. Nec vero sic erat unquam non paratus Milo contra illum, ut non satis fere esset paratus:[f] semper ille,[5] et quantum interesset P. Clodii, se perire, et quanto illi odio esset, et quantum ille auderet, cogitabat. Quamobrem vitam suam, quam maximis præmiis propositam et pæne addictam[g][6] sciebat, nunquam in periculum sine præsidio et sine custodia projiciebat. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque[7] communem;[h] qui sæpe spoliantem jam et exultantem evertit, et perculit ab

[d] *Impudicas mulieres.* [e] *Meretrices.*
[f] *Neque vero tam parum paratus erat Milo contra Clodium, quin satis esset semper.*
[g] *Destinatam.* [h] *Pugnam ancipitem.*

nisi. Mox, *quocumque ibant* χ 1. Pro *properabat* υ habet *probabat.*—3 Ita codd. German. Ven. 1480. Junt. Græv. seqq. *lupas ducere* Lamb. *lupas ducebat* T υ ϛ ψ, et edd. ante Græv. *lupas deveheret* Taurin. *pompas duceret* χ 3.—4 C *nonnunquam et;* χ 3. omittit *etiam.* Mox, *quanquam imparatos*, omissis intermediis, T ψ. *imparatum* C. *in viros* desunt in eodem cod.—5 Verba, *ut non s. f. e. p. semper ille* desunt in υ. *ille* suspectum est Garat. Pro *se perire* Junt. legit *se interire.* Tum, *ille audiret* ϛ.—6 Cod. χ 1. *abditam.* Mox, *sciebat unquam* ψ. Pro *projiciebat,* quod exhibent codd. German. Lamb. seqq. *provehebat* habent υ ϛ χ 1. 3. et edd. ante Lamb. *provehebant* C H S T. *provehebatur* Junt.—7 *Martemque esse* ϛ. Statim, *evertit, et opem tulit abjecto*

NOTÆ

[q] *Pueros symphoniacos*] Habebat Milo secum musicos, qui cantu uxorem suam Faustam oblectarent.

[r] *Exoletos*] Istud verbum 'Exoletus' substantive sumtum, ut docet Valla, scortum est masculum, proprie tamen adultæ ætatis.

[s] *Virum a viro*] Moris olim fuit apud Romanos, ut militibus potestas fieret, ut singuli singulos sibi notos deligerent, cum majus aliquod sibi periculum imminere prospicerent. Vide Liv. lib. IX.

[t] *Mulier inciderat in viros*] Vocat mulierem Clodium, quia vir fuit effœminatus, qui a Milone, viro forti, facile potuit superari.

Digitized by Google

abjecto:[a] adde inscitiam pransi, poti, oscitantis[i] ducis, qui, cum a tergo hostem interclusum reliquisset, nihil de ejus extremis comitibus cogitavit; in quos, incensos ira, vitamque domini[8] desperantes, cum incidisset, hæsit in iis pœnis,[k] quas ab eo servi fideles pro domini vita expetiverunt. 57. Cur igitur eos[9] manumisit?[a] metuebat scilicet, ne indicarent; ne dolorem perferre non possent; ne tormentis cogerentur, occisum esse a servis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore?[b] quid quæris?[10] occideritne? occidit. Jure, an injuria? nihil ad tortorem. Facti enim in equuleo[c] quæstio est, juris in judicio. XXII. Quod igitur[1] in causa quærendum est, id agamus hic: quod tormentis invenire vis, id fatemur. Manu vero cur

[i] *Saturi, ebrii, negligentis.* [k] *Dedit has pœnas.*

conj. Heum. *objecto* χ 3. *poti obscœnus oscitantis* ς.—8 Cod. χ 3. *vitamque dirui.* Idem cod. omittit *servi.*—9 *Cur igitur servos* ψ. *scilicet* omittit χ 3. Pro *indicarent*, quod servant codd. German. Grut. seqq. *indicaretur* legitur in H S χ 1. ψ, edd. ante Grut. etiam Lamb.. *judicaretur* C T. *judicarentur* χ 3. *vindicarent* ς. *ne d. proferre* C.—10 Idem cod. *quid quæritis.* Verba, *quid quæris? o. o. J. an i. n. ad tortorem*, desunt in υ. Paulo post *quæstio* deest in C.

Cap. XXII. 1 *Quid igitur* ψ. Mox, *agamus*. *Hoç quid* C. *agamus: hoc*

NOTÆ

[a] *Perculit ab abjecto*] Sæpe accidit in certaminibus, ut qui prostratus est, surgat et vincat jam superantem.

[a] *Manumisit*] Manumitti servus dicebatur, cum dominus ejus, aut caput ejusdem servi, aut aliud membrum tenens, dicebat, 'hunc hominem liberum esse volo;' et eum emittebat manu. Postero enim die quo occisus est Clodius, Milo ex servis suis duodecim manumisit.

[b] *Tortore*] Tortor is vulgo dicebatur, qui torquebat in equuleo, non qui interficiebat.

[c] *In equuleo*] Equuleus genus est tormenti, in quo, ad inveniendam alicujus facti veritatem, servi aut malefici torquebantur. Equuleus autem catasta fuit lignea, cochleata, ad intendendum ac remittendum apta. Catastæ huic ubi brachia, pedesque nervis quibusdam, quæ fidiculæ dicebantur, alligaverant; tum catasta intenta, atque in altum erecta, ut ex ea, quasi ex cruce quadam, miser ille penderet; primum compagem ipsam ossium ejus divellebant; deinde candentibus ejusdem corpori laminis admotis, atque bisulcis ungulis ferreis lateribus laniatis, doloris acerbitatem augebant. Sozomenus, Hist. Eccl. lib. v.

Digitized by Google

miserit,[2] si id potius quæris, quam cur parum amplis affecerit præmiis; nescis inimici factum reprehendere. 58. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter et fortiter, M. Cato,[d] dixitque[3] in turbulenta concione, quæ tamen hujus auctoritate placata est, non libertate solum, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent. Quod enim præmium satis magnum[4] est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis, propter quos vivit? etsi id quidem non tanti est, quam quod propter eosdem non sanguine et vulneribus suis crudelissimi inimici[e] mentem oculosque satiavit: quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi[5] fuissent conservatores domini, ultores sceleris, defensores necis. Hic vero nihil habet in his malis, quod minus moleste ferat, quam, etiamsi quid ipsi accidat, esse tamen illis meritum præmium persolutum. 59. Sed quæstiones urgent Milonem,[f] quæ sunt habitæ nunc[6] in atrio[g] Libertatis.[h] Quibusnam de servis? rogas? de P. Clodii. Quis eos postulavit? Appius: quis produxit?[7] Appius: unde? ab Appio. Dii boni![i] quid

quod H S T *s* ς χ 1. 3. ψ, et edd. ante Grut. *inveniri* Lamb.—2 *Manu an miserit u.* Actutum, *sed id p. q. q. cum p. amplius* C.—3 Erf. Bav. *et dixit.* χ 3 *turbulenti.* Mox, *quæ tum hujus* H ψ.—4 Iidem codd. *satis dignum.* Paulo post, *propter vivos vivit u.*—5 Idem cod. *tradendi.* Pro *fuissent* C H S T *u* ς χ 1. 3. ψ, codd. German. edd. vett. Junt. al. ante Lamb. Garat. Peyron. Orell. præbent *fuerunt.*—6 Particulam *nunc* omittunt χ 1. Rom. Ven. 1483. Hervag.

NOTÆ

[d] *M. Cato*] Judex in hac causa erat M. Cato.

[e] *Crudelissimi inimici*] Clodii.

[f] *Sed quæstiones urgent Milonem*] Cum servi Milonis manumissi fuissent ab eo, non potuerunt quæstioni subjici. Appius Clodius, qui erat filius C. Clodii, istius Clodii, de quo hic agitur, frater, postulavit ut patrui sui servi quæstioni subjicerentur.

[g] *In atrio, &c.*] Juxta templa atria fuerunt, ubi sæpe vel exercebantur judicia, vel senatus habebatur, quia alibi quam in loco sacro haberi nefas fuit.

[h] *Libertatis*] Veteres Romani Libertatem pro Dea coluerunt, ut Cicero scribit de Nat. Deor. lib. II. Huic Sempronius Gracchus, Gracchorum pater, in Aventino monte ædem ex multatitia pecunia exstruendam curavit. Liv. lib. XXIV.

[i] *Dii boni*] Severitatem accusatorum arguit, quia non Clodii servi, sed rei Milonis accusari debuerant: ne-

Digitized by Google

potest agi severius? De servis nulla quæstio[8] est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium. Proxime Deos accessit Clodius; propius[9] quam tum, cum ad ipsos penetrarat;[k] cujus de morte, tanquam de cærimoniis violatis,[l] quæritur. Sed tamen majores nostri in dominum de servo quæri noluerunt, non quin non[10] posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum esse, et dominis morte ipsa tristius. In reum de servis[11] accusatoris cum quæritur, verum inveniri potest? 60. [p. 113.] Age vero, quæ erat, aut qualis quæstio? Heus tu Ruscio,[m] verbi causa, cave sis mentiaris.[12] Clodius insidias fecit Miloni?[n] Fecit.[o] Certa crux.[p] Nullas fecit.[q] Sperata[13] libertas.[r] Quid

probante Lall.—7 H χ 1. *eos produxit.*—8 Erf. Lamb. Græv. Garat. Peyron. Orell. *nulla lege quæstio est.* Actutum, *in dominus* C H S T, Erf. Græv. Orell. *nisi de interitu* C ϰ ς χ 3. ψ. *nisi incesti* H.—9 C H T ψ *quod propius;* χ 1. *quid propius;* ς ψ *quid prius quantum;* ϰ *quid priusquam.* Deinde, *quæsitum ad ipsos . . . violatus* C. *quæritis* ϰ.—10 Ita Erf. Bav. aliique codd. *non quia non* Colon. et Orell. Mox, *videbantur* C. *esse* omittunt Colon. C H S ϰ ς χ 1. 3. ψ, Grut. Garat. Peyron. Orell. *et dominum* C. *et domini* H S T ς χ 1. 3. ψ, edd. ante Grut. et Lamb.—11 C H T ς χ *de servo.* Mox, *cum quærebatur* χ 3.—12 *Heus ubi Ruscio, ubi Casca?* Delph. et aliæ quædam edd. vett. *Heus ubi responsio? ubi causa* C H T χ 3. ψ. *Heus tu rusio verba causa cavesis mentiare* H in marg. *Heus tu* T et χ a m. sec. *verbi causa* omittit Lamb. *cave sis mentiaris* omittunt S ϰ ς, χ 3. et edd. ante Lamb.—13 *Parata* conj.

NOTÆ

que enim audiuntur in judicio servi contra dominum, nisi accusetur incestus, ut aliquando in Clodium actum est, cum de incestu cum sorore commisso accusatus est.

[k] *Cum ad ipsos penetrarat*] Clodius, ut sæpe dictum est a Cicerone, veste muliebri irrepsit in locum abditum, ubi mulieres sacra Bonæ Deæ faciebant, quæ tum in domo Cæsaris, utpote consulis, per uxorem ejus, et virgines Vestales peragebantur. Ad ea sacra ne quidem imprudenti viro accedere fas fuit: quod ita religiose observatum est, ut ab omni memoria his affuisse per summum nefas unus Clodius legatur.

[l] *Tanquam de cærimoniis violatis*] Jocatur hic Cicero, dum ait, de ejus servis quæri, perinde ac si Deorum cærimoniæ violatæ essent.

[m] *Heus tu Ruscio* [*ubi Casca*] Servorum nomina sunt, qui appellantur ab Appio, prius interrogante, quam eos quæstioni subjiciat.

[n] *Insidias fecit Miloni*] Interrogatio Appii.

[o] *Fecit*] Responsio servi.

[p] *Certa crux*] Minatur Appius crucem servo, quo vulgo supplicio servi afficiebantur.

[q] *Nullas fecit*] Servus respondet, metu crucis, nullas fecisse.

[r] *Sperata libertas*] Respondet Ap-

Digitized by Google

hac quæstione certius?[s] Subito arrepti[14][t] in quæstionem, tamen separantur a ceteris, et in arcas conjiciuntur,[u] ne quis cum iis colloqui possit. Hi[15] centum dies[x] penes[*] accusatorem cum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac quæstione dici potest[16] integrius? quid incorruptius?

XXIII. 61. Quodsi nondum satis cernitis, cum res ipsa tot tam[1] claris argumentis signisque luceat, pura mente atque integra Milonem, nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatum, Romam revertisse; recordamini, per Deos immortales! quæ fuerit[2] celeritas reditus ejus;[a] qui ingressus in forum, ardente curia;[b] quæ magnitudo animi, qui vultus, quæ oratio. Neque vero se populo solum, sed etiam senatui[c] commisit;[3]

[*] *Apud.*

Heum. *nullas speratas* u.—14 Erf. et χ 3. *abrepti; u* ς ψ *arepti.* Mox, *tamen sperantur* ψ. *et in a. coniciuntur* C.—15 *Hic* Schutz.—16 Codd. χ 1. ψ *posset.*

CAP. XXIII. 1 Pro *tam* H habet *et tam;* χ 3. *totam.*—2 Codd. ς χ 3. ψ *fuit;* χ 1. *fuerat.* Mox, *in foro u.* Pro *vultus* ψ habet *vulnus.*—3 Ita codd. German. Grut. seqq. *permisit* Lamb. *tradidit* Ald. *commisit* omittunt C.H S T u ς χ 1. alii codd. Junt. et edd. vett. *neque senatui* omittit T. *sed et publ.* in eodem cod. Mox *ei potestati* C u χ 3. *omni potestati* H χ 1. *cui se, cui*

NOTÆ

pius, huic esse servo sperandam libertatem, ne ille vacillet in responsionibus.

[s] *Quid hac quæstione certius*] Ironia.

[t] *Arrepti*] A tortore.

[u] *In arcas conjiciuntur*] Arcæ fossæ sunt separatæ, quas jurisconsulti, ut refert Hotomanus, 'malas mansiones' appellant. Tormentorum autem ad exprimendam veritatem, genera hæc fuerunt, ignis, rota, flagella, equuleus, aculeus, fidiculæ.

[x] *Hi centum dies*] Intercessere centum dies a tempore quo Clodius interfectus est, ad hoc usque tempus quo in jus vocatus est Milo.

[a] *Celeritas reditus ejus*] Qua nocte incensa fuit curia, eadem Milo Romam rediit, ut ait Asconius, licet arbitrarentur bene multi, eum abiisse in exilium.

[b] *Ardente curia*] His verbis docet nos Asconius: 'Populus, duce Sexto Clodio scriba, corpus Pub. Clodii in curiam intulit, cremavitque subselliis, et tribunalibus, et mensis, et codicibus librariorum; quo igne et ipsa quoque curia flagravit; et item Porcia Basilica, quæ erat ei juncta, ambusta est.'

[c] *Neque se populo solum, sed etiam senatui*] Populus Rom. ferebat aliquando judicium, ut videre est in causa Rabirii perduellionis rei; et senatus in rebus atrocioribus, ut in

Digitized by Google

neque senatui modo, sed etiam publicis præsidiis et armis; neque his tantum, verum etiam ejus potestati,[d] cui senatus totam rempublicam, omnem Italiæ pubem,[a] cuncta populi Romani arma commiserat: cui nunquam[4] se hic profecto tradidisset, nisi causæ suæ confideret; præsertim omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, nonnulla credenti. Magna vis est conscientiæ, judices, et magna in utramque partem; ut neque timeant, qui nihil commiserint; et pœnam semper ante oculos versari putent,[5] qui peccarint.[6] 62. Neque vero sine ratione certa causa Milonis semper a senatu probata est.[7] Videbant enim sapientissimi homines facti[8] rationem, præsentiam[b] animi, defensionis constantiam. An vero obliti estis, judices, recenti illo nuntio[9] necis Clodianæ, non modo inimicorum Milonis sermones et opiniones, sed nonnullorum etiam imperitorum? negabant eum Romam esse rediturum. 63. Sive enim illud animo irato ac percito[c][10] fecisset, ut incensus odio trucidaret inimicum; arbitrabantur, eum tanti mortem P. Clodii putasse, ut æquo animo patria careret, cum sanguine inimici explesset odium suum: sive etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum, quin,[11] cum suo periculo salutem reipublicæ

[a] *Juventutem.* [b] *Securitatem.* [c] *Commoto.*

senatus χ 3.—4 Cod. χ 3. omittit *cui nunquam*; Colon. habet *cui se nunquam.* Mox, *omna audenti* H. *magna intuenti* Colon. Rom. Ven. 1483. Junt.—5 H *putent hi*; χ 1. *putent ii.*—6 T ν χ 1. *qui peccarunt.*—7 Cod. ν *prolata est.* Verbum *est* omittit χ 1.—8 C *homines perfecti.*—9 Cod. χ 1. *illi nuntio.* Actutum, *cædis Clodianæ* ψ. *necis quotidianæ* C. Mox, *et opinione* χ 3. *etiam* deest in C H S ν χ 1. 3. ψ, et Hervag. *etiam perditorum* habet ς. Verba, *Milonis sermones et o. s. n. e. imperitorum* desunt in T. Deinde, *qui negabant* S et edd. ante Grut.—10 C ν ς χ 1. ψ *perdito*; S χ 3. *parato.* Statim, *odio trucidaretur* ψ. *eum* delet χ.—11 Cod. ψ *qui.* Mox, *salutem Ro. populi obtulisset* χ 3.

NOTÆ

causa eorum qui Catilinam secuti sunt; tum denique consules, cum decreto senatus eis mandatum est, ut viderent ne quid detrimenti caperet respub.

[d] *Ejus potestati*] Pompeium significat, cui consuli senatus omnem potestatem commiserat, ut videret ne quid detrimenti caperet respublica, vel propter Milonis potentiam, vel ob Clodianorum factiones.

Digitized by Google

attulisset, cederet æquo animo [legibus];[e] secum auferret gloriam sempiternam, nobis hæc fruenda relinqueret, quæ ipse servasset. Multi etiam Catilinam[f] atque illa portenta[g] loquebantur: erumpet, occupabit aliquem locum, bellum patriæ faciet. Miseros interdum cives,[h] optime de republica meritos! in quibus homines non modo res præclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur.[12] 64. Ergo illa falsa fuerunt: quæ certe vera extitissent,[13] si Milo admisisset aliquid, quod non posset honeste vereque defendere.

XXIV. Quid? quæ postea sunt in eum congesta[1] [i] (quæ quemvis, etiam mediocrium delictorum conscientia, perculissent[d]) ut sustinuit! Dii immortales! sustinuit? immo vero ut contemsit, ac pro nihilo putavit! quæ neque maximo animo nocens, neque innocens, nisi fortissimus vir, negligere potuisset. Scutorum, gladiorum,[2] frænorum,[k]

[d] *Permovissent.*

Paulo post, *anteferret gloriam* C.—12 Cod. *ϰ suspicarentur.*—13 Idem codex *vera extitissent.*

CAP. XXIV. 1 Nescio quis ap. Lamb. *conjecta.* Actutum, *quamvis* H S T ϰ. *in mediocrium* de Ernesti conj. Schutz. *conscientiam* χ 1. 3. ψ, Lamb. et edd. ante Grut. *pertulisset* C ϰ ς. Mox, *animo* deest in ϰ. *noscens neque ignoscens* C.—2 Cod. ψ *gladiorum his* (sic) *panorum.* Pro *frænorum* χ 3. et Weiske *framearum,* ut volebat Lamb. *sparorum* deest in C H T ϰ ς χ 1. et codd.

NOTÆ

[e] *Cederet æquo animo legibus*] Id est, pareret legibus quæ jubent eum exulare, qui civem interfecerit.

[f] *Multi etiam Catilinam*] Credebant aliqui quod Catilinæ similis bellum inferret patriæ.

[g] *Atque illa portenta*] Intelligit perniciosos illos cives qui Catilinam ducem secuti sunt, quales fuerunt Lentulus, Cethegus, aliique quamplurimi, de quibus in Orat. contra Catil. loquitur.

[h] *Miseros interdum cives*] Exclamatio est, qua concludit hanc brevem narrationem. Hos porro miseros dicit, quod licet de repub. bene meriti sint, tamen ab ipsis collata reipub. beneficia facile populus obliviscitur, et mala de iis sæpe suspicatur.

[i] *In eum congesta*] Id est, tot de eo dicta sunt, ex quo Romam rediit, ut si mediocrium etiam delictorum sibi conscius fuisset, horum conscientia exagitatus, statim se proripuisset ex urbe, ut Catilinæ contigit, qui oratione Ciceronis perculsus, noctu statim Roma abiit.

[k] *Frænorum*] De frænis illis nihil constat, sive illis frænentur equi, sive quædam instrumenta, et obices ad sistendos hostium impetus sint.

Digitized by Google

sparorum,[l] pilorumque[m] etiam multitudo deprehendi posse indicabatur: nullum in urbe vicum,[n] nullum angiportum[o] esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus: arma in villam Ocriculanam[3] [p] devecta Tiberi: domum in clivo Capitolino scutis refertam: plena omnia malleolorum[q] ad urbis incendia comparatorum. Hæc non delata solum, sed pæne credita; nec ante repudiata[e] sunt, quam quæsita.[r] 65. Laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pompeii: sed dicam,[4] ut sentio, judices. Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere possunt ii, quibus tota[5] commissa est respublica. [*p.* 114.] Quin[6] etiam audiendus fuerit popa[s] Licinius, nescio quis, de Circo:[t]

[e] *Rejecta.*

German. *scutorum, gladiorum Hispanorum, pilorumque* conj. Garat. *et multitudo* C. Mox, *posse judicabatur* ς. *posse arbitrabantur* χ 1.—3 *Orticulanam* C. *Otriculanam* H S ψ, Lamb. *dejecta Tib.* ϰ ψ. *domus* ... *referta* codd. et edd. ante Ernesti, item Garat. Peyron. Orell. *in divo* C. *in cliveo* χ 3. *plena omnium* C. *malleorum* C H S T ϰ ς ψ. *maleorum* χ 3.—4 C T ϰ ς χ 1. *sed dico.* —5 'Voc. *tota* sine causa suspect. Ernestio.' *Orell.*—6 *Qui* ϰ *audiendus sit*

NOTÆ

[l] *Sparorum*] Sparus genus est exigui teli rustici, a spargendo dictum, quod inter hostes spargeretur.

[m] *Pilorum*] Pilum telum missile est, quo pedites in exercitu utebantur. Pilum vero, ut scribit Vegetius, aliud majus fuit, quod erat septem pedum et semis, habens ferrum novem unciarum: minus autem trium pedum et semis fuit. Hoc armorum genere Romani potissimum usi sunt.

[n] *In urbe vicum*] Tria in urbe sunt viarum genera, ut Varro scribit. Vici, quæ viæ latiores sunt, cum exitu ab omni parte; fundulæ, quæ exitu carent.

[o] *Angiportum*] Angiportus sunt angustiores viæ, ita dictæ, quod per eas non agi possit quicquam ad portum, non jumentum, non currus.

[p] *Ocriculanam*] Ocricula, sive Ocriculum, urbs est in Umbria, versus Etruriam, prope Tiberim, ubi Milo domum habuit.

[q] *Malleolorum*] Ex Nonio: 'Malleoli manipuli spartei pice contecti, qui incensi, aut in muros, aut in testudines jaciuntur.' Malleolus quandoque generaliter sumitur pro omni alia materia quæ celerrime ignem corripit.

[r] *Quam quæsita*] Illa arma non inventa sunt, licet multa usi sint inquisitione Clodiani.

[s] *Popa*] Popa sacrificulus ille est, qui victimas impacto in frontem malleo cædit. Poparum etiam munus fuit domos funestas purgare: credebant quippe veteres unius morte totam familiam inquinari.

[t] *De Circo*] Id est, de plebe sacrificorum: sic enim solebant de vilio-

Digitized by Google

servos Milonis apud se ebrios [u] factos, sibi confessos esse,[x] se [7] de interficiendo Cn. Pompeio conjurasse: deinde postea se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret. Pompeio in hortos nuntiavit. Arcessor in primis: de amicorum sententia rem defert [8] ad senatum. Non poteram in illius mei patriæque custodis tanta suspicione, non metu exanimari: sed mirabar tamen, credi popæ; [9] confessionem servorum audiri; vulnus in latere, quod acu punctum [y] videretur, pro ictu gladiatoris probari. 66. Verum tamen,[10] ut intelligo, cavebat magis Pompeius,[z] quam timebat, non ea solum, quæ timenda erant, sed omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. Oppugnata domus C. Cæsaris, clarissimi et fortissimi viri, per multas noctis horas nuntiabatur: nemo audierat tam celebri loco,[a] nemo

H, Lamb. Grut. *fuerit audiendus* codd. German. Græv. Garat. Peyron. Orell. *audiendus fuit* volebat Ernesti. *nescio quid* C H *u* ς χ 1. ψ. *nescio qui* Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. Garat. Peyron. Orell. *de circo maximo* codd. et edd. ante Ernesti.—7 Pronomen *se* intulit Lamb. de conj. id ejiciunt Grut. Græv. Garat. Peyron. Orell. Mox Cn. omittunt Erf. Pith. C H T χ 3. Junt. Deinde, *Pomp. in ortis* χ 3.—8 Cod. *u refert*.—9 H *popæ Licinio;* ψ *Pompeio*. Actutum, *ebriosorum confessionem* *u* ς χ 1. 3. ψ. *ebriorum confessionem* Junt. Hervag. Paulo post, pro *probari*, quod servant Colon. Erf. Grut. seqq. *putari* præbent Bav. C H S T *u* ς χ 1. 3. ψ, et edd. ante Grut.—10 *Verum etiam tamen* C H S T *u* ς χ 1. 3. ψ, et edd. ante Lamb. qui *τὸ etiam* delevit; *tamen* omittunt codd. German. Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. Garat. Peyron. Orell. Mox, *omnia omnino* Junt. *omnino* omittunt

NOTÆ

ribus hominibus loqui. Certe Suetonius refert, apud Circum Maximum fuisse collegium hominum perditissimorum, ex quibus fortasse fuit ille Licinius. Tres porro fuerunt Circi, quorum unus Maximus appellatus est, inter Palatinum et Aventinum montem: alter Circus Apollinaris: tertius in Vaticano.

[u] *Apud se ebrios*] Licinius ille popinam habuit in Circo Maximo, et ibi vinum vendidit.

[x] *Sibi confessos esse*] Infirmat Cicero illorum servorum testimonium, quasi ebriis hominibus habenda fides esset.

[y] *Acu punctum*] Hyperbolica diminutio; quod nempe leve vulnus inflictum acu, pro maximo vulnere, eoque a gladiatore illato, habeatur.

[z] *Cavebat magis Pompeius*] Mitigat hic animum Pompeii, dum eum ait retulisse ad senatum, non quod timeret, sed ut omnes metu liberaret.

[a] *Tam celebri loco*] Erat illa domus Cæsaris in Via Sacra, ubi maxima erat populorum frequentia; tum quia hic multi fructus vendebantur, tum quia non longe erat a foro.

Digitized by Google

senserat:[11] tamen audiebatur. Non poteram[12] Cn. Pompeium, præstantissima virtute virum, timidum suspicari: diligentiam, tota republica suscepta, nimiam nullam putabam. Frequentissimo senatu nuper in Capitolio, senator[b] inventus est, qui Milonem cum telo esse diceret: nudavit se in sanctissimo templo,[13] [c] quoniam vita talis[d] et civis, et viri, fidem non faciebat, nisi, tacente, res ipsa loqueretur. XXV. 67. Omnia falsa atque insidiose[1] ficta comperta sunt. Quodsi tamen[2] metuitur etiam nunc Milo, non hoc jam Clodianum crimen[e] timemus, sed tuas, Cn. Pompei, (te enim jam appello ea voce, ut me audire possis) tuas, tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus.[f] Si Milonem times, si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas; si Italiæ delectus,[a]

[a] *Collecti milites.*

C H T *u* ψ, Ven. 1480. Ald. Naug. Lamb. *omnia* omittunt S ς χ 1. 3.—11 Verba, *nemo a. t. c. l. n. senserat* desunt in T. *tamen audiebatur* desunt in χ 3.—12 *Non poterat* χ 1. *Cn. Pompeii* ψ. Tum, pro *virum* C H T *u* ς χ 3. ψ, et edd. vett. *civem*. Deinde, *diligentia* C. *pro tota rep.* Colon. *suscepta nimia* *u* ς χ 1. ψ. *reputabam* χ 3.—13 C *sanct. senatu.* Statim, *talis et cujus viri* C. *faciebat, ut eo* codd. German. Græv. Garat. Peyron. Orell. *faciebat etiam eo u.*

CAP. XXV. 1 Duo codd. Lag. Henm. *invidiose*, probante Orell. *ficta comparata* ψ.—2 *Cur tamen si* C H *u* ψ. *Cum tamen si* S T, Steph. Lamb. 1566. *Quod tamen si* Ven. 1483. Junt. Hervag. Camer. *metiuntur* ς. *et nunc* C. *non hoc jam Clodianum* desunt in C T. *non jam Clod.* habent χ 1. ψ, et edd. ante Steph. *jam hoc Clod.* Lamb. *crimen timeamus* C. *crimen timuit* ψ. Tum, *et ea voce* Ascon. Garat. Peyron. Orell. *ea* omittit C. *ut me exaudire* Garat. Peyron. Orell. Alterum *tuas* omittunt codd. German. C H S T *u* ς χ 1. 3. et

NOTÆ

[b] *Senator*] Narrat Asconius hunc senatorem fuisse P. Cornificium, aitque tunc Ciceronem exclamasse, 'Talia omnia sunt crimina de Milone perlata.'

[c] *Nudavit se in sanctissimo templo*] Senatum significat, quia nunquam senatus, nisi in loco auguriis consecrato habebatur.

[d] *Quoniam vita talis*] Reputabant Romani pro maximo crimine, si quis se nudasset; sed illius improbitate senatoris Milo coactus est, ut a se tanti sceleris suspicionem removeret.

[e] *Clodianum crimen*] Crimen Clodianum dicit, quod objicitur de cæde Clodii, qui cum justissime occisus sit, nihil est quod Milo vereatur.

[f] *Perhorrescimus*] Cicero non timet Miloni propter interfectum a se Clodium, sed propter suspiciones, quas Pompeius habuit, a Milone paratas sibi insidias fuisse.

Digitized by Google

ut nonnulli conquisitores tui [g] dictitant,[3] si hæc arma, si Capitolinæ cohortes,[h] si excubiæ, si vigiliæ, si delecta juventus, quæ tuum corpus domumque custodit, contra Milonis impetum armata est, atque illa omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt; magna in hoc certe vis,[4] et incredibilis animus, et non unius viri vires atque opes indicantur, si quidem in hunc unum et præstantissimus dux electus, et tota respublica armata est. 68. Sed quis non intelligit, omnes tibi reipublicæ partes ægras et labantes, ut eas his [5] armis sanares et confirmares, esse commissas? Quodsi [6] Miloni [i] locus datus esset; probasset profecto tibi ipsi, neminem unquam hominem homini cariorem fuisse, quam te sibi; nullum se unquam periculum pro tua dignitate fugisse; cum illa ipsa [7] teterrima peste [b] sæpissime pro tua gloria contendisse; tribunatum suum ad salutem meam, quæ tibi carissima fuisset, consiliis tuis gubernatum; se a te postea defensum [k] in periculo capitis, adjutum in petitione [8] præturæ; duos se habere semper amicissimos sperasse, te tuo [l] beneficio, me suo.[m] Quæ si non probaret;

[b] *Clodio.*

edd. ante Grut.—3 Codd. German. Lamb. in marg. ed. 1584. Garat. Peyron. Orell. *dictitarunt*. Mox, *si hæ Cap.* H ψ. *si hæc Capitolina* χ 1. Deinde, *domumque custodiunt* C. *domumque tuetur* S.—4 C *certa vis*. Pro *indicantur* Erf. Bav. H χ 1. Peyron. *judicantur*. Statim, *præstantissimum* C T, Grut. *dux* omittit C.—5 Idem cod. *hic*; χ 1. omittit *his*. Mox, *esset commissas* u ς χ 1. *etiam esse com.* C.—6 *Qui si* C. *locus Miloni* Lamb. Garat. Peyron. *esset, et probatus probasset* C ς χ 1.—7 Codd. Lag. Saxon. Græv. Orell. *cum ipsa illa*; H *cum illa illa*; C *cum illa sæpe*; T u ς χ 1. 3. ψ, Junt. Lamb. omittunt *ipsa*. Actutum, *teterrima parte et peste* H S ς χ 1. ψ. *teterrima peste se* Bav. Saxon. Græv. Peyron. Orell. *contendisset* C T. *pro salute*

NOTÆ

[g] *Conquisitores tui*] Conquisitores illi sunt, sive lictores, sive satellites, sive exploratores, quibus aliquid muneris aut a consule, aut ab aliquo magistratu commissum est.

[h] *Capitolinæ cohortes*] Cohortes in Capitolio ponebantur ad urbis præsidium, cum seditionis periculum erat aliquod.

[i] *Quodsi Miloni*] Milo voluit venire ad Pompeium, in hortis, periculi causa, commorantem; sed per propinquum nuntiavit ei, ne ad se veniret, ut refert Asconius.

[k] *Defensum*] De vi accusatus Milo a Clodio, post suum tribunatum a Pompeio defensus est; in quem dicentem a Clodianis impetus factus est.

[l] *Te tuo*] Pompeius beneficio sibi Milonem devinxerat, cum eum defendit.

[m] *Me suo*] Milo beneficio Cicero-

Digitized by Google

si tibi ita penitus inhæsisset[c][9] ista suspicio, nullo ut evelli modo posset; si denique Italia a delectu, urbs ab armis, sine Milonis clade nunquam esset conquietura; næ iste haud dubitans cessisset patria, is, qui ita natus est, et ita consuevit; te, Magne, tamen antestaretur,[n] quod nunc etiam facit. XXVI. 69. Vide,[1] quam sit varia vitæ commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quam ad tempus aptæ[d] simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. Erit, erit[2] illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, cum tu, salutaribus, ut spero, rebus tuis, sed fortasse motu[e] aliquo communium temporum immutatis, (qui quam crebro accidat, experti debemus scire) et amicissimi benevolentiam, [*p.* 115.] et gravissimi hominis fidem, et unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres. 70. Quanquam quis hoc credat, Cn. Pompeium, juris publici, moris majorum, rei denique publicæ peritissimum, cum senatus ei commiserit, ut videret,[3] 'Ne quid respublica detrimenti caperet,' (quo[f] uno ver-

[c] *Infixa esset.* [d] *Accommodatæ.* [e] *Discordia civili.* [f] *Quo dicto.*

mea ψ.—8 C *ad vitium. I petitione.* Mox, *separasse te : tuo* χ 1.—9 Ita codd. German. Grut. seqq. *insedisset* S T ʋ ϛ χ 3. ψ, Junt. Lamb. et edd. ante Grut. *insidisset* χ 1. Statim, *a delectu urbis ab a. s. Milone* C. *unquam esset* χ. Pro *næ iste* Ven. 1480. *næ ille;* Garat. conj. *næ is.* Pro *haud* C habet *autem;* χ 3. *aut.* Deinde, *tamen testaret* H T. *tamen obtestaretum* ʋ. *tamen attestaretur* ϛ.

Cap. xxvi. 1 *Vides* conj. Hittorp. probante Garat. *commutabilis ratio* T. *involubilisque fortuna* χ 3. *infidelitatis* χ 1. *in amicitiis* margo ed. 1584. Heum. Garat. *quantæ ad tempus* ex Eybianis excerptis Garat. Deinde, *quantæ tumiditates* ʋ.—2 Alterum *erit* omittunt C χ 3. *ille profecto* χ 1. Pro *salutaribus* Bav. *salubritatibus;* unde Garat. conj. *salubribus;* Lamb. *salvis* ex Augustini conj. item Weisk. Paulo post, *si fortasse* O. *aliquo omnium temporum* ʋ. *immutatis* deest in ʋ ϛ χ 3. *quanquam crebro* ψ. Deinde, *et gratissimi* ψ. *et amicitiam gravissimi* C.—3 C *videtur.* Mox, *scitis armati* C. Tum, *hunc exercitum h. d. datum* duo codd. Oxon. *spectaturum* C. *in ejus c. judicandis* C T χ 1. ψ. Pro *vel judicia* Colon. Schutz. Garat. Peyron. Orell. legunt

NOTÆ

nem affecerat, quia eum in urbem revocavit.

[n] *Te, Magne, tamen antestaretur*] Id est, suæ innocentiæ te testem adhiberet.

Digitized by Google

siculo satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis) hunc exercitu, hunc delectu dato, judicium expectaturum fuisse in ejus consiliis vindicandis, qui vel judicia ipsa tolleret? Satis judicatum est a Pompeio, satis,[4] falso istà conferri in Milonem: qui legem tulit,[o] qua, ut ego sentio, Milonem absolvi a vobis oporteret; ut omnes confitentur, liceret. 71. Quod vero in illo loco, atque illis[5] publicorum præsidiorum[r] copiis circumfusus sedet; satis declarat, se non terrorem inferre vobis, (quid enim illo minus dignum, quam cogere, ut vos eum condemnetis, in quem animadvertere ipse, et more majorum et suo jure, posset? [p]) sed præsidio esse; ut intelligatis, contra hesternam concionem[q] illam licere vobis, quod sentiatis, libere judicare.

XXVII. 72. Nec vero me, judices, Clodianum crimen[a] movet; nec tam sum demens, tamque vestri sensus[b] ignarus atque expers,[1] ut nesciam, quid de morte Clodii sentiatis: de qua, si jam nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen impune Miloni palam clamare atque mentiri

[r] *Militum.* [a] *Cædes Clodii.* [b] *Sententiæ vestræ.*

vi judicia. Pro *tolleret* ς habet *tolleretur.*—4 S χ 1. Junt. Lamb. Schutz. omittunt *satis* secundo loco. Pro *legem* C habet *longe.* Tum, *ego* deest in χ 3. *a vobis* omittunt C H S T *u* ς χ 1. 3. ψ. Pro *liceret* ς habet *literæ.*—5 Ita codd. German. Lamb. Græv. seqq. *atque in illis* χ 3. edd. ante Lamb. item Grut. *atque in illo* C H S. *Quod in illis atque illis* alii codd. Oxon. Mox, *quid enim in illo* C H S. *quam agere* H S χ 1. *ut illum condemnetis* T. Tum, *jure possit* Lamb. *esse* omittit C.

CAP. XXVII. 1 Cod. *u* omittit *atque expers.* Statim, *jam* omittit χ 3. Tum,

NOTÆ

[o] *Legem tulit*] Tulit legem Pompeius, ut de cæde Clodii quæreretur.

[p] *Suo jure posset*] Cum consul esset Pompeius, pro data sibi potestate, ne quid detrimenti caperet respublica, poterat sine judicio Milonem opprimere.

[q] *Contra hesternam concionem*] Pridie quam hoc judicium haberetur, seditiosam concionem habuit Munatius Plancus, tribunus plebis, qua populum cohortatus est, ut frequens sequenti die huic adesset judicio, nec pateretur elabi Milonem: qua concione videbatur præscribere judicibus sententiam: cum vero Pompeius metuerit ne quid seditiose a populo fieret, a Cicerone dicitur præsidia hæc constituisse.

Digitized by Google

gloriose[a] liceret: Occidi, occidi, non Sp. Mælium,[2 b] qui annona levanda,[c] jacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti[e] plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi: non Ti. Gracchum,[d] qui collegæ magistratum per seditionem abrogavit;[d 3] quorum interfectores impleruunt orbem terrarum nominis sui gloria: sed eum, (auderet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset) cujus nefandum[4] adulterium[e] in pulvinaribus[f] sanctissimis nobilissimæ fœminæ[g] comprehenderunt: 73. eum, cujus sup-

[e] *Amare.* [d] *Collegam deposuit magistratu.*

palam celare v. *gloriose liberet* T.—2 *Mellium* C. *Mevium* χ 3. *jacturis rei* C. *familiarisque nimis* χ 3. Pro *putabatur* Taurin. Lag. et codd. multi Quintiliani v. 11. *videbatur*. Pro *appetendi* codd. Quintil. *affectandi*; al. *affectati*.—3 Bav. Lamb. in marg. ed. 1584. *abrogabat*. Statim, *interfectorum res* χ 1. *impleverunt* Taurin. Peyron. *nominis singularia gloria* ς.—4 Ita codd. German. Taurin. Ven. 1480. Junt. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. seqq. *nefarium* χ 1. et edd. pleræque ante Grut. etiam Lamb. 1566. *in pulv. sanctissime* ψ. *com-*

NOTÆ

[a] *Mentiri gloriose*] Non Milo, sed servi Milonis Clodium occiderant.

[b] *Non Sp. Mælium*] Argumento Cicero utitur a minori ad majus: majorem enim sibi gloriam peperit Milo interficiendo Clodium, quam Ahala Sp. Mælium. Mælius enim, cum videret annonæ caritatem, privata sua pecunia frumentum emit, et illud in capita civium largitus est; unde venit in suspicionem regni affectati. Qua de causa jussu Quintii dictatoris ab Ahala Servilio, magistro equitum, occisus est.

[c] *Annona levanda*] Annona proprie pro re frumentaria sumitur; promiscue vero pro quolibet alimentorum genere.

[d] *Tiberium Gracchum*] Gracchus magistratu privavit Octavium collegam suum, quoniam suis rogationibus intercedebat: volebat enim leges agrarias ferre, quibus publicos agros dividere populo intendebat. Cum nemo obsisteret consulum vel tribunorum, Scipio Nasica, qui longe omnium optimus habebatur, irruens in concionem, Tiberium Gracchum interfecit.

[e] *Cujus nefandum adulterium*] Opponit jam flagitia Clodii, seu violatam religionem, illorum criminibus: nam si illi, quia tantum in suspicionem venerunt criminis, occisi jure existimantur; quanto æquius Clodius, qui et sacrificia infami libidine polluit, et deprehensus est!

[f] *In pulvinaribus*] Id est, in ipsis penetralibus delubri Deæ Cybeles: in templis enim erant pulvinaria, sive lectuli, ubi Deorum simulacra reponebantur.

[g] *Nobilissimæ fœminæ*] In domo Cæsaris, ubi sacra peragebantur.

Digitized by Google

plicio senatus solennes religiones[5] expiandas sæpe censuit: eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus[h] juratus se, quæstionibus habitis, dixit comperisse: eum, qui civem, quem senatus, quem populus,[6] quem omnes gentes, urbis ac vitæ civium conservatorem[i] judicarant, servorum armis exterminavit:[e] eum, qui regna dedit,[k] ademit,[l] orbem terrarum, quibuscum voluit, partitus est:[m] eum, qui, plurimis cædibus in foro[n] factis, singulari virtute et gloria civem domum vi et armis compulit: eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eum, qui ædem Nympharum[o] incendit, ut memoriam publi-

[e] *Expulit.*

prehenderetur C. *deprehenderunt* conj. Heum.—5 Cod. χ 1. *solennes rogationes.* Mox, *dixisset comperisse* ς. *quem civem* ψ.—6. Taurin. Peyron. Orell. *populus Romanus.* Pro *judicarant* edd. vett. Lamb. Græv. Grut. *judicabant.* Statim, *qui repugna dedit* ψ. Deinde, *pluribus cædibus* C H T ɛ ς χ 1. 3. Denique,

NOTÆ

[h] *L. Lucullus*] Lucullus in jus vocatus, ut testimonium diceret de vita Clodii, dixit se per tormenta ab ancillis suis comperisse, Clodium nefarium stuprum cum sua sorore, quæ ipsi Lucullo nupta erat, commisisse.

[i] *Conservatorem*] Semetipsum Cicero nominat, qui urbis conservator dictus est, quia eam a conjuratione Catilinæ vindicavit.

[k] *Regna dedit*] Cicero de Haruspicum Responsis, ait Pessinuntem, sedem et domicilium Cybeles, Brogitaro, Gallogræco, impurissimo homini, vendidisse, et eum regem jussisse appellari.

[l] *Ademit*] Tulit legem Clodius, ut Cyprus insula in provinciæ formam redigeretur, et ut Ptolemæus, rex Cypri, sedens cum purpura et sceptro, et illis insignibus regiis, præconi publico subjiceretur, et cum bonis omnibus publicaretur; et ut M. Cato cum jure prætorio, adjecto etiam quæstore, mitteretur in insulam Cyprum, et regiæ gazæ vendendæ, et pecuniæ deportandæ præficeretur; ut qui Byzantii rerum capitalium damnati exularent, populi Rom. nomine in eandem civitatem reducerentur.

[m] *Quibuscum voluit, partitus est*] Eiste hoc dicit, quia Macedoniam Pisoni, Syriam Gabinio decrevit.

[n] *In foro*] Id est, templo Castoris, quod erat foro vicinum, quo in templo Clodius servum collocarat, cui ex manibus extorta sica est, et delata ad Gabinium. Interrogatus servus respondit sibi a Clodio imperatum fuisse, ut Pompeium occideret. Qua de causa se domi continuit Pompeius. Ita Asconius.

[o] *Ædem Nympharum*] Iis Nymphis, quæ fontibus præsunt, Romæ fuit ædificatum templum, ut essent adversus incendia propitiæ; quod a Clodio incensum est. Vide Orat. de Harusp. Resp.

Digitized by Google

cam[7] recensionis,[p] tabulis publicis impressam,[f] exstingueret: 74. eum denique, cui jam nulla lex erat, nullum civile jus, nulli possessionum termini; qui non calumnia[q] litium, non injustis vindiciis[r] ac sacramentis alienos fundos,[g] sed castris, exercitu, signis inferendis petebat; qui non solum Etruscos,[s] (eos enim penitus contemserat) sed hunc Q. Varium,[8 t] virum fortissimum, atque optimum civem, judicem nostrum, pellere possessionibus, armis, castrisque conatus est; qui cum architectis et decempedis[u] villas multorum hortosque peragrabat; qui Janiculo[9 x] et Alpibus[y]

[f] *Descriptum.* [g] *Possessiones.*

vi et armis expulit T.—7 Ita codd. German. Taurin. edd. ante Naug. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. Græv. Orell. *publicæ* Naug. Mannt. Camer. Steph. Lamb. 1566. Schutz. Actutum, *recempsionis* C. *cui deinde jam* S ϛ χ 1. ψ. *ulla lex* χ 3. *nulli professionum* ψ. *calumniam litium* ϛ. *non inustis vindictis* ϛ χ. *non judiciis* χ 1. Paulo post, *signis ferendis* ϛ.—8 *Cn. Pompeium* multi codd. Oxon. et edd. ante Grut. *P. Varum* codd. German. Garat. Orell. sic quoque Peyron. omisso *virum*. Paulo post, *et decempedium* C. *villas* omittit χ.—9 *Quod Janiculo* C. *spes* ε. Mox, *terminarat* Taurin. Pro *splendidissimo*

NOTÆ

[p] *Ut memoriam publicam recensionis*] Solebant censores singulis lustris omnes tribus censere, et tabulas habere, in quibus scelera omnium civium notabantur. Cum autem non ignoraret Clodius sua flagitia in acta publica referri, ibique asservari, incendit illud templum, ut eorum memoria deleretur.

[q] *Calumnia*] Calumnia est callida et malitiosa juris interpretatio. Vide Dig. l. II.

[r] *Injustis vindiciis*] Ex Festo lib. ult. 'vindiciæ appellantur res eæ, de quibus controversia est.' Vindiciarum vero jus est lis vindicandæ possessionis apud prætorem. Sed quoniam in hac lite deponebatur summa quædam pecuniæ; et qui vincebat, auferebat partem pecuniæ; et qui vincebatur, ejus pecunia deponebatur in ærarium, tanquam res sacra esset; inde sacramentum alibi dicitur, ex sponsione litigare, ex sponso agere, et sacramento litigare, quæ eadem sunt.

[s] *Etruscos*] Dixit superius Clodium Etruscorum sylvas depopulatum esse, quibus jam, tanquam hostibus, bellum intulisse conqueritur.

[t] *Q. Varium* [*Cn. Pompeium*] Non est dubium quin ille Cn. Pompeius alius sit a Pompeio Magno; neque enim Magnus Pompeius fuit in hac causa judex, quia tum consul erat: nisi forte sit Q. Pompeius, quem, licet Milonis inimicum, collaudat, ut eidem eum devinciat.

[u] *Decempedis*] Decempeda proprie dicitur pertica decem pedibus longa, qua architecti, fabri, mensores agrorum uti solent: aliquando etiam sumitur pro ipsis mensoribus, ut hic a Cicerone videtur sumi.

[x] *Janiculo*] Janiculum urbs erat olim Etruriæ in ripa citeriore Tibe-

Digitized by Google

spem possessionum terminabat suarum; qui cum ab equite Romano splendidissimo et forti viro, T. Pacavio,[10] non impetrasset, ut insulam in lacu Prælio[z] venderet, repente[i] lintribus[a] in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit; dominoque trans ripam inspectante, non dubitavit ædificium exstruere in alieno; 75. [p. 116.] qui huic T. Furfanio,[11 b] cui viro! Dii immortales! (quid enim ego de muliercula Scantia? quid de adolescente Aponio dicam? quorum utrique mortem est minitatus,[12] nisi sibi hortorum possessione cessisset) sed ausus est Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quantam poposcerat, non dedisset, mortuum se in domum ejus illaturum;[c] qua

[i] *Subito.*

C *splendido.* Taurin. Saxon. *u* χ 1. 3. Lamb. Græv. Garat. Peyron. Orell. omittunt *viro.*—10 *M. Paconio* Taurin. Saxon. Garat. Peyron. Orell. *T. Pucanio* C H S T ς, Rom. Lamb. *T. Patavio* ψ. '*T. Pacavio* ed. 1584. Garat. Grut. Græv. errore typogr.' *Orell.* Statim, *in lacu Pretio* C H S T *u* ς χ 1. 3. ψ. *in l. Prelio* Lag. Græv. Schutz. Garat. Orell. *in l. Prilio* Taurin. Peyron. *in l. Precio* Lamb. *lintribus meam* χ 3. *materiem* C, Taurin. Lamb. Peyron. Orell. *cæmenta, arma* Taurin. Erf. Bav. Græv. Peyron. Orell. *cæmenta, arenam* ψ, Lamb. 1566. Deinde, *domino t. r. spectante* multi codd. Oxon. Ven. 1480. 1483. Junt.—11 *T. Furio Fanio* Taurin. Peyron. *T. Fursano* χ 1. *T. Farfanio* ψ. Mox, *ego* omittunt C H S T *u* ς χ 1. 3. et edd. ante Grut. *Scancia* C S. *Santia* H. *Sanctia u* ς χ 1. ψ. *Sancia* edd. vett. *Sentia* cod. Fabric. *Apono* C ς. *Apario* H. *Appono* T. *Cypono u*. *Aperono* χ 3. *Opporio* χ 1. *Papinio* Taurin. unde *P. Apinio* Peyron. *dico* H S T *u* ς χ 1. 3. Junt.—12 C H ψ, et edd. quædam vett. *minatus;* χ 3. *mimicatus.* Mox, *possessiones cessissent* C ς. *possessionum cessisset* ψ. *possessione cessissent* Taurin. *sed ausum esse* H T χ 3. Taurin. Bav. Peyron. *ausum est* χ 1. *quantum poposcerit* C. *quantum possiderat* χ 3. Tum, *mortuum esse in dom. u* ς χ 3. *in dom. suam* χ 1.

NOTÆ

ris: sic dicta ea pars urbis, quod a Jano, antiquissimo Italiæ Deo, condita sit, cum totam Italiam cum Saturno divisisset, qui ultra Tiberim etiam urbem ædificavit, quæ ab eo Saturnia dicta est, ut ex Virg. Æneid. VIII. habemus. Vult autem indicare Cicero, quod a Janiculo, sive urbe Roma, ad Galliam usque, omnes possessiones vindicare sibi voluerit.

[y] *Alpibus*] His montibus Italia a Gallia separatur.

[z] *In lacu Prælio* [*Pretio*] Lacus Pretius appellatus Romam inter et Viterbiam est.

[a] *Lintribus*] Lintres naves parvæ sunt quibus utuntur piscatores.

[b] *Furfanio*] Furfanius amicus fuit Ciceronis, ad quem prætorem scripsit, ut patet ex libro sexto Epist. ad Famil.

[c] *Mortuum se in domum ejus illaturum*] Minatus est Clodius Furfanio se in ejus domum mortuum illatu-

invidia huic esset tali viro conflagrandum; qui Appium fratrem,[d] hominem mihi conjunctum fidissima[13] gratia, absentem de possessione fundi dejecit; qui parietem sic per vestibulum[e] sororis instituit ducere,[k] sic agere fundamenta, ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et limine. XXVIII. 76. Quanquam hæc quidem jam tolerabilia videbantur; etsi æqualiter[1] in rempublicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruebat: sed nescio quomodo jam usu obduruerat et percalluerat[f] civitatis incredibilis patientia. Quæ vero aderant jam, et impendebant,[2] quonam modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre? Imperium si ille[3] nactus esset; omitto socios,[g] exteras nationes, reges, tetrarchas;[h] vota enim faceretis, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias; pecunias

[k] *Ædificare.*

illatum C. *allaturum* χ 1.—13 S χ 1. Ven. 1483. Lamb. 1566. *fidelissima.* Statim, *fundi abjecit* χ 3. *instituit dicere* ς. Tum, *vestibulo, sed omni aditu et lumine privaret* Lamb. *sed etiam omni* χ 3. *et lumine* C χ 3.

CAP. XXVIII. 1 Codd. German. χ 1. Græv. Garat. Peyron. Orell. *æquabiliter;* C H S T ϰ ς χ 3. ψ *æqualite.* Actutum, *in rep.* χ 3. Mox, *et calluerat civitatis patientia* ς.—2 Cod. ς *impediebant.*—3 *Imperium ille si* codd. German. Lamb. Garat. Peyron. Orell. *Imp. id ille si* ϰ ς χ 3. ψ. Pro *faceretis* T χ 3. Ven. 1483. Lamb. *feceratis.* Pro *mitteret* codd. German. Lamb. Garat. Peyron. Orell. *immitteret.* Deinde, *vestras pecunias, vestras pecunias dico* ϰ ς χ

NOTÆ

rum, ut cædis reus haberetur, quasi in sua domo eum interemisset; vel quia mortuo illato religiosa domus fiebat, et jus ejus domino peribat, quia res religiosæ nullius juri subjectæ sunt. Vide Caium Jurisc. lib. Pandect. II. tit. de religiosis locis.

[d] *Appium fratrem*] Appius Claudius, frater Pub. Clodii, Pulcher dictus est; ad quem plures Ciceronis literæ leguntur, et qui paulo post cum Pisone censor fuit.

[e] *Vestibulum*] Vestibulum locus vacuus est ante domus januam, per quem a via aditus et accessus est ad ædes.

[f] *Percalluerat*] Translatio sumta a manibus et pedibus, quibus assiduo labore callus obducitur.

[g] *Socios*] Socii dicebantur, qui a populo Romano victi aliquod tributum et ex agris suis decimas pendebant, tamen suis legibus utebantur.

[h] *Tetrarchas*] Principes sunt tetrarchæ, qui quartam tantum regni partem occupabant.

Digitized by Google

dico? a liberis, a liberis,[4] medius fidius,[1] et a conjugibus vestris nunquam ille effrænatas suas libidines cohibuisset. Fingi hæc putatis, quæ patent?[5] hæc, quæ nota sunt omnibus? quæ tenentur? servorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse, per quos totam rempublicam, resque privatas omnium possideret? 77. Quamobrem, si cruentum gladium tenens clamaret T. Annius; 'Adeste, quæso, atque audite, cives! P. Clodium interfeci;[6] ejus furores, quos nullis jam legibus, nullis judiciis frænare poteramus, hoc ferro et hac dextra a cervicibus vestris[7] repuli; per me ut unum, jus, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in civitate manerent;—' esset vero timendum, quonam modo id ferret civitas? Nunc enim quis est, qui non probet? qui non laudet? qui non unum post hominum memoriam T. Annium plurimum reipublicæ profuisse, maxima lætitia populum Romanum,[8] cunctam Italiam, nationes omnes affecisse, et dicat, et sentiat? Nequeo,[9] vetera illa populi

1. 2. ψ. *pecunias dico* desunt in C H S T.—4 Repetitio *a liberis* deest in C H S T ς χ 1. 2. *medius fidius, a conjug.* edd. vett. *medius fidius, et conjug.* Grut. —5 Lamb. *parent.* Actutum, *hæc* omittunt Erf. Bav. C H S T ς χ 1. 3. Lamb. Garat. Peyron. Orell. *sunt* omittunt C H S T ς χ 1. 2. *quas tenent* χ 1.—6 C ψ *interfici.* Actutum, *ejus favores* χ 1. Tum, pro *ferro* ψ habet *fræno.*—7 C H S T ς χ 1. 3. ψ omittunt *vestris.* Statim, *unum effectum est* S *u* ψ. *per me unum effectum est ut* Ald. Junt. *per me unum ut* Lamb. Schutz. *in civitate maneret* H χ 1. Pro *esset* H S T habent *enim;* χ 1. ψ *etenim.* Deinde, *id perferret* ψ. *qui non laudet* desunt in eodem cod.—8 C *populi R.*—9 *Non queo* Bav. Garat. Peyron. Orell. *vetera illa vera* ς. *gaudia indicare* ς χ 1. ψ. *gaudia quanta fuerint judicare* Bav. Lamb. in marg. ed. 1584. Garat. Peyron. Orell. Paulo post, *victorias clarissima ætas* *u*. *quantum nulla* χ 1. *attulit nec tantum,* omisso *lætitiam,* ψ. *lætitiam attulit, neque tantam* Lamb.

NOTÆ

1 *Medius fidius*] Medius fidius vel tres sunt voces, vel unica; non duæ, ut putant aliqui; nam ut dicimus 'me hercule,' ita et 'medius fidius:' ac utroque per Herculem juratur: ut indicat Tertull. lib. de Idolo cap. 22. Festus vult ea voce significari Jovis filium, id est Herculem, quod Jovem Græci Δία appellent; 'fidium' autem apponi pro 'filio,' quod sæpe antiqui pro L, litera D utebantur. Porro illud 'me,' quod in 'medius fidius' primum locum obtinet, nonnullis placet esse pronomen, pro, ita me Deus fidius amet. Volunt alii denique, 'me' esse adverbium, atque idem significare, quod 'per,' unde 'me hercule,' per Herculem. Vide Vossium lib. Etymol.

Digitized by Google

Romani quanta fuerint gaudia, judicare; multas tamen jam summorum[k] imperatorum clarissimas victorias ætas nostra vidit, quarum nulla neque tam diuturnam attulit lætitiam, nec tantam. 78. Mandate hoc memoriæ, judices: spero multa vos liberosque vestros[10] in republica bona esse visuros: in his singulis ita semper existimabitis, vivo P. Clodio, nihil eorum vos visuros fuisse. In spem maximam, et, quemadmodum confido, verissimam adducti sumus, hunc ipsum annum, hoc ipso summo viro consule,[l] compressa hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus et judiciis constitutis, salutarem civitati fore. Num quis igitur est tam demens, qui hoc, P. Clodio vivo, contingere potuisse[11] arbitretur? quid? ea, quæ tenetis, privata atque vestra, dominante homine furioso, quod jus perpetuæ possessionis habere potuissent?

XXIX. Non timeo, judices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius[1] hæc in illum evomere videar, quam verius: etenim etsi præcipuum esse debebat; tamen ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio pæne æqualiter versaretur odium[2] meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantum exitii fuerit. 79. Quin sic attendite, judices. Nempe hæc est quæstio de interitu P. Clodii. Fingite[3] animis; liberæ

tantam mandare hoc, &c. υ.—10 Cod. χ 3. *vestros ut.* S *in remp.* Mox, *in his singuli* χ 3. *in iis singulis* Garat. Peyron. Orell. *existimabatis* C T ς. *nihil horum* H, et edd. ante Lamb. etiam Lamb. 1566. *horum* deest in υ ς χ 1. 3. Hæc omnia, *nihil eorum . . . P. Clodio vivo*, desunt in υ ς χ 1. 3. *ipso* ante *summo* omittunt H, codd. German. et edd. ante Lamb. Pro *compressa* quædam edd. habent *concussa*. Statim, *salutem civitati* Lamb.—11 Codd. υ ς χ 1. 3. *num contingere posse;* ψ *nunquam contingere posse.* Actutum, *arbitrabamini* C χ 3. *arbitraretur* H. *arbitraremini* S ψ. *arbitremini* T υ. *arbitramini* ς χ 1. Deinde, *habere potuissetis* υ. *habere potuisset* χ 1. ψ.

Cap. XXIX. 1 Henm. et Ernesti conj. *licentius.* Mox, *esse debeat* C χ 3.—2 Voc. *odium* suspectum Ernestio.—3 *Figite* ψ. *cogitationes vestræ* ς χ 1. Mox, *ut ea cernamus, quæ non videmus* Colon. Garat. Peyron. *ut ea cernamus,*

NOTÆ

k *Summorum*] Hac ætate extitere Sulla et Marius.

l *Summo viro consule*] Pompeio.

Digitized by Google

enim sunt cogitationes nostræ, et, quæ volunt, sic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus. Fingite igitur cogitatione imaginem[4] hujus conditionis meæ, [*p.* 117.] si possim efficere, ut Milonem absolvatis; sed ita, si P. Clodius revixerit. Quid vultu extimuistis? quonam modo[m] ille vos vivus afficeret, quos mortuus inani cogitatione percussit? Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute ac fortuna[5] est, ut ea potuerit semper, quæ nemo præter illum; si is, inquam, potuisset, ut quæstionem[n] de morte P. Clodii ferre, sic ipsum ab inferis excitare; utrum putatis potius facturum fuisse? etiamsi, propter amicitiam, voluisset illum ab inferis revocare, propter rempublicam non fecisset. Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis;[6] et de ejus nece lata quæstio est, qui si eadem lege reviviscere posset, lata lex nunquam esset. Hujus ergo[7] interfector qui esset; in confitendo ab iisne pœnam timeret, quos liberavisset? 80. Græci homines Deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quæ ego vidi Athenis! quæ aliis in urbibus[8] Græciæ! quas res divinas[o] talibus institutas vi-

quæ vidimus alii codd.—4 Cod. χ *conditionis imagine.* Actutum, *hujus cogitationis* ψ. *si posset* ʋ. Paulo post, *vivus effecerat* C T. *vivus affecerat* H ʋ χ 1. 3. ψ. Pro *quos*, quod servant codd. Oxon. cod. Steph. German. Bav. Græv. seqq. *qui* præbent Grut. et edd. vett.—5 S et Hervag. *ea virtute ac sapientia.* Statim, *quam nemo potest* χ 1. *si is unquam* C T. *aut ut quæstionem* S χ 3. *aut quæstionem* H, Bav. Græv. *de morte P. C. deferre* ʋ. *aut ipsum* Bav. S, Græv. *ab inf. evocare* S. *ab inf. advocare* ψ. *excitare* omittunt C T. *potius* omittit Lamb. *utrum p. p. f. f. e. p. a. v. i. ab inferis* omittunt C S T ʋ ς χ 1. 3. Pro *voluisset* codd. et edd. ante Ernesti habent *vellet.* Pro *revocare* Saxon. C ʋ ς χ 1. Rom. Ven. 1483. Junt. Græv. Garat. Peyron. Orell. legunt *evocare*; T *avocare.* Deinde, *num fecisset* χ 3.—6 Erf. Græv. Lall. *nolletis.* Mox, *quæ lata* C. *quæstione qui si, &c.* ς.—7 *Hujus igitur* T. *interfectio* ς. *non esset* C T ʋ ς χ 3. ψ. *si esset* H S χ 1. German. Rom. Ven. 1480. Grut. Garat. Peyron. Orell. *interfector non esset etiam confitendo ab iis impetraturus, ne pœnam, &c.* Lamb. 1566.—8 C *altis muribus*; Lamb. *in aliis urbibus.* Paulo

NOTÆ

[m] *Quonam modo*] Argumentum ex minori, et enthymema non solum ex comparatione, sed etiam a contrariis.

[n] *Quæstionem*] Id est, judicium, in quo habetur quæstio.

[o] *Res divinas*] Intelligit statuas, monumenta, columnas, quæ in Deorum honorem erecta sunt.

ris! quos cantus! quæ carmina! prope ad immortalitatis et religionem[p] et memoriam consecrantur. Vos tanti[9] conservatorem populi, tanti sceleris ultorem,[q] non modo honoribus nullis afficietis, sed etiam ad supplicium rapi patiemini? Confiteretur, confiteretur,[10] inquam, si fecisset, et magno animo, et libente se fecisse, libertatis omnium causa; quod ei certe non confitendum modo, verum etiam prædicandum. XXX. 81. Etenim, si id non negat, ex quo nihil petit, nisi ut ignoscatur;[1] dubitaret id fateri, ex quo etiam præmia laudis essent petenda? nisi vero gratius putat esse vobis, sui se capitis, quam vestri defensorem[2] fuisse; cum præsertim in ea confessione, si grati esse velletis, honores assequeretur amplissimos; si factum vobis non probaretur, (quanquam qui poterat salus sua cuique non probari?) sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset;[b] magno animo constantique cederet ex ingrata civitate; nam quid esset ingratius, quam lætari ceteros, lugere eum solum, propter quem ceteri lætarentur?[3] 82. Quanquam hoc animo semper fuimus omnes[4] in patriæ proditoribus opprimendis, ut, quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoque et invidiam nostram putaremus. Nam

[b] *Fuisset.*

post, *ad immortalitatem* C S T *u* ς χ 1. 3. ψ, et edd. vett. *ad immortalitatem religione et memoria* Lamb. *memoriam confectantur* C.—9 *Vos tamen* C. *conservatorem populi Romani* ψ. Mox, *etiam* omittunt C H T *u* ς χ 1. 3. Rom. Ven. 1480. 1483. *ad suppl. rapi etiam* Junt. Nang.—10 Alterum *confiteretur* omittit Schutz. Mox, *et libenter* Erf. C H S *u* χ 1. 3. edd. ante Grut. etiam Lamb. *omnium* omittit T. Deinde, *modo fuisset* *u* ς χ 1. Ven. 1483. Junt. al. ante Lamb. *quod esset ei non c. modo, verum etiam vere præd.* Lamb.

Cap. XXX. 1 Cod. ς *cognoscatur.* Mox, *quo præmia l. e. fatenda* C. *vero* deest in χ 3.—2 Ita Colon. Schutz. Garat. Peyron. Orell. *vestri ordinis def.* ceteri, etiam Lamb. et Græv. Statim, *si grata* C. *sin factum* Lamb. *qui potest* χ 3. *cuiquam non probari* codd. German. Lamb. Græv. Garat. Peyron. Orell.—3 Cod. χ 1 *latentur.*—4 Ita codd. German. Lamb. seqq. *omnes semper fuimus* Ven. 1483. Junt. *semper omnes fuimus* al. ante Lamb. *omnes* omit-

NOTÆ

[p] *Religionem*] Iis habebantur cærimoniæ, quasi inter Deos essent.

[q] *Ultorem*] Milo interficiendo Clodio ultus est religionem, quam violavit ille cum in sacra Bonæ Deæ se intulit.

Digitized by Google

quæ mihi ipsi tribuenda laus esset,[5] cum tantum in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris ausus essem,[r] si id, quod conabar, sine maximis dimicationibus[c] meis me esse ausurum arbitrarer? quæ mulier sceleratum ac perniciosum civem occidere non auderet, si periculum non timeret? Proposita invidia, morte, pœna, qui nihilo segnius rempublicam defendit, is vir vere putandus est. Populi[6] grati est, præmiis afficere bene meritos de republica cives; viri fortis, ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse pœniteat. 83. Quamobrem uteretur eadem confessione T. Annius, qua Ahala,[s] qua Nasica, qua Opimius,[7] qua Marius, qua nosmet ipsi;[t] et, si grata respublica esset, lætaretur; si ingrata, tamen, in gravi fortuna, conscientia[u] sua niteretur.

Sed hujus beneficii gratiam, judices, fortuna populi Romani,[x] et vestra felicitas, et Dii immortales sibi deberi putant; nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim[d] esse ducit,[8] numenve divinum: quem neque

[c] *Periculo et invidia.* [d] *Naturam divinam.*

tit C. Pro *quoniam* idem codex *quem*.—5 Ita codd. German. Lamb. seqq. *mihi contribuenda laus esset ipsi* C H S T, et edd. ante Lamb. *in consulatum modo pro, &c.* χ 3. Paulo post, *arbitraretur . . . non audiret* χ 3. Deinde, pro *timeret* *v* habet *auderet*.—6 *Proprie* C. Mox, *cives* deest in χ 1.—7 *Opinius* ψ. *tum in gravi* C H T *v* ς χ 1, ψ. *tamen ingrate* χ 3. *conscientia mitteretur* C. *conscientia uteretur* *v*.—8 Ita codd. German. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. seqq. *qui nullam vim cælestem esse ducit* Lamb. 1566. *qui n. v. cælestem esse existimat* Junt. *qui* deest in T. *nullam majestatem* habent T *v* χ 3. *nullam fortunam* C. *nullam vim cælestem* H S ψ. *esse putant* C T. *esse existimant* H. *esse existimat* S ψ. *numen ne divinum* T. *minimeve divinum* C. *imperii nostri* *v*, Lamb. Mox, *nec cœli nec signorum motus* C T. *et signorum motus* H.

NOTÆ

[r] *Ausus essem*] Loquitur de Catilinæ conjuratione a se oppressa.

[s] *Qua Ahala*] De eo dictum est, aliisque superius.

[t] *Qua nosmet ipsi*] Indicat conjurationis participes Lentulum, et Cethegum, quos consul senatus decreto interfecit.

[u] *Conscientia*] Nempe præclari sui facinoris.

[x] *Fortuna populi Romani*] Plutarchus in lib. de Fortuna Romanorum, eorum imperii initia et incrementa vi fortunæ facta esse scribit, eaque de causa plurima Fortunæ templa in urbe dedicasse.

Digitized by Google

imperii vestri magnitudo, neque sol ille, nec cœli signorumque motus, nec vicissitudines rerum atque ordines movent, neque, id quod maximum est, majorum nostrorum sapientia; qui sacra, qui cærimonias, qui auspicia, et ipsi sanctissime coluerunt, et nobis,[9] suis posteris, prodiderunt. XXXI. 84. [p. 118.] Est, est[1] profecto illa vis; neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra, inest quiddam, quod vigeat et sentiat, et non inest in hoc tanto naturæ tam præclaro motu: nisi forte idcirco esse non putant, quia non apparet, nec cernitur: proinde[2] quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, qua hæc ipsa agimus ac dicimus, videre, aut plane, qualis, aut ubi sit, sentire possimus. Ea vis, ea igitur ipsa,[3] quæ sæpe incredibiles huic urbi felicitates atque opes attulit, quæ illam perniciem[y] exstinxit ac sustulit; cui primum mentem injecit, ut vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet, vinceretur que ab eo, quem si vicisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam. 85. Non est[4] humano consilio, ne mediocri quidem, judices, Deorum immortalium cura, res illa perfecta: religiones[z] mehercule, ipsæ, quæ illam belluam cadere viderunt, commosse se videntur, et jus in illo suum retinuisse. Vos enim

Tum, *nostrorum* omittunt Bav. C S T *u* ϛ χ 3.—9 C *vobis*. Statim, *suis p. tradiderunt* χ 3.

CAP. XXXI. 1 *Et est* C H S T *u* ϛ χ 1. 3. ψ. Mox, *inest quidam* C. *inest quidem* χ 3. Tum, *tamque præclaro* Lamb. *esse* omittunt C H T ϛ χ 1. 3.—2 Junt. et Orell. *perinde*. Statim, *vestram ipsam* χ 1. *nostram ipsorum* conj. Weisk. probante Huldric. Paulo post, *et videre* C. Deinde, *aut sane sit s. possumus* χ 1.—3 Ita codd. German. Grut. seqq. *Ea vis est igitur ipsa* Lamb. *Ea vis ea est igitur* Junt. Mox, pro *quæ illam* Bav. habet simpliciter *illam*, confirmans conj. Ernesti, et sic legunt Garat. Peyron. Orell.—4 *Non enim est* ψ. Verba, *immortalium c. r. i. p. r. mehercule*, desunt in T. *ipsæ cum quæ illam* C H S ϛ. *ipsæque illam* T. *quæ tum illam u*. *cum istam* ψ. *ipsæ, aræque*,

NOTÆ

[y] *Illam perniciem*] Perniciem appellat Clodium, quod suis sceleribus et impietate reipub. perniciem afferebat.

[z] *Religiones*] Religiones vocat ipsas cærimonias, quibus in suis sacrificiis utebantur. Religiones autem a relegendo dictæ sunt. Unde qui diligenter observant quæ ad cærimonias pertinent, religiosi dicuntur.

Digitized by Google

jam,[5] Albani tumuli [a] atque luci,[b] vos, inquam, imploro atque testor, vosque Albanorum obrutæ aræ, sacrorum populi Romani sociæ [c] et æquales, quas ille, præceps amentia, cæsis prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus [e] oppresserat; vestræ tum aræ,[6] vestræ religiones viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat; tuque ex tuo edito monte, Latiaris [d] sancte Jupiter, cujus ille lacus,[e] nemora, finesque sæpe omni nefario stupro et scelere maculatat, aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti;[7] vobis illæ, vobis vestro in conspectu seræ,[f] sed justæ tamen, et debitæ pœnæ solutæ sunt. 86. Nisi forte hoc etiam casu factum esse dicemus,[8] ut ante

[e] *Ædificiis.*

cum illam Lamb. Mox, *videntur*. *Etiam jus, &c.* χ 3. *relinuisset* C.—5 *Vos enim* C H S. *Vos autem* T. *enim jam* desunt in ʋ ς χ 1. 3. *atque loci* C H T ς χ 1. ψ. *atque obtestor* C H T ʋ ς χ 3. ψ, et edd. ante Grut.—6 Garat. et Peyron. omittunt *aræ*, de Gruteri et Modii sententia. Actutum, *vestræ tum religiones* C. *nostræ religiones* T. *vestræ tamen*, omisso *religiones*, ʋ χ 1. Mox, *monte Latialis* C H S T ʋ ς χ 1. ψ, et edd. ante Grut. *Monte Latiari* Grut. *cujus ille lucus* Lamb.—7 C H S T ʋ ς χ 3. ψ, et Grut. e codd. suis *aperuistis*.—8 S *dicimus*. Mox, *in fundo Sergii Galli* Taurin. Peyron. *in fundo T. Sexti*

NOTÆ

[a] *Albani tumuli*] Vel colliculi sunt, et loci eminentiores, in quibus aræ quibusdam numinibus dedicatæ fuerunt; vel etiam sepulcra, et monumenta veterum Albanorum, qui ibi ante urbem conditam sepulti sunt.

[b] *Luci*] Luci nemora opaca sunt, et densa, quæ numinibus consecrata censebantur, ut ex multis Virgilii locis licet colligere. Luci autem dicti sunt vel per antiphrasim, quod minime lucerent propter opacitatem; vel quod etiam cereis, et ignibus, qui in Deorum honorem accendebantur, collucerent.

[c] *Sacrorum pop. Rom. sociæ*] Illa sacra sacrificia sunt, quæ Latinis cum populo Romano communia fuerunt, et quæ olim a Tarquinio Superbo instituta sunt. Eadem illa sacra feriæ Latinæ dictæ sunt: celebrabantur autem quotannis a Latinis civitatibus septem et quadraginta, quæ cum populo Rom. in Albanum montem conveniebant ad taurum Jovi Latiali sacrificandum, cujus partem uniuscujusque civitatis populus accipiebat. Vide Dionys. Halicar. lib. IV.

[d] *Latiaris* [*Latiali*] Id est, Albano; quia mons ille in Latio fuit, ubi feriæ illæ Latinæ, de quibus supra, celebrabantur.

[e] *Ille lacus*] Tres fuerunt lacus in Latio; unus Nemorensis, alter Juturnæ, tertius et omnium celeberrimus Albanus.

[f] *Seræ*] Seras ait pœnas persolvisse Clodium, quia Dii tardi sunt ad puniendum.

Digitized by Google

ipsum sacrarium Bonæ Deæ,[g] quod est in fundo T. Sextii Galli, in primis honesti et ornati adolescentis, ante ipsam, inquam, Bonam Deam, cum prælium commisisset, primum illud vulnus acciperet, quo teterrimam [a] mortem obiret; ut non absolutus judicio illo [b] nefario videretur, sed ad hanc insignem pœnam reservatus. XXXII. Nec vero non eadem ira Deorum hanc ejus satellitibus [i] injecit amentiam,[4] ut sine imaginibus,[k] sine cantu [l] atque ludis,[1] [m] sine exequiis,[n] sine lamentis,[o] sine laudationibus,[p] sine funere,[q] oblitus [c] cruore et luto, spoliatus illius supremi diei celebritate,

[a] *Turpissimam.* [b] *Furorem.* [c] *Sordidus.*

Galli C H S T. *honesti et adornati* χ 1. *honesti et honorati* ψ. Mox, pro *acciperet* C χ 3 *accepit*; χ 1, alii codd. edd. ante Lamb. Græv. Garat. *acceperit.* Deinde, *deterrimam mortem* ς.

CAP. XXXII. 1 Ita Taurin. *sine ludis* codd. duo Lag. Ald. Lamb. *sine obsequiis* χ 1. *si exequiis* ς. *sine funere* suspecta Schutzio. Actutum, *oblutus cruore* C. *summi Dei* ψ. *cui concedere* H ψ, Orell. *cui cedere* Taurin. Rom. Junt. *cui cadere* χ 1. *quam cedere* υ ς χ 3. *ureretur abjectus* Saxon. Lamb. in

NOTÆ

[g] *Sacrarium Bonæ Deæ*] Prope eum locum in quo Bonæ Deæ sacellum est, obvius Miloni Clodius factus est, ut refert Asconius, et vulneratus; quasi ipsa Bona Dea violatæ a Clodio suæ religionis pœnas sumeret.

[h] *Absolutus judicio illo*] Ob violatam illam religionem Clodius in judicium vocatus fuerat, a quo eum pecunia corrupti judices liberaverunt.

[i] *Satellitibus*] Per illos satellites designat Sextum Clodium, et Munatium Plancum, et alios Clodianæ factionis homines.

[k] *Sine imaginibus*] In funeribus imagines eorum, qui in familia claruerant, deferebantur.

[l] *Sine cantu*] Tibiæ et cantus in funeribus apud Romanos adhibebantur, qui mos etiam apud Judæos usurpatus est.

[m] *Ludis*] Gladiatorii ludi, qui funebres dicebantur, in funeribus clarorum virorum apud Romanos fieri soliti sunt, ut sanguine eorum manes placarentur.

[n] *Exequiis*] Per exequias intelligitur comitatus hominum, qui funus prosequuntur.

[o] *Sine lamentis*] Lamentum fletus est sive planctus, quem mulier, quæ præfica dicebatur, incipiebat, dum corpus cremaretur, cui reliqua turba respondebat simili lamentatione.

[p] *Laudationibus*] Priusquam corpus ureretur, suscipiebatur mortui laudatio, quæ funebris oratio dicebatur.

[q] *Sine funere*] Per funus exprimitur funebris pompa, cum nempe accensis facibus cadaver efferebatur. Unde Virg. 'Funereas rapuere faces.'

Digitized by Google

quam concedere etiam inimici solent, ambureretur abjectus. Non fuisse credo fas, clarissimorum virorum formas[d] illi teterrimo parricidæ[2] aliquid decoris afferre, neque ullo in loco potius mortem ejus lacerari,[r] quam in quo vita esset damnata.[s]

87. Dura mihi, medius fidius, jam fortuna populi Romani, et crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc rempublicam[3] insultare videret et pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones;[t] senatus gravissima decreta[u] perfregerat; pecunia se palam a judicibus[4] redemerat; vexarat in tribunatu senatum;[x] omnium ordinum consensu pro salute reipublicæ gesta resciderat;[y] me patria expulerat; bona diripuerat;[z] domum incenderat; liberos, conjugem[a] meam vexaverat; Cn. Pompeio nefa-

[d] *Imagines.*

marg. ed. 1584. *compureretur etiam abjectus* χ 1. ψ. *ambureretur etiam abjectus* C H S T *u* ϛ.—2 Nonnulli Oxon. *deterrimo patricidæ.* Paulo infra, *decoris* omittunt C H S T *u* ϛ χ 1. 3. ψ, Erf. Id vero habent Taurin. et Bav. *funus* pro *mortem* conj. Schutz. *vita ejus esset* *u* χ 3. *esset vita* Taurin. Peyron.—3 Taurin. et Peyron. *in hac rep.* Actutum, *videret et* omittunt Taurin. Erf. Bav. alii multi, Ven. 1480. Junt. Lamb. Peyron.—4 T *pecuniam se palam judicibus;* C *pecunia palam judicibus;* H *pecunia se judicibus;* Lamb. *pecunia palam se a jud.* Taurin. Peyron. Orell. *pecunia se a jud. palam.* Mox, *vexerat* C *u*. *gesta rescinderat* C S χ 1. Deinde, *con-*

NOTÆ

[r] *Mortem lacerari*] Id est, ejus cadaver semiustulatum a nocturnis canibus lacerari, ut dictum est.

[s] *Vita esset damnata*] Multis senatusconsultis Clodius confixus fuit.

[t] *Sanctissimas religiones*] Id est, cærimonias Bonæ Deæ, de quibus sæpe dictum.

[u] *Senatus gravissima decreta*] Censuerat senatus ejus morte violatas religiones esse expiandas, et de ejus sacrilegio habendam esse quæstionem; sed evasit judicium, corruptis pecunia judicibus.

[x] *Vexarat in tribunatu senatum*] Tribunus, contra senatus auctoritatem, Gabinio et Pisoni provincias decrevit, ut perniciem Ciceronis mercaretur.

[y] *Gesta resciderat*] Abrogavit Clodius omnia senatus acta, cum exilium Ciceroni machinatus est propter interfectos Lentulum et Cethegum, aliosque conjurationis Catilinariæ socios: licet illud factum senatus populusque Romanus approbasset.

[z] *Bona diripuerat*] Vide Orat. pro Dom. § 62.

[a] *Liberos, conjugem*] Vide eandem Orat. § 59.

Digitized by Google

rium bellum indixerat;[b] magistratuum[5] [c] privatorumque cædes fecerat;[d] domum mei fratris incenderat;[e] vastarat Etruriam; multos sedibus ac fortunis ejecerat. Instabat, urgebat; capere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ, regna non poterant. Incidebantur[f] jam domi leges, quæ nos nostris servis[e] [6] addicerent: nihil erat cujusquam, quod quidem ille adamasset, quod non hoc anno suum fore putaret. 88. Obstabat ejus cogitationibus nemo, præter Milonem: ipsum illum,[7] qui poterat obstare,[g] novo reditu in gratiam quasi devinctum arbitrabatur; Cæsaris potentiam suam esse dicebat; bonorum animos etiam in meo casu[f] contemserat; Milo unus urgebat.[g] XXXIII. [*p.* 119.] Hic,

[e] *Libertinis.* [f] *Meo exilio.* [g] *Resistebat.*

jugiumque meum C. *vexarat* Taurin. Peyron. Orell.—5 Cod. χ *magistratuum ordinem.* Statim, *cædes effecerat* codd. et edd. omnes ante Ernesti. *vastavit Etruriam* C. *vastarat E. in multis ædibus* χ.—6 Taurin. Peyron. *nos servis nostris.* Actutum, *adicerent* ϛ χ 3. *nihil erat cuiquam* χ 1. *ille* omittunt ϛ χ 3. *ipse* conj. Ernesti. Deinde, *fore putabat* C T ʋ. *fore putarat* χ 3.—7 Taurin. Erf. Lamb. Peyron. *illum ipsum;* χ 1. 3 *præter illum Milonem ipsum.* Statim, *obstare Cn. Pompeii reditu* H S ψ. *obstare Cn. reditu* ϛ. *obstare Cn. Pompeium reditu* χ 1. Junt. Lamb. *obstare poterat* Taurin. Peyron. *gratiam sibi devinctum* Lamb. *quasi* omittit ʋ. *devictum* ϛ χ 3. Weiske. Tum, *potentiam suam potentiam* H T ʋ ϛ χ 1. Erf. Bav. Lamb. et edd. ante Grut. *bonorum amicos* ʋ. *bonorum mors* χ 3. *etiam* omittunt H S T ϛ χ 1. 3. ψ, Taurin. Erf. Bav. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Peyron.

NOTÆ

[b] *Cn. Pompeio bellum indixerat*] Non bellum quidem indixit Clodius Pompeio, sed eum interficere in insidiis voluit, cum ea de causa servus cum sica, in templo Castoris comprehensus est.

[c] *Magistratuum*] Non legitur magistratus occidisse, sed tantum Sextium, Q. Fabricium, et M. Cispium ferro appetivisse.

[d] *Cædes fecerat*] Cum de Cicerone revocando actum est, multi partim vulnerati sunt, partim elisi, partim occisi a Clodianis.

[e] *Domum mei fratris incenderat*] Epist. ad Att. IV. 3.

[f] *Incidebantur*] Cogitabat Clodius, si prætor esset, ut scribit Asconius, de hac lege ferenda, ut libertini in urbanis tribubus suffragia ferre possent, quod tantum ab ingenuis præstari poterat. Exitiosa inprimis lex illa erat reip. dabat enim illa occasionem tribunis plebis corrumpendi suffragia, et excitandarum seditionum contra senatores, et optimates. Utitur vero hac voce, 'incidebantur,' quia olim leges omnes in tabulis æneis signabantur.

[g] [*Cn. Pompeium*] Nolebat Clodio Pompeius obsistere, quia cum eo redierat in gratiam.

Digitized by Google

Dii immortales,[1] ut supra dixi, mentem dederunt illi perdito ac furioso, ut huic[h] faceret insidias; aliter perire pestis illa non potuit; nunquam illum respublica suo jure esset ulta. Senatus, credo, prætorem eum circumscripsisset;[a] ne cum solebat quidem[i] id facere in privato eodem hoc, aliquid profecerat.[2] 89. An consules in prætore coërcendo[3] fortes fuissent? Primum Milone occiso, habuisset suos consules;[k] deinde quis in eo prætore[b] consul fortis esset, per quem tribunum,[l] virum consularem crudelissime vexatum esse meminisset? oppressisset omnia, possideret, teneret lege nova,[m] quæ est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis: servos nostros libertos suos fecisset. Postremo, nisi eum Dii immortales in eam mentem impulissent, ut homo effœminatus[4] fortissimum virum conaretur occidere, hodie rempublicam nullam haberetis. 90. An ille[5] prætor, ille vero consul, si modo hæc templa,[n] atque

[a] *Coërcuisset.* [b] *Ei prætori.*

Cap. xxxiii. 1 *Huic Dii imm.* H. Statim, *mentem illi perdito ac furioso dederunt* codd. German. Taurin. Lamb. Garat. Peyron. Orell. Paulo post, *non poterat* χ 3.—2 T *aliud perfecerat.*—3 Cod. χ 1 *cohærendo.* Mox, *fortis consul esset* Lamb. *consul f. fuisset* χ 1. Tum, *virtutem c. c. vexatam* codd. German. C, Grut. Garat. Peyron. *virum c. c. necatum* H S T ȣ χ 1. 3. Ven. 1483. Junt. Camer. Lamb. *virtute c. c. necatum* ϛ ψ. *oppressisset* omittunt C H S T ȣ ϛ χ 1. 3. ψ, et edd. ante Grut. Paulo post *suos effecisset* Lamb.—4 Cod. ȣ *effrænatus.*—5 *At ille* C T ȣ ϛ χ 1. *At iste* ψ. *ille vero consularis* C H T ȣ ϛ. Mox, *consulatum ejus tam spectare voluissent* nonnulli Oxon. *potuisse* C. *mortuus unus* in eodem cod. *mortuo uno* χ 1. *cum mortuus, uno* Bav.

NOTÆ

[h] *Ut huic*] Miloni.

[i] *Ne cum solebat quidem*] Sensus est: Cum senatus volebat coërcere Clodium privatum, nihil efficiebat; quid igitur efficere poterit, cum prætor erit? Est argumentum a minori.

[k] *Habuisset suos consules*] Optabat Clodius consules habere Hypsæum et Scipionem.

[l] *Per quem tribunum*] Clodius tribunus vexavit Ciceronem, virum consularem.

[m] *Lege nova*] Multæ leges, quas tulisset prætor Clodius, post ejus mortem inventæ sunt. Inter quas hæc fuit inventa, ut rusticanæ tribus in consulibus creandis, et libertini in tribubus urbanis jus suffragiorum haberent.

[n] *Hæc templa*] Loquitur de foro, et de curia, ubi hæc oratio habebatur. Hostilia autem ab Hostilio rege, a quo condita est, curia dicebatur, in qua erant rostra.

Digitized by Google

ipsa mœnia stare eo vivo tamdiu, et consulatum ejus expectare potuissent, ille denique vivus, mali nihil fecisset, qui mortuus, uno ex suis satellitibus Sex. Clodio duce, curiam incenderit? Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis,[6] aram sociorum, portum [o] omnium gentium, sedem ab universo populo Romano concessam uni ordini, inflammari, exscindi, funestari? [p] neque id fieri a multitudine imperita, quanquam esset miserum id ipsum, sed ab uno? qui cum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? In curiam[7] potissimum abjecit,[k] ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat. 91. Et sunt, qui de via Appia[8] querantur,[q] taceant de curia? et qui ab eo spirante[l] forum putent potuisse defendi, cujus non restiterit cadaveri curia? Excitate, excitate eum,[9] si potestis, ab inferis. Frangetis impetum vivi, cujus vix sustinetis furias insepulti? nisi vero sustinuistis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum falcibus[r] ad Castoris, cum gladiis toto foro vo-

[k] *Intulit.* [l] *Vivo.*

curiam incenderet C. *curiam incendit* χ 1.—6 Colon. χ 3. ψ, Junt. *caput orbis.* Statim, *sedem universo populo concessam* C. *Romano* omittunt etiam H T ν ς χ 1. 3. Pro *exscindi* ν habet *excudi*, et mox omittit *esset.* Tum, *ausus sit ultor* edd. ante Grut. item Græv. *ausus sit ulto* ς χ 3. *ausus sit multorum* [lacuna] C. *ausus est ustor* χ 1.—7 *In curia* C ν χ 3.—8 Cod. ν *et de Appia.* Mox, *et quin* C. *et quando* H S T ν χ 1. ψ, Junt. *ecquando* Lamb. *putent* omittunt C H S T ν ς χ 1. 3. *non restituerit* C. *non restiteret* χ 3.—9 Codd. German. C H S T ν ς χ 1. 3. ψ, Junt. Crat. Garat. Peyron. Oreil. *ipsum;* Bav. *eum ipsum.* Actutum, *si p. a mortuis* Erf. Bav. C S T ν ς χ 1. 3. ψ, edd. ante Naug. item Græv. *frangentes* ψ. Tum, *vix festinatis* ψ. *vix sustinuistis* Lamb. Deinde, *cum falcibus* C. Infra pro *falcibus* C H S ν ς χ 1 habent *facibus*; Lamb. 1566. *fascibus.* Pro *ad Castoris* C H S T ν ς χ 1. 3. ψ *ac*

NOTÆ

[o] *Portum*] Reges et populi exteri ad senatum Rom. tanquam ad refugium, confugiebant.

[p] *Funestari*] Id dicit, quia in ea combustum est cadaver Clodii, quo curia et forum polluta sunt.

[q] *De via Appia querantur*] In via Appia occisus est Clodius.

[r] *Falcibus*] Falces militares, non messorias intelligit. De quibus Vegetius.

Digitized by Google

litarunt.[m] Cædi vidistis populum Romanum, concionem gladiis disturbari, cum audiretur [10] silentio M. Cœlius,[s] tribunus plebis, vir et in republica fortissimus, et in suscepta causa firmissimus,[t] et bonorum voluntati, et auctoritati senatus deditus, et in hac Milonis sive invidia sive fortuna, singulari, divina, et incredibili fide.

XXXIV. 92. Sed jam satis multa de causa; extra causam[a] etiam nimis fortasse multa. Quid restat, nisi ut orem obtesterque vos, judices, ut eam [1] misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat;[b] ego, etiam repugnante hoc, et imploro, et exposco? Nolite, si in nostro omnium fletu nullam lacrymam aspexistis Milonis; si vultum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem, ac non mutatam videtis, hoc minus ei parcere; atque [2] haud

[m] *Discurrerunt.*

rastris.—10 Cod. ς *audiret.* Statim, *M. Cicilius* χ 3. *et in republica* omittunt C H S T ψ, et edd. ante Lamb. *et in republica vir fortissimus* exhibent υ ς χ 1. *et in s. c. fortissimus* omittit T. *bonorum utilitate senatus* χ 1. *dedititissimus* Lamb.

Cap. XXXIV. 1 C H T υ ς χ 1. 3. ψ *ut etiam.* Mox, *ego autem repug.* Rom. Ven. 1483. Ald. *repugnare* ς.—2 C H T, Taurin. Bav. alii codd. Peyron. Orell. omittunt *atque.* Statim, *sit etiam* Taurin. Peyron. *admirandus magis*

NOTÆ

[s] *Cum audiretur silentio M. Cœlius*] Cum Romam rediisset Milo nocte qua curia incensa est, Cœlius, tribunus plebis, concione advocata eorum qui favebant Miloni, oratione exposuit omnia quæ scelerate a Clodio commissa sunt. Verum reliqui tribuni plebis cum armata multitudine in forum irrumpunt. Cœlium ipsum et Milonem interemissent, nisi servorum indumentis vestiti, fuga consuluissent saluti. Multos cives trucidaverunt, eos præsertim qui habitu vestituque se divites ostendebant. Prætextu quærendi Milonem, multas domos invadunt, easque diripiunt. Ita Asconius, qui *Cæcilium*, non *Cœlium* legit.

[t] *In suscepta causa firmissimus*] Obstitit ille firmissime legibus Cn. Pompeii, quibus ferebat, ut in hac causa eodem die actor et reus orarent; ut actori horæ duæ, reo tres essent. Aiebat videlicet Cœlius privilegium in Milonem ferri, et judicia præcipitari; et cum pertinacius legem ille vituperaret, eo processit ira Pompeius, ut diceret, si coactus esset, armis se rempublicam defensurum. Ita Asconius.

[a] *Extra causam*] Cicero vagatus est extra causam, cum tam fuse de Clodii vitiis et sceleribus dixit.

[b] *Quam ipse non implorat*] Id dicit, ut placet judices, qui potuissent offendi, quod neque sordidatus vene-

Digitized by Google

scio, an multo etiam sit adjuvandus magis. Etenim si in gladiatoriis pugnis, et in infimi[3] generis hominum conditione atque fortuna, timidos et supplices, et, ut vivere liceat, obsecrantes, etiam odisse solemus; fortes, et animosos, et se acriter[4] ipsos morti offerentes, servare cupimus; eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant; quanto hoc magis in fortissimis civibus facere debemus! 93. Me quidem, judices, exanimant et interimunt hæ voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum[5] quotidie. 'Valeant, valeant,'[6] inquit, 'cives mei, valeant: sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc urbs præclara, mihique patria carissima, quoquo modo merita de me erit:[a] [*p.* 120.] tranquilla republica cives mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen, perfruantur: ego cedam, atque abibo: si mihi republica bona frui non licuerit, at carebo mala; et quam primam[7] tetigero[b] bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam. 94. O frustra,' inquit, 'suscepti mei labores! o spes fallaces![8] o cogitationes inanes meæ! Ego, cum tribunus[9] plebis,[c] republica

[a] *Sive me damnet, sive liberet.* [b] *Pervenero.*

χ 1.—3 Taurin. H ϛ χ 1. 3. Ven. 1483. Junt. Peyron. *et infimi;* C ψ omittunt *et in.* Mox, *omnium conditione* χ 3. *omnium condit* υ ϛ χ 1. *et simplices* C.—4 Gulielm. conj. *et se alacriter.* Actutum, pro *ipsos*, quod servant Colon. Taurin. Grut. seqq. *ipsi* præbent C H S T χ 1. 3. ψ, Bav. et edd. ante Grut. *servari* C, Junt. Lamb. Schutz. Deinde, *vestram miseriam* χ 3. *illam flagitant* conj. Markland.—5 S *adsum.*—6 Alterum *valeant* omittunt T χ, Heum. Lall. *Valeant, inquit, valeant* Taurin. et edd. ante Grut. Mox, *stet et hæc urbs* Taurin. *patria clarissima* ψ. *modo erit merita de me* codd. German. Lamb. Garat. Peyron. Orell. Deinde, *mei cives* Taurin. Peyron. *quando mihi* Junt. et margo Crat. *sed propter me* Taurin. Peyron. *perfruuntur* υ ϛ χ 3. —7 Ita Schutz. Garat. Orell. de conj. Ernesti; *primum* ceteri codd. et edd. —8 Taurin. Peyron. *mihi suscepti labores, &c.* χ 3 *fallaces cogitationes.*—9 C

NOTÆ

rit ad hoc judicium Milo, neque supplex ad eorum pedes deprecaturus acciderit.

[c] *Ego, cum tribunus plebis*] Respicit Cicero ad illud tempus quo ab exilio revocatus est; ad quem revocandum, non mediocrem operam tulit Milo, qui tum tribunus erat. In quo consensit cum senatoribus, quibus fere semper tribuni plebis infensi fuerunt.

Digitized by Google

oppressa, me senatui dedissem, quem exstinctum acceperam; equitibus Romanis, quorum vires erant debiles;[d] bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abjecerant; mihi unquam bonorum præsidium defuturum putarem? Ego, cum te (mecum enim sæpissime loquitur) patriæ reddidissem, mihi futurum in patria non putarem locum?[10] Ubi nunc senatus est, quem secuti simus? ubi equites Romani illi, illi,'[11] inquit, 'tui?[e] ubi studia municipiorum? ubi Italiæ voces? ubi denique tua, M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox et defensio? mihine ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari?' XXXV. 95. Nec vero hæc, judices, ut ego nunc, flens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. Negat[f] enim, se, negat ingratis civibus fecisse, quæ fecerit:[1] timidis, et omnia circumspicientibus[*] pericula, non negat: plebem et infimam multitudinem, quæ, P. Clodio duce, fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vita nostra, suam se fecisse commemorat; ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis[g] deliniret:[2] nec timet, ne, cum

[*] *Providentibus.*

tribunum. Statim, *senatui dedidissem* conj. Garat. Paulo post, *armis abjecerat* H. *mihi nunquam* ς χ 1. ψ. *defuturum pugnarem* ʋ.—10 Taurin. Peyron. Orell. *mihi putarem in p. n. futurum locum;* Bav. et edd. ante Lamb. *mihi non futurum in patria putarem locum.*—11 Alterum *illi* omittunt ς χ 3. Mox, *ubi denique tua illa* Taurin. Peyron. Orell. *vox atque def.* Taurin. Lamb. Peyron. Orell. *mihi potest* C.

CAP. XXXV. 1 Ita Saxon. Bav. Junt. Naug. Cam. Lamb. Schutz. Garat. Orell. *fecit* Manut. Steph. Grut. Peyron. *fecisset* C T ς χ 3. plerique codd. et edd. ante Naug. item Græv. *fecisse* H ʋ ψ. Mox, *Sextio Clodio* Lamb. *fortunis nostris* ς. Pro *eam* C habet *causa.* Pro *vita nostra* C H S ʋ ς χ 1. 3 *vestra vita;* T *vestra vitæ.* Deinde, *suam* omittunt C H S T ʋ ς χ 3. ψ.—2 Ald. Græv. Garat. Orell. *deleniret.* Mox, *placaret* ψ. *non consiliarit* C T.

NOTÆ

[d] *Vires erant debiles*] Debiles fuerunt propter Clodium, a quo illi vexati sunt.

[e] *Tui*] Cicero ex equestri ordine erat, ex quo ad senatorium transivit.

[f] *Negat*] Excusat hic cives, quos non ingratos esse ait, sed timidos.

[g] *Tribus suis patrimoniis*] Milo habuit tria patrimonia; paternum, maternum, et illud quod a C. Annio avo materno, a quo fuerat adoptatus, acceperat. Hæc autem omnia pa-

Digitized by Google

plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rempublicam singularibus. Senatus erga se benevolentiam temporibus his ipsis sæpe esse perspectam; vestras vero, et vestrorum[3] ordinum occursationes,[h] studia, sermones,[i] quemcumque cursum fortuna dederit, secum se ablaturum esse dicit. 96. Meminit etiam, sibi vocem præconis[k] modo[d] defuisse, quam minime desiderarit;[4] populi vero cunctis suffragiis, quod unum cupierit, se consulem declaratum; nunc denique, si hæc arma contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. Addit hæc, quæ certe vera sunt, fortes et sapientes viros non tam præmia sequi solere recte factorum, quam ipsa recte facta: se nihil in vita, nisi præclarissime fecisse; siquidem nihil sit præstabilius viro, quam periculis[5] patriam liberare: beatos esse, quibus ea res honori fuerit a suis civibus; 97. nec tamen eos miseros, qui beneficio cives suos vicerint; sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium, gloriam: esse hanc unam, quæ brevitatem vitæ

[d] *Tantum.*

non reconciliarit H χ 1.—3 Schutz. de conjectura Heum. *ceterorum.* Actutum, *ordinum concursationes* C H. Tum, *quantumcumque cursum* χ. *quemcumque casum* Ald. Naug. Manut. *secum ablaturum* plerique codd. et edd. ante Naug. etiam Junt. Græv. Garat. Peyron. Orell. *esse dixit* χ 3.—4 C H T *u* ς χ 1. 3 *desiderat*; ψ *desiderarat*. Statim, *quod tamen cupierit* C T *u* ς. *quod unum concupierit* Ven. 1480. Junt. Paulo post, *arma* omittunt H T *u* χ 1. 3. Bav. et edd. ante Naug.—5 C *periculo.* Paulo post, *quod beneficio* χ 1. *qui beneficiis* ψ. *suos vicerit*; *sed me ex*, &c. C. *tamen* suspectum Ernestio; *sed tamen* suspecta Heumanno. [6] Utrumque sine cau-

NOTÆ

trimonia largitionibus, et impensis ludorum impenderat; ob quas, ut ait Asconius, Milo postero die reus ambitus factus, absens damnatus est. Sed has largitiones eo consilio a Milone factas esse ait Cicero in populum, ut divites a direptione liberaret.

[h] *Occursationes*] Id est, obvias salutationes, quæ honoris et benevolentiæ causa fiunt.

[i] *Sermones*] Qui nempe de Milone absente circumferuntur.

[k] *Vocem præconis*] Licet maxima pars suffragiorum in aliquem incumberet, neque posset in comitiis ignorari, quis consul esset designatus; tamen ille præconis voce renuntiabatur, a quo laudibus efferebatur.

Digitized by Google

posteritatis memoria consolaretur; quæ efficeret, ut absentes adessemus, mortui[6] viveremus; hanc denique esse, cujus gradibus etiam homines in cœlum[7] viderentur ascendere. 98. 'De me,' inquit, 'semper populus Romanus, semper omnes gentes loquentur; nulla unquam obmutescet vetustas: quin hoc tempore ipso, cum omnes a meis[8] inimicis faces meæ invidiæ subjiciuntur; tamen omni in hominum cœtu, gratiis agendis, et gratulationibus habendis, et omni sermone celebramur. Omitto Etruriæ festos[1] et actos et institutos dies: centesima lux[f] est hæc ab interitu P. Clodii, et, opinor,[9] altera; qua fines imperii populi Romani sunt, ea non solum fama jam de illo, sed etiam lætitia peragravit. Quamobrem, ubi corpus hoc sit, non,' inquit, 'laboro, quoniam omnibus in terris et jam versatur,[10] et semper habitabit nominis mei gloria.' XXXVI. 99. [*p.* 121.] Hæc[1] tu mecum sæpe, his absentibus; sed iisdem audientibus, hæc ego tecum, Milo. Te quidem, cum isto[2] animo es, satis laudare non possum; sed, quo est ista magis divina virtus, eo majore a te dolore divellor. Nec vero, si mihi eriperis,[3] reliqua est illa saltem ad consolandum

[f] *Dies.*

sa.' *Orell.*—6 C *et mortui.*—7 Codd. aliquot, Nang. Camer. Lamb. Garat. Peyron. *in cœlum homines.* Actutum, *videantur ascendere* u ς χ 1. 3. ψ. *ascendere videantur* Lamb. *escendere* conj. Nodell.—8 Ita Colon. Grut. seqq. *a suis* C H S T u ς χ 1. ψ, edd. ante Lamb. *a tuis* solus Lamb. *ab inimicis* conj. Garat. Statim, *invidiæ meæ* codd. plerique, et edd. ante Lamb. item Garat. Peyron. Orell. *invidiæ mihi* Lamb. e conjectura. *meæ invidiæ* primus dedit Grut. sine auctoritate. Tum, *subjiciantur* S T, alii codd. ap. Orell. et edd. ante Ernesti. Paulo post, *celebremur* ς. *celebrentur* χ 1.—9 Ita codd. German. Junt. Lamb. Græv. seqq. *et, ut opinor* Grut. et edd. vett. *et ut opinio* χ 1. *quod altera qua* C. *ultra quam* Junt. *altera ultra quam* Lamb. Deinde, *ea* omittunt codd. plerique et edd. ante Grut. item Garat. Peyron. et Orell. —10 Codd. u ς χ 1. 3 *etiam versatur.*

Cap. xxxvi. 1 *Hoc* C. *Nec* χ 3. *mecum milo sæpe* H ψ. *his absentibus dixisti* χ 3.—2 Ita codd. German. Ven. 1480. Græv. seqq. *Te quidem quod isto* edd. vett. etiam Lamb. *Teque cum isto* C. *Te cum isto* S. *Te quod cum isto* T. Mox, *illa magis* C H T χ 1. 3. ψ.—3 Lamb. *eripieris.* Statim, *reliqua*

NOTÆ

[1] *Etruriæ festos*] Hæc regio plane inimica Clodio. Cum autem audivisset, eum a Milone interfectum fuisse, festos dies in honorem Milonis instituit.

Digitized by Google

querela, ut his irasci possim, a quibus tantum vulnus accepero; non enim inimici mei[m] te mihi eripient, sed amicissimi; non male aliquando de me meriti, sed semper optime. Nullum unquam, judices, mihi tantum dolorem inuretis,[g] (etsi quis potest esse tantus?) sed ne hunc quidem ipsum, ut obliviscar, quanti me semper feceritis. Quæ si vos cepit[4] oblivio, aut si in me aliquid offendistis;[n] cur non id meo capite[h] potius luitur, quam Milonis? præclare enim vixero, si quid mihi acciderit prius, quam hoc tantum mali videro. 100. Nunc me una consolatio sustentat, quod tibi, T. Anni,[5] nullum a me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium[o] pro te appetivi; ego meum sæpe corpus et vitam objeci armis[p] inimicorum tuorum; ego me plurimis pro te supplicem abjeci; bona, fortunas meas, ac liberorum meorum, in communionem[6] tuorum temporum[q] contuli; hoc denique ipso die, si qua vis est parata, si qua diminutio capitis futura, deposco. Quid jam restat? quid habeo, quod dicam?[7]

[g] *Inferetis.* [h] *Mea morte.*

est illa tamen Erf. Bav. edd. ante Gruter. Garaton. Peyron. Orell. *tamen illa* χ 3. *tamen ne* S T. *saltem* deest in C. Pro *ut his* Lamb. habet *ut eis;* χ 1 omittit *his.*—4 H S ϛ χ 1. 3. ψ, et edd. ante Ald. *ceperit.* Mox, præpositio *in* deest in C H υ χ 1. 3. ψ. Paulo post, *mali video* H ϛ χ 1.—5 *O T. Anni* C H S T ϛ χ 1. 3. Junt. Lamb. *O Quinte Anni* υ.—6 H *contionem;* χ 1. 3. *communione.* Paulo post, *si quæ dimicatio* υ ϛ χ 1. 3. *si qua dimicatio* C H S T ψ, Bav. edd. ante Lamb. item Garat. Peyron. Orell. *capitis futura* omittunt C S T.—7 C S T *quid dicam.* Hæc verba desunt in H ψ. uncis inclusit

NOTÆ

[m] *Non enim inimici mei*] Ait quod sibi amicissimi hujus tanti mali erunt auctores, quibus irasci, aut de iis queri, lex amicitiæ vetat. Loquitur autem de judicibus, quos dixit sibi esse amicissimos.

[n] *Offendistis*] Id est, aliquid invenistis offensionis.

[o] *Inimicitias potentium*] Tanta fuit Ciceronis in Milonem amicitia, ut neque Clodiani, neque Pompeius, qui infensus erat Miloni, deterrere eum potuerint ab hac Milonis defensione suscipienda.

[p] *Armis*] Cicero semper affuit Miloni in petitione consulatus, licet sæpius a Clodio armis fuerit Milo appetitus.

[q] *Temporum*] Cicero significat, communicare secum omnes suas fortunas Milonem voluisse.

Digitized by Google

quod faciam pro tuis in me meritis, nisi ut eam fortunam, quæcumque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo; vosque obsecro, judices, ut vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in hujus salute augeatis, aut in ejusdem exitio occasura esse videatis.[8] XXXVII. 101. His lacrymis non movetur Milo; est quodam incredibili robore animi;[1] exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus; mortem naturæ finem esse, non pœnam. Sit hic ea mente, qua natus est;[2] quid vos, judices? quo tandem animo eritis? Memoriam Milonis retinebitis; ipsum ejicietis? et erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quam hic, qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro republica sanguinem[3] effudistis; vos in viri, et in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites; vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, et huic judicio præsidentibus, hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur?[4] projicietur? 102. O me miserum![5] o infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos; ego te in patria per eosdem retinere non potero? quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum?[i] me non potuisse[6] Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? At in qua causa non potuisse? quæ est grata gentibus. A quibus non potuisse? ab iis,[7] qui maxime P. Clodii morte acquierunt. Quo deprecante? me. 103. Quod-

[i] *Socio meæ calamitatis.*

Orell. *quid faciam* C H S T ϛ χ 1. 3. ψ.—8 C H S T ϛ χ 3. ψ, edd. pleræque ante Lamb. et Junt. *jubeatis.*

CAP. XXXVII. 1 Codd. aliquot, Rom. Ven. 1483. Junt. al. ante Lamb. *animi septus*, probantibus Weiskio et Huldr. Mox, *naturæ fratrem esse* C.—2 Ita codd. multi, Rom. al. ante Lamb. Grut. seqq. *Sed hic ea mente natus est* Lamb. *Sed hic ea mente, qua natus est* quatuor codd. Oxon. et Bav. *ornatus est* codd. multi; unde Weisk. *Si hic ea mente ornatus est, quid, &c.*—3 Lamb. *sanguine.*—4 Voc. *exterminabitur* deest in ϛ. Pro *projicietur* Junt. habet *ejicietur.*—5 *O me me miserum* T ϰ. *o me infelicem* codd. multi, Erf. Rom. Ven. 1483. Junt. Græv. Garat. Peyron. Orell.—6 Tres codd. German. Garat. Peyron. Orell. *mene non potuisse.*—7 T *gentibus non his*, omissis intermediis; *gentibus omnibus, &c.* conj. Garat. *a quibus* omittunt C H ϰ ϛ χ 3.—

Digitized by Google

nam ego[8] concepi tantum scelus, aut quod in me tantum facinus admisi, judices, cum illa indicia[r] communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi? omnes in me meosque redundant ex fonte illo dolores.[s] Quid me reducem esse voluistis? an ut, inspectante[9] me, expellerentur ii, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati, mihi acerbiorem[10] reditum esse, quam fuerit ille ipse discessus: nam qui possum putare me restitutum esse, si distrahor[k] ab iis, per quos restitutus sum? XXXVIII. Utinam Dii immortales fecissent, (pace tua, patria, dixerim: metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie:) utinam P. Clodius[1] non modo viveret, sed etiam prætor, consul, dictator esset potius, quam hoc spectaculum viderem. 104. O Dii immortales! fortem et a vobis, judices, conservandum virum! 'Minime, minime,' inquit:[2] [t] 'immo vero pœnas ille debitas luerit; nos subeamus, si ita necesse est, non debitas.' Hiccine vir,[3] patriæ natus, usquam, nisi in patria, morietur? aut, si forte, pro patria?

[k] *Separor.*

8 Ita codd. German. Lamb. seqq. H T υ ϛ χ 1. 3. et edd. antiq. omittunt *ego.* Mox, *illa judicia* C T υ ϛ χ 3. *protuli, extraxi* T. Deinde, *e fonte illo* Lamb. *ex illo fonte* codd. plerique, et edd. ante Lamb.—9 C υ χ 1. ψ *an aut spectante.* Statim, *expellerentur hi* C H T ϛ ψ.—10 Bav. *acerbiorem mihi pati.* Paulo post, *si distraher* Lamb. in marg. ed. 1584. Græv. Mœb.

CAP. XXXVIII. 1 Ita codd. plurimi, etiam German. Ven. 1480. Junt. Ald. Naug. Græv. Garat. Peyron. Orell. *ut P. Clodius* codd. Fabricii, T χ 3. Rom. Ven. 1483. Lamb. Schutz. Mox, *sed etiam proconsul* C. *sed etiam pro consule* H T υ ϛ χ 1. ψ. *hoc tantum spectaculum* H χ 1. *esset ante quam hoc spec.* Grut. et al. vett. etiam Lamb.—2 *Minime, inquit* T χ 3. ψ.—3 *Hic vir* T. Mox, *aut, si forte, pro patria* de Heum. conj. delevit Schutz. *aut si forte procul patria* hàbent tres codd. Lag. *aut, si forte procul, pro patria* conj. Peyron. Tum, *hujusmodi vos cum monumenta* υ. Deinde, *nisi in Italia* H ϛ χ

NOTÆ

[r] *Illa indicia*] Catilinæ conjurationem indicat, qui urbem ferro flammaque delere constituerat.

[s] *Ex fonte illo dolores*] Cicero ejectus in exilium a Clodio est, quia Lentulum et Cethegum, conjurationis socios, interfecerat in carcere; et quia Milo studuit, ut qui maxime, ut ab exilio Cicero revocaretur; hinc Clodium inter et Milonem odia gravissima exarserunt.

[t] *Minime, inquit*] Inducit jam Milonem loquentem.

Digitized by Google

hujus vos animi monumenta[l] retinebitis; [*p.* 122.] corporis in Italia nullum sepulcrum esse patiemini? hunc sua quisquam sententia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsum[4] a vobis ad se vocabunt? 105. O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit! hanc ingratam, si ejecerit! miseram, si amiserit![5] Sed finis sit: neque enim præ lacrymis jam loqui possum; et hic se lacrymis defendi vetat. Vos oro, obtestorque, judices, ut in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram virtutem, justitiam, fidem, mihi credite, is maxime probabit,[u] qui in judicibus legendis, optimum, et sapientissimum, et fortissimum[6] quemque legit.

[l] *Memoriam generositatis.*

1. ψ. *ullum sepulcrum* C ν ϛ χ 1. 3.—4 Cod. unus Oxon. *expulsum civem.* Alii codd. Oxon. *a nobis ad se advocabunt.*—5 Cod. ψ *si admiserit.*—6 Ita ex codd. Grut. et seqq. *et fortissimum* omittunt C S T ν ϛ χ 3. et edd. vett. Denique, *quemque delegit* H S T χ 1. ψ, alii codd. ap. Garat. item Peyron. et Orell.

NOTÆ

[u] *Is maxime probabit*] Pompeium significat, qui cum sapientissimos illos judices ex omnibus ordinibus selegerit, probabit eorum sententias. Id autem dicit, ut amoveat suspicionem odii, quo in Milonem Pompeius ferebatur.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

PRO C. RABIRIO POSTUMO

ORATIO XXXIX.

ARGUMENTUM.

A. Gabinius cum in Syria proconsulari imperio esset, a Ptolemæo rege Ægypti decem millibus talentum acceptis, ausus est eum in regnum restituere, non modo sine ullo aut populi jussu aut SCto, sed etiam contra SCtum. Itaque cum ex provincia redisset Romam, reus factus est, lege Julia de repetundis, a C. Memmio; et, quamvis defendente Cicerone, condemnatus est. Lis æstimata est totidem talentis, quot acceperat. Quæ summa pecuniæ cum ex bonis Gabinii redacta non esset, eadem lege Julia accusatus est Rabirius Postumus, eques Romanus, quod ad eum pars illius pecuniæ pervenisset, ut is, quod summæ decem millium talentum deesset, solveret. Est ergo causa Rabirii appendicula causæ Gabinianæ, eodem accusatore, eodem defensore acta. Defensionis hæc inita est ratio a Cicerone, ut ostenderet primo, lege de repetundis equestrem ordinem non teneri, quæ avaritiæ magistratuum provincialium coërcendæ causa lata sit: deinde ad Rabirium nullam partem pecuniæ pervenisse, sed eum potius tantum pecuniæ Ptolemæo credidisse, ut, cum ea pecunia reddita non esset, omnibus bonis eversus, et foro cedere coactus esset, nisi Caii Cæsaris liberalitas eum sublevasset.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 122.] Si quis est, judices, qui C. Rabirium,[a] quod suæ fortunæ,[1] fundatas præsertim, atque op-

NOTÆ

[a] *Qui C. Rabirium*] Rabirius ille patrem habuit C. Curionem, equitem Romanum, et publicanum; sed adoptatus a C. Rabirio, equite quoque Romano, avunculo suo, in familiam ejus transiit, et nomen accepit. Postu-

Digitized by Google

time constitutas, opes, potestati regiæ libidinique commiserit,[a][b] reprehendendum putet; ascribat[b] ad judicium suum, non modo meam, sed hujus etiam ipsius, qui commisit, sententiam; neque enim[2] cuiquam ejus consilium vehementius, quam ipsi, displicet. Quanquam hoc plerumque facimus,[3] ut consilia eventis ponderemus, et, cui bene quid processerit, multum illum providisse, cui secus,[c] nihil sensisse dicamus. Si extitisset in rege fides, nihil sapientius Postumo; quia fefellit rex, nihil hoc amentius dicitur; ut jam nihil esse videatur, nisi divinare,[c] sapientis.[4] 2. Sed tamen, si quis est, judices, qui illam Postumi sive inanem spem,[d] sive inconsultam rationem, sive (gravissimo[5] verbo utar) temeritatem, vituperandam putet, ego ejus opinioni non repugno: illud tamen deprecor, ut, cum ab ipsa fortuna crudelissime videat hujus consilia esse mulctata,[d] ne quid ad eas ruinas,[e] quibus hic oppressus est, addendum acerbitatis putet. Satis est, homines imprudentia lapsos non erigere; urgere vero jacentes, aut præcipitantes[6] impellere, certe est inhumanum; præsertim, judi-

[a] *Dederit servandas.* [b] *Addat.* [c] *Male.* [d] *Punita.* [e] *Calamitates.*

Cap. i. 1 Cod. χ *tuas fortunas.* Muretus Var. Lectt. xvii. 5. e duobus codd. legit, *suas fortunas . . . constitutas potestati.* Ernesti conj. *suæ fortunæ fundatæ . . . constitutæ opes, &c.*—2 Franc. *nec enim.*—3 C S T *facinus.* Mox, *quid* deest in Franc. *illum prævidisse* H. *illum vidisse* margo ed. 1584. *sensisse* deest in T, pro qua voce Lamb. conj. *vidisse.*—4 Ernesti conj. *ut jam nihil esse videatur sapientis nisi divinare.*—5 C H S T χ ψ, et edd. ante Grut. *ut gravissimo.* Mox, codex unus Oxon. *non repugnabo.* Deinde, *ejus consilia* H S.—6 Franc. *aut periclitantes;* C H S *jacentis aut præcipitantis.* Mox, *hoc genere et hom.* ψ. *hoc* omittit Schutz. Tum, *uti, qua in familia laus aliqua* Ven. 1483. Junt. Naug. Steph. Lamb. Grut. Græv. Orell. al. ante Ernesti; *ut si qua in f. aliqua laus* Bipont. et Weisk. *forte flaverit* C. *qui sint* C H S T ψ, Junt. *qui sitit* S χ. *ejus stirpis* Ven. 1483. Junt. aliæ edd. ante Ernesti.

NOTÆ

mus autem dictus est, quod mortuo patre natus est.

[b] *Potestati regiæ commiserit*] Intelligit Ptolemæum, regem Alexandrinum.

[c] *Nisi divinare*] Id est, nihil pertinet ad sapientem, nisi divinare; qui enim non divinat, sapiens non videtur; quod Postumo contigit, qui res futuras non divinavit.

[d] *Inanem spem*] Rabirii spes inanis fuit, quia sperabat, si regem pecunia adjuvisset, fore ut in regnum restitutus, veterem sibi debitam pecuniam persolveret.

Digitized by Google

ces, cum sit hoc generi hominum prope natura datum, uti, quæ in familia aliqua laus forte floruerit, hanc fere, qui sunt ejusdem stirpis,[ſ] [quod sermo hominum ad memoriam prodendam patrum virtute celebretur,] [p. 123.] cupidissime persequantur;[e] siquidem non modo in gloria rei militaris Paulum[f] Scipio,[g] aut Maximum[h] filius,[7] sed etiam in devotione vitæ, et in ipso genere mortis, imitatus est P. Decium[i] filius. Sint igitur similia, judices, parva magnis. II. 3. Fuit enim,[1] pueris nobis, hujus pater C. Curius, princeps ordinis equestris,[k] fortissimus et maximus publicanus;[l] cujus in negotiis gerendis magnitudinem animi non tam homines probassent, nisi in eodem benignitas[a] incredibilis fuisset; ut in augenda re non avaritiæ prædam, sed instrumentum bonitati[m] quærere videretur. 4. Hoc ille natus,[n] quamvis patrem suum[2] nunquam viderat, tamen et,

[ſ] *Progeniei.* [a] *Liberalitas.*

Deinde, *quod sermo hominum ad memoriam patrum virtute celebretur* Ven. 1483. Junt. Hervag. Naug. Steph. Græv. *quod sermone hominum ad memoriam prodendam patrum virtus celebretur* Lamb. *quod sermone hom. ad memoriam patrum virtus celebretur* de Ferrarii conjectura Lall. Oliv. *quod sermone hominum ac memoria patrum virtus celebretur* Orell. et sic Schutz. nisi quod hic *et memoria.* —7 C H S T χ ψ *filium.*

CAP. II. 1 *Sufficit enim* C S T. Mox, *C. Curtius* Turneb. et Lamb. Tum, *equestris fortissimus, et max.* Orell. *optimus ex max.* conj. Ernesti; *florentissimus et max.* Hotom. Paulo post, *non tantum homines* conj. Ernesti; *non tam in eos* C S χ. *non tam in homines eos* H ψ. *homines* omittit Franc.—2 Codd.

NOTÆ

[e] *Persequantur*] Id est, virtutem majorum suorum imitentur.

[f] *Paulum*] Paulus Æmilius videtur significari, qui Persem, Macedoniæ regem, superavit.

[g] *Scipio*] Scipionem illum ex Papiria, Mnasonis viri consularis filia, suscepit; qui Scipio, ab Africani Majoris filio adoptatus, ab eversa Carthagine ipse Africanus dictus est.

[h] *Maximum*] Patrem habuit Æmilium Maximus ille Fabius, qui Cunctator dictus est, et Hannibalis impetus sua patientia superavit.

[i] *P. Decium*] De eo dictum est in Orat. pro Sextio, § 48.

[k] *Princeps ordinis equestris*] Princeps ordinis equestris is dicebatur, quem censores primo loco scripserant in equitum tabulis.

[l] *Publicanus*] De publicanis dictum est fuse in Orat. pro Lege Man.

[m] *Instrumentum bonitati*] Id est, facultatem liberalitatis exercendæ; quasi pecuniam tantum quæsivisset, ut ea uteretur ad benefaciendum.

[n] *Ille natus*] Natus est patre C. Curio Rabirius hic, qui Postumus

natura ipsa duce, quæ plurimum valet, et assiduis domesticorum sermonibus,[b] in paternæ vitæ similitudinem deductus est; multa gessit; multa contraxit; magnas partes habuit publicorum;[3 o] credidit populis;[p] in pluribus provinciis ejus versata res est; dedit se etiam regibus; huic ipsi Alexandrino[q] grandem jam antea pecuniam credidit; nec interea locupletare amicos unquam suos destitit, mittere in negotium, dare partes, re[4] augere, fide sustentare;[d] quid multa? cum magnitudine animi, tum liberalitate, vitam patris et consuetudinem expresserat. Pulsus interea regno[r] Ptolemæus, dolosis consiliis[s] (ut dixit Sibylla,[5 t] sensit[e] Postumus,) Romam venit; huic egenti et roganti hic infelix pecuniam credidit; nec tum primum; nam regnanti crediderat absens; nec temere se credere putabat, quod erat nemini dubium, quin is in regnum restitueretur a senatu populoque Romano. 5. In dando autem et credendo processit longius: nec suam solum pecuniam cre-

[b] *Familiarium adhortationibus.*
[d] *Obire societatis negotia, deponere pecuniam, interponere fidem pro illis.*
[e] *Expertus est.*

aliquot omittunt *suum*. Statim, *viderit* H. *tamen ei natura* C H S T χ. Mox, pro *vitæ*, quod de Hotom. conj. receperunt Ernesti, Schutz. et Weisk. *culpæ* servant codd. et reliquæ edd. *curæ* conj. Manut.—3 Ita codd. aliquot, Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. seqq. *publicanorum* edd. vett.—4 C H S T χ ψ, et edd. ante Lamb. omittunt *re*. Mox, *tum magnitudine* Schutz.—5 Cod. ψ *dia Sybulla*. Actutum, *postquam sensit* T. Tum, *ei agenti* Lamb. Paulo

NOTÆ

dictus est, quod post mortem patris in lucem venerit.

[o] *Magnas partes habuit publicorum* [*publicanorum*] Id est, sustinuit ea onera quæ maxima sustinere solent publicani, qui omnium potentissimi sunt.

[p] *Credidit populis*] Id est, pecunias multas populis externis credidit.

[q] *Alexandrino*] Alexandrinus rex ille dictus est, ab Alexandria urbe Ægypti primaria, quæ ab Alexandro condita est, in qua Ægyptii reges ut plurimum habitabant.

[r] *Pulsus interea regno*] Ptolemæus cum regno pulsus esset, Romam venit, ubi populos accusavit, quod regno eum expulissent.

[s] *Dolosis consiliis*] Grandem pecuniam, tum suam, tum mutuo acceptam, Romanis quibusdam elargitus est, ut regnum sibi confirmaret, et populi Rom. socius haberetur.

[t] *Ut dixit Sibylla*] Scriptum fuit in libris Sibyllinis, ne rex Ægyptius cum multitudine reduceretur.

Digitized by Google

didit, sed etiam amicorum; stulte; quis negat? aut quis jam non admonet?[f] [6] quod male cecidit, bene consultum putares? Sed[7] est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi usque ad extremum. III. Supplex erat rex; multa rogabat;[1] omnia pollicebatur; ut jam metuere Postumus cogeretur, ne, quod crediderat, perderet, si credendi constituisset modum.[h] Nihil autem erat illo blandius, nihil hoc benignius; ut magis pœniteret cœpisse, quam liceret desistere.

6. Hinc primum[2] exoritur[a] crimen illud; senatum corruptum esse dicunt. O Dii immortales! hæc est illa exoptata judiciorum severitas?[b] corruptores nostri[c] causam dicunt; nos, qui corrupti sumus, non dicimus. Quid ergo?[3] senatum defendam hoc loco, judices? omni equidem loco debeo; ita de me est meritus ille ordo. Sed id nec agitur hoc tempore, nec cum Postumi causa res ista conjuncta est. Quanquam ad sumtum itineris,[d] ad illam magnificentiam apparatus, comitatumque regium, suppeditata pecunia

[f] *Reprehendit.* [h] *Si cessaret credere.*

post, *nam jam regnanti* de Ernesti conj. Schutz.—6 C *jam admonet;* H *jam a modo id;* S T χ ψ *jam admovet.* Actutum, *quo male* C H T. unde Orell. conj. *quoi.* Statim, *bene c. putaret* C T. *bene c. putes* conj. Ernesti; *bene ne c. putares,* sine interrog. suspic. Kidd. in Dawesii Misc. Crit. p. 590. *quod male cecidit: si bene, bene c. putares* de Augustini conj. edidit Lall.—7 Ita de Patricii conj. Ernesti, Schutz. Weiske, Orell. *Id* Ven. 1483. Naug. Lamb. Græv. Grut. al. *spem magnam* C H S T χ ψ. *non assequi* C.

CAP. III. 1 C H S χ ψ, Ven. 1483. *rogarat.* Mox, *pollicebantur* C. Paulo post, *destituisset modum* C H S χ. *erat in illo* ψ. Tum, *ut m. p. cœpisset* in eodem cod. *desistere liceret* Junt.—2 *Hic primum* Lamb. in marg. ed. 1584.—3 Ita e codd. Grut. et seqq. *Quid ego* C S χ, et edd. vett. Mox, *meritus est*

NOTÆ

[a] *Hinc primum exoritur*] Incipit ab exclamatione, et criminis remotione; nempe pecunia corruptum senatum esse a Rabirio, quod objiciebant accusatores.

[b] *Judiciorum severitas*] Hoc tempore senatores cum equitibus lege Aurelia judicabant.

[c] *Corruptores nostri*] Qui corruperunt senatum, in judicio respondent: nam causam dicere, idem est, ac in judicio pro se, vel pro alio respondere.

[d] *Ad sumtum itineris*] Cum videret ille Ptolemæus non reduci se cum exercitu in regnum suum, pecuniam accepit a Rabirio ad sumtum sui itineris.

Digitized by Google

a Postumo est, factæque syngraphæ[e] sunt in Albano Cn. Pompeii,[f] cum ille[4][g] Roma profectus esset; tamen non debuit is, qui dabat, quo ille, qui accipiebat, consumeret,[*] quærere; non enim latroni, sed regi credidit: nec regi inimico populi Romani; sed ei, cujus reditum consuli[h] datum a senatu[5] videbat: nec ei regi, qui alienus ab hoc imperio esset, sed ei, quicum fœdus feriri[6] in Capitolio[i] viderat. 7. Quodsi creditor[7][k] in culpa sit, non qui est improbe credita pecunia usus; damnetur is,[l] qui fabricatus gladium est, et vendidit, non is, qui illo gladio civem aliquem interemit. Quamobrem neque tu, C. Memmi,[m] hoc facere

[*] *Impenderet.*

Junt. Lamb. Pro *res ista* Junt. *hæc res.*—4 Hotom. conj. *cum illo*; C H S T habent *quo ille*. Tum, *Romam* χ. *tametsi non, &c.* Lamb. Pro *consumeret* Turneb. suspic. *sumeret.*—5 C *consul tum datum senatum*; H *consulto datum senatus*; S T, et Ven. 1483. *consultum datum senatum*; codd. Mureti *consilicum datum a senatu*; unde is conj. *consuli commendatum*. Voc. *datum* suspectum est Orell. pro quo *mandatum* Lamb. in ed. 1566. et Schutz.—6 H S χ ψ, Franc. Rom. Ven. 1483. *ferire*; C et Grut. *fieri*; T *ferre.*—7 *Quod si creditoris* C H S. *cretoris* T. *in culpa non sit* C H S T χ ψ. *non* et *est* omittunt C H S T χ. *est* omittunt edd. ante Lamb. *non is qui improbe* habet Franc.—

NOTÆ

[e] *Factæque syngraphæ*] Syngraphæ scripturæ sunt, vel schedulæ, quæ fiunt propria manu eorum, qui paciscuntur in alicujus rei fidem.

[f] *Albano Cn. Pompeii*] Albanum fuit villæ nomen prope Albam, ubi Pompeius domum habuit.

[g] *Cum ille*] Ptolemæus.

[h] *Reditum consuli*] Factum est senatusconsultum, consule referente Lentulo, ut sortirentur consules, uter eorum reduceret Ptolemæum. Huic eidem Lentulo obtigit, cui Cilicia provincia contigerat, ut eum reduceret.

[i] *Fœdus feriri in Capitolio*] Fiebant in Capitolio fœdera. Nam in vertice Capitolini collis, Jovis Feretrii templum fuit, unde sceptrum sumebant, per quod in fœdere faciendo jurabant, et lapidem silicem, quo fœdus ferirent. Ita Festus.

[k] *Creditor*] Hæc vox tam active, quam passive sumitur. Hic active.

[l] *Damnetur is*] Allegoria, qua per fabricatorem, et venditorem gladii, videtur intelligere Postumum: per eum vero, qui civem gladio interemit, Ptolemæum.

[m] *Neque tu, C. Memmi*] Memmius tribunus plebis erat, qui Gabinium repetundarum accusavit lege Julia; et quia persolvere summam non poterat, qua condemnatus erat, ejus autem pecuniæ pars aliqua ad Rabirium pervenisse putabatur, ab eodem Memmio Rabirius accusatus est, ut saltem ab eo aliquid ex bonis haberet, quod ex Gabinii bonis habere non poterat.

Digitized by Google

debes, ut senatum, cujus auctoritáti te ab adolescentia dedisti, in tanta infamia versari velis, neque ego id,[8] quod non agitur, defendere. Postumi enim causa, quæcumque est, sejuncta a senatu est. 8. Quodsi item a Gabinio sejunctam ostendèro, certe quod dicas, nihil habebis.

IV. Est enim hæc causa, 'Quo[b] ea pecunia pervenerit,' quasi quædam appendicula causæ[n] judicatæ atque damnatæ.[1] [*p.* 124.] Sunt lites[2] æstimatæ[o] A. Gabinio: nec prædes dati,[p] nec ex ejus bonis,[q] quanta summa litium fuisset, a populo recepta. Lex æqua est. Jubet [lex Julia] persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, pervenerit. Si est hoc novum in lege Julia, sicuti multa sunt severius[3] scripta quam in antiquis legibus, et sanctius judicata; sane etiam consuetudo hujus generis judiciorum nova. 9. Sin hoc totidem verbis translatum caput est, quod[4] fuit non modo in Cornelia,[r] sed

[b] *Ad quem.*

8 C H S T χ *neque id.* Mox, *non* deest in T.

Cap. iv. 1 Cod. χ *condemnatæ.*—2 *Sunt leges* H. Mox, *nec ab eo prædes* Lamb. Pro *recepta*, quod ex Hotom. conj. primus dedit Lamb. *recepi* exhibent Hervag. Naug. Steph. Grut. Græv. quocum Behotius jungit *lex æqua est.* Lall. cum Turneb. dedit *populus recepit. Lex*, &c. Ven. 1483. Junt. *nec ex bonis populi servari lex æqua est;* C H S T χ ψ *nec ex bonis populis servari lex*, &c. Lamb. *Lex ecqua est?* Mox, *lex Julia* delevit Schutz.—3 C H S ψ *serius;* χ *servis.* Mox, *et sanctius*, *inducatur sane* duo codd. Regii, Franc. Græv. Lall. Schutz. *judicatur* C H S T. *judicatus* χ. *inducta* ψ. *vindicata* conj. Ernesti. *etiam cum cons.* C H S ψ, Ven. 1483. Cam. *nova sit* H T. *nova sint* S χ ψ.—4 Hervag. Camer. Lamb. Weisk. Orell. *quot.* Pro *agimus*

NOTÆ

[n] *Appendicula causæ*] Appendicula diminutivum est ab appendice: quasi parva res, quæ ab altera dependet.

[o] *Sunt lites æstimatæ*] Postquam aliquis de repetundis damnatus erat, certam a reo pecuniam exigebant, quæ sociis expilatis restituebatur. Unde lis æstimata dicitur ea pecunia, de qua lis, et controversia facta est.

[p] *Nec prædes dati*] Prædes sponsores sunt, qui pro altero fidem suam obligant.

[q] *Nec ex ejus bonis*] Sententia hæc, valde implicata, sic videtur reddi posse: Neque ex ejus bonis summa hæc colligi potest, quæ recuperari a populo debuit. Plerique Ciceronis interpretes sic locum illum emendant, *A populo recepta est: at nec ex Postumi bonis servari legem æquum est.*

[r] *In Cornelia*] Lex lata est a Cornelio Sulla; nam a nomine suæ familiæ leges appellabant. Lex vero

Digitized by Google

etiam ante in lege Servilia; per Deos immortales! quid agimus, judices? aut quem hunc morem novorum judiciorum in rempublicam inducimus? Erat enim hæc consuetudo[s] nota vobis quidem omnibus, sed, si usus magister est optimus, mihi debet esse notissima.[5] Accusavi de pecuniis repetundis;[t] judex sedi; prætor quæsivi;[u] defendi plurimos; nulla pars, quæ aliquam facultatem dicendi[6 x] afferre posset, non mea fuit. Ita contendo; neminem unquam, 'Quo ea pecunia pervenisset,' causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset; in litibus autem[7] nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, aut tabulis privatorum,[y] aut rationibus civitatum.[z] 10. Itaque in inferendis[8] litibus[a] adesse solebant, qui aliquid de se verebantur:[c] et, cum erant appellati, si videbatur, statim contradicere[b]

[c] *Timebant sibi.*

Nang. habet *agitur*. Mox, *aut quem habent morem* C H S χ.—5 Ita Crat. et seqq. *notissimus* C S T χ ψ, Ven. 1483. Junt.—6 Lamb. Lall. Schutz. *discendi*, de Hotom. conj. Mox, *non* omittunt C H S T χ ψ. Paulo post, pro *qui in* C H S T exhibent *quis*; χ *quin*.—7 Lamb. *in litibus autem æstimandis*; C H S T χ *in limitibus autem*.—8 *Itaque inferendis* H S T χ. *inferendis* delevit Lamb. et suspic. *æstimandis*. Actutum, *limitibus* T. *de se ferebantur* idem cod.

NOTÆ

Servilio Servilia a Glaucia lata est.

[s] *Erat enim hæc consuetudo*] Vult ostendere causam Rabirii a causa Gabinii separatam esse; agitur enim contra consuetudinem, si contra Rabirium agatur, quia in causa Gabinii non fuit nominatus.

[t] *Accusavi de pecuniis repetundis*] Cicero Verrem accusavit.

[u] *Prætor quæsivi*] Quærere ad prætorem pertinet, qui causæ quæsitor est.

[x] *Facultatem dicendi* [*discendi*] Indicat Cicero se consuetudinem, et usum rerum omnium habere, quæ ad legem Juliam pertinent; cum omnia munera obierit, in quibus haberi ejus perfecta cognitio potest.

[y] *Tabulis privatorum*] Privati homines tabulas habebant, in quibus solebant præscribere, quæ singulis diebus expendissent, quæ 'expensi tabulæ' dicebantur.

[z] *Rationibus civitatum*] Rationes civitatum dicuntur pecuniæ, quæ ab ipsis expensæ fuerant, quæque ad ærarium referebantur. Illæ autem in judicio recitabantur; ut ex iis constaret, quam quisque contra leges pecuniam accepisset.

[a] *In inferendis litibus*] Id est, in subducendis rationibus litium, sive in accusandis aliis repetundarum.

[b] *Contradicere*] Contradicitur vel negando factum, vel recte factum esse probando.

Digitized by Google

solebant; sin ejus temporis recentem invidiam[d] pertimuerant, respondebant postea; quod cum fecissent, permulti sæpe vicerunt. V. Hoc vero novum est, ante hoc tempus omnino inauditum: in litibus,[c] Postumi nomen est nusquam; in litibus dico? modo vos iidem[1] in A. Gabinium judices sedistis: num quis testis Postumum appellavit? testis autem? num accusator? num denique toto illo judicio[2] Postumi nomen audistis? 11. Non igitur reus, ex ea causa, quæ judicata est, redundat[e] Postumus; sed est arreptus unus eques[d] Romanus de pecuniis repetundis reus; quibus tabulis? quæ in judicio A. Gabinii[3] recitatæ non sunt; quo teste? a quo tum appellatus nusquam est; qua appellatione[4] litium? in qua Postumi mentio facta nulla est; qua lege? qua non tenetur.

Hic jam, judices, vestri consilii res est, vestræ sapientiæ. Quid deceat vos, non, quantum liceat vobis, spectare debetis: si enim, quid liceat, quæritis; potestis tollere e civitate, quem vultis. Tabella est,[e] quæ dat potestatem, occultat eadem libidinem;[f] cujus conscientiam,[f] nihil est quod quisquam[5] timeat, si non pertimescat suam. 12. Ubi est igitur sapientia judicis? In hoc, ut non solum, quid possit, sed etiam[6] quid debeat, ponderet; nec, quantum

[d] *Infamiam.* [e] *Factus est.* [f] *Malam voluntatem.*

CAP. V. 1 Ernesti *iisdem* de errore typogr.—2 C H S T, Venet. Junt. Lamb. Orell. *toto illo in judicio.*—3 Ita ex codd. Lamb. Græv. Orell. *a Gabinio* C H S T χ, edd. ante Lamb. et Grut. Mox, pro *quo teste* C H S χ ψ habent *quod iste;* T *quid iste.*—4 Ita Junt. et al. ante Lamb. *qua illatione* Lamb. et Schutz. *quam appellationem* C H S T χ. unde Orell. emend. *quam per lationem.*—5 Ita Franc. alii codd. Lamb. Græv. seqq. *conscientia . . . quisquam* edd. ante Lamb. item Weisk. *conscientia . . . quicquam* Venet. 1483. Grut.—6 Lamb. *sed et.* Mox, *penderet* χ. Paulo post, *commissum est* Junt.

NOTÆ

[c] *In litibus*] In litibus quæ Gabinio illatæ sunt, nusquam Rabirii nomen inventum est.

[d] *Unus eques*] Rabirius.

[e] *Tabella est*] Tres judicibus tabulæ dabantur; quarum in una litera A inscripta erat, quæ absolutionem significabat; in altera, C, condemnationem; in tertia, N et L, id est, non liquet, quia res dubia videbatur.

[f] *Cujus conscientiam*] Sensus est: Nihil est quod quisquam vereatur, ne tabula conscia, et testis suæ libidinis esse possit.

Digitized by Google

sibi permissum, meminerit solum, sed etiam, quatenus commissum sit. Datur tibi tabella judicii; qua lege? Julia de pecuniis repetundis; quo de reo? de equite Romano. At iste ordo lege ea non tenetur. Illo, inquit, capite,[g] quod erat in Postumum, quod in Gabinium judex esses,[8] nihil Gabinio datum, cum in eum lites æstimarentur.[7] At nunc audio. Reus igitur Postumus est ea lege, qua non modo ipse, sed totus etiam ordo solutus ac liber est. VI. 13. Hic ego nunc non vos prius implorabo,[1] equites Romani, quorum jus judicio tentatur,[a] quam vos senatores,[h] quorum agitur[c] fides in hunc ordinem; quæ quidem cum sæpe[2] ante, tum in hac ipsa causa nuper est cognita: nam cum, optimo et præstantissimo consule Cn. Pompeio de hac ipsa[i] quæstione referente, existerent nonnullæ, sed perpaucæ[3] tamen acerbæ[d] sententiæ, quæ censerent, ut tribuni,[k] ut præfecti,[l] ut scribæ,[m] ut comites omnes magis-

[g] *Illa sententia.* [a] *Oppugnatur.* [c] *Periclitatur.* [d] *Iniquæ.*

—7 'Locus corruptus. Ita Ven. 1483. Crat. (nisi quod *æstimaret*) Naug. Steph. Lamb. Græv. *Illo, inquit, capite in Postumum, quod erat in Gabinium, judex sedes, nihil Gabinio datum, cum in eum lites æstimaret* Junt. *dato* quinque codd. Oxon. *capite, quod in posterum ... nihil Rabirio datum, nihil que ei l. æstimarentur* codd. Mureti, unde is suspic. *cum in Gabinium judex esses, nihil de Rabirio auditum; nihil cum ei lites æstimarentur.* Græv. suspic. *Illo, inquit, capite quo pecunia pervenerit, quod erat in Postumum. Cum in Gabinium judex essem, nihil Gabinio datum, cum lites æstimarem.* Recepit Lall. *Illo, inquit, capite, quo ea pecunia pervenerit, quod erat in Postumum. Cum in Gabinium judex esses, nihil de Rabirio auditum, nihil cum lites æstimarentur* Schutz. Ut formula *quo ... pervenerit* inseratur necesse non videtur.' *Orell.* *capiti* C S χ. *erat in Postumium* ψ. *erat impositum* C. *æstimarent* C T. *extimaret* H S. *æstimaret* ψ.

CAP. VI. 1 Cod. χ *implebo*; Franc. *non vos nunc prius imploro.* Mox, *in judicio* idem cod.—2 S *tum sæpe.*—3 Lamb. *paucæ.* Mox, *quæ qui censerent*

NOTÆ

[g] *Quod in Gabinium judex esses*] Id est, quid? cum in Gabinium judex esses, nihil a Gabinio dictum, cum in eum lites æstimarentur.

[h] *Equites Rom. ... senatores*] Tum judicabant senatores et equites.

[i] *Consule de hac ipsa*] Referre ad senatum consul dicebatur, cum rem aliquam senatoribus decernendam proponebat.

[k] *Ut tribuni*] Militares videlicet. De iis dictum est.

[l] *Ut præfecti*] Præfecti varii fuerunt: alii legionis, qui proprie judicabant, et qui, absentibus legatis, tanquam ipsorum vicarii potestatem

Digitized by Google

tratuum,[n] lege hac tenerentur; [*p.* 125.] vos, vos, inquam, ipsi et senatus frequens restitit; et quanquam tum, propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen, cum odium non restingueretis, huic ordini ignem novum subjici non sivistis. 14. Hoc animo igitur senatus. Quid? vos, equites Romani, quid tandem estis acturi? Glaucia[o] solebat, homo impurus, sed tamen acutus, populum monere, ut, cum lex aliqua recitaretur,[p] primum versum attenderet; si esset 'dictator, consul, prætor, magister equitum,'[q] ne laboraret; sciret[4] nihil ad se pertinere; sin autem, 'quicumque post hanc legem,' videret, ne qua nova quæstione alligaretur. 15. Nunc vos, equites Romani, videte: scitis, me ortum e vobis;[5] omnia semper sensisse pro vobis: nihil horum sine magna cura et summa caritate vestri ordinis loquor. Alius alios homines et ordines; ego vos semper complexus sum. Moneo et prædico; integra re causaque denuntio; omnes homines, Deosque testor; dum potestis, dum licet, providete, ne duriorem vobis conditionem statuatis, ordinique vestro, quam ferre possit. Serpet hoc[6] malum (mihi credite) longius, quam

C S χ ψ.—4 C H S χ ψ *scire.* Mox, *sin esset quicumque*, *&c.* C H S T χ, Ven. 1480. Junt. 'Non male.' *Orell.* Paulo post, *nova lege quæstione* T.—5 Cod. χ *ortum enim vobis.* Idem cod. paulo post, *loquar.*—6 Idem cod. *possit semper hoc.*

NOTÆ

maximam retinebant; alii castrorum, ad quos castrorum positio, valli et fossæ destinatio pertinebat; alii annonæ, qui curabant annonam, et ut equi, et vestes semper militibus paratæ essent.

[m] *Scribæ*] De iis dictum est in Pis. § 88. et Ver. v.

[n] *Comites magistratuum*] Legati et scribæ, qui mittebantur cum imperatoribus, tunc comites dicebantur.

[o] *Glaucia*] Serviiio Glaucia prætore usus est Saturninus in seditione, ob quam in curia a Mario consule interfectus est cum omnibus conjuratis.

[p] *Cum lex aliqua recitaretur*] Per tribunum lex promulgabatur, ut, qui vellent, intercederent; si nemo, ad populum ferebatur.

[q] *Magister equitum*] Magister equitum dicebatur, ut ait Varro, quod summa potestas hujus in equites esset, ut summa in populum Romanum dictatoris. Is autem, ut ex hoc Ciceronis loco patet, jus rogandi populum leges habuit.

Digitized by Google

putatis. VII. 16. Potentissimo et nobilissimo tribuno plebis, M. Druso,[r] unam in equestrem ordinem quæstionem[l] ferenti, 'si quis[s] ob rem judicatam[1] pecuniam cepisset;' aperte equites Romani restiterunt. Quid? hoc licere volebant?[2] minime; neque solum hoc genus pecuniæ capiendæ turpe, sed etiam nefarium arbitrabantur: attamen ita disputabant, eos teneri legibus oportere, qui suo judicio essent illam conditionem vitæ secuti. 'Delectat[3] amplissimus civitatis gradus,[t] sella curulis,[u] fasces,[x] imperia,[y] provinciæ,[z] sacerdotia,[a] triumphi,[b] denique imago ipsa,[c] ad

[l] *Legem.*

CAP. VII. 1 Lamb. de Patricii conjectura *judicandum.*—2 C H S χ *volebatis.* Mox, *sed et nefarium* Lamb. *sed etiam nefarium esse* ψ, Junt. Actutum, *arbitrabantur esse: ac tamen* C H S. *ista disputabant* T.—3 Schutz. de Patricii

NOTÆ

[r] *M. Druso*] M. Livius Drusus vir potentissimus, tribunus plebis factus est non ita multis annis post Saturninum. Cum autem judicandi potestas ad equestrem ordinem lege Gracchi translata fuisset, eam restituere senatui ita conatus est, ut æqua parte tum equites, tum senatores judicarent. Huic cum senatus adversatus esset, Italos, et socios statuit donare civitate; verum redeuntem e foro in limine domus suæ multitudo eum interfecit.

[s] *Si quis*] Intelligit aliquem ex equestri ordine. Hoc autem interest inter legem Drusi, et legem Juliam repetundarum, quod hæc latius patet, quam illa. Nam illa ob rem judicatam solum, et non contra omnes magistratus lata erat; hæc vero contra omnes magistratus, et ob rem etiam non judicatam.

[t] *Delectat amplissimus civitatis gradus*] Comparat cum equestri senatorum ordinem, qui amplissimus dictus est, quia omnium honorum genera complectebatur.

[u] *Sella curulis*] Per sellam curulem significat majores illos magistratus, vel eos, qui, illis magistratibus functi, honoris gratia, curru, in quo sella erat super quam considebant, in curiam vehebantur.

[x] *Fasces*] Per fasces designat consulatum; quia consulem duodecim fasces, et totidem lictores præibant, proconsulem vero sex.

[y] *Imperia*] Imperia habere magistratus dicuntur, qui et coërcere aliquem possunt, et jubere in carcerem duci: quales sunt consules, præfecti, prætores, proconsules: minores autem magistratus dicuntur, qui nec imperium, nec potestatem habent.

[z] *Provinciæ*] Provinciæ dicebantur regiones extra Italiam, quæ populi Rom. imperio parebant, et ad quas administrandas magistratus cum imperio, ac potestate mittebantur, qui in iis jus dicerent.

[a] *Sacerdotia*] Sacerdotia vulgo senatoribus deferebantur, potius ob dignitatem ordinis, quam equitibus, quibus tamen aliquando delata fuisse legimus, ut Lentuli filio, qui Ciceronem ab exilio revocavit.

Digitized by Google

posteritatis memoriam prodita. 17. Est simul etiam solicitudo aliqua,[d] et legum et judiciorum major[4] quidam metus;[e] nos ista nunquam contemsimus;'[f] ita enim disputabant: 'sed hanc vitam quietam atque otiosam secuti sumus; quæ quoniam honore caret, careat etiam molestia.' Tam es[5] tu judex, quam ego senator. 'Ita est; sed tu istud petiisti,[g] ego hoc cogor.[h] Quare aut judici mihi non esse liceat, aut legem lege senatoria[i] non timere.'[6] 18. Hoc vos, equites[7] Romani, jus a patribus acceptum[k] amittetis? moneo, ne faciatis: rapientur homines in hæc judicia ex omni non modo invidia,[l] sed sermone malevolorum, nisi cavetis. Si jam vobis nuntiaretur, in senatu sententias dici, ut his legibus teneremini,[*] concurrendum ad curiam[m] puta-

[*] *Subjaceretis.*

conjectura *te delectat.*—4 C H S T χ *majorum.* Statim, *unquam contemsimus* χ.—5 *Tamen es* S χ. *Eadem tamen es* H. *qua ego* C H S. *quia ego* χ.—6 Ita Junt. et seqq. *aut lege senatoria non timere* Venet. *aut legem senatoriam non timere* conj. Augustin. *aut lege senatoria non teneri* suspic. Patric. *aut quæstio-*

NOTÆ

[b] *Triumphi*] Non triumphabant nisi senatores illi, qui a populo imperium acceperant.

[c] *Imago ipsa*] Servabantur in familiis eorum imagines, qui de rep. bene meriti fuerant, aut honores gesserant. Servatæ autem hæ in atriis domus in funebri pompa præferebantur.

[d] *Est etiam solicitudo aliqua*] Id est, in istis honoribus et ornamentis est etiam solicitudo aliqua et molestia propter majora judiciorum pericula.

[e] *Major quidam metus*] Timere etiam poterant equites, ne vocarentur in judicium, sed non tantum, quantum senatores, quia non tot honoribus defungebantur.

[f] *Nos ista nunquam contemsimus*] Id est, nos equites nunquam ordinem senatorium, qui tot honoribus illustris est, contemsimus, sed iis quietam vitam prætulimus.

[g] *Tu istud petiisti*] Respondet eques senatori, illique ait, quod munus senatorium petierit, ideoque sibi judicandi onus imposuerit.

[h] *Ego hoc cogor*] Eques lege Aurelia judicandi onus assumere cogebatur.

[i] *Legem lege senatoria*] Legem Juliam intelligit: legem vero senatoriam senatus consultum appellat, quo solutus ordo equestris lege Julia fuerat.

[k] *Jus a patribus acceptum*] Lege de repetundis soluti erant equites.

[l] *Invidia*] Sumitur hic invidia pro invidiosa accusatione, et delatione in judicium recepta.

[m] *Ad curiam*] Locus ubi senatus habebatur, curia; quo vero populus conveniebat, rostra dicebantur.

Digitized by Google

retis; si lex ferretur,[8] convolaretis ad Rostra. Vos senatus liberos hac lege esse voluit: populus nunquam alligavit; soluti huc convenistis: ne constricti discedatis, cavete. 19. Nam, si Postumo fraudi fuerit,[m] qui nec tribunus, nec præfectus,[n] nec ex Italia comes, nec familiaris Gabinii fuit; quonam se modo[9] defendent posthac, qui vestri ordinis[o] cum magistratibus nostris fuerint his causis[p] implicati?

VIII. Tu, inquit, Gabinium, ut regem reduceret, impulisti. Non patitur mea me jam fides[1] de Gabinio gravius agere. Quem enim, ex tantis[2] inimicitiis[a] receptum in gratiam, summo studio defenderim,[a] hunc afflictum violare non debeo: quocum stante si me Cn. Pompeii auctoritas in gratiam non reduxisset, nunc jam ipsius fortuna reduceret. 20. Sed tamen, cum ita dicis, Postumi impulsu Gabinium profectum Alexandriam; si defensioni Gabinii fidem non habes, obliviscerisne etiam accusationis tuæ? Gabinius se id fecisse dicebat reipublicæ causa, quod classem Archelai[3][b] timeret, quod mare refertum fore præ-

[m] *Rabirius damnatus erit.* [a] *Post tantas inimicitias.*

nem lege senatoria non timere conj. Schutz.—7 *Hos equites* H χ.—8 C T *referetur*; H S χ ψ *referretur*. Actutum, *convoleretis* C. *convolaretur* ψ.—9 Franc. *quonam modo se*. H χ *defenderis*; S *defenderint*. Mox, *nostris fuerunt* H S T χ ψ.

Cap. VIII. 1 Ita Grut. tacite, et seqq. *patitur mea etiam fides* C H S χ ψ, Ven. 1483. Steph. *patitur etiam mea fides* Franc. Junt. Hervag. *patitur jam mea fides* Lamb.—2 *Quem enim exterritis* H S. Mox, pro *defenderim* C habet *defici*. *De te in*; S χ *defici*. *Defem*; H T ψ *defenderem*. Deinde, *quocum me stantem Cn. Pomp.* C H S ψ. *si me* desunt in T. *hunc jam* C H S T χ. Verba, *reduceret*. *Sed t. c. i. d. P. i. G. profectum*, desunt in χ. *impulsi* ψ.—3 C H S

NOTÆ

[n] *Nec tribunus, nec præfectus*] Ad hos omnes pervenire pars aliqua pecuniæ potuit: cujus repetundæ damnatus est Gabinius.

[o] *Vestri ordinis*] Equestris.

[p] *His causis*] Eos intelligit qui propter munerum tractationem assidue fuerunt cum magistratibus, qui possent repetundarum accusari.

[a] *Defenderim*] Licet Gabinius in consulatu suo Ciceronem expulisset in exilium, tamen eum rogatu Pompeii, reum repetundarum defendit. Val. Max. IV. 2.

[b] *Archelai*] Cum audivisset Archelaus, rex Ægypti, Ptolemæum senatus decreto a Lentulo reduci, exercitum comparavit. Ut hunc autem Arche-

Digitized by Google

donum putaret: lege etiam id sibi licuisse dicebat: tu inimicus negas. Ignosco; et eo magis, quod est contra illud[4] judicatum.[c] Redeo igitur ad crimen et accusationem tuam. 21. Quid vociferabare,[5] [d] [*p.* 126.] decem millia talentum[e] Gabinio esse promissa? Huic videlicet perblandus[b] [6] reperiendus fuit, qui hominem, ut tu vis, avarissimum exoraret,[c] sestertium bis millies et quadringenties ne magnopere contemneret. Gabinius illud,[7] quoquo consilio fecit, fecit certe suo: quæcumque mens illa fuit, Gabinii fuit: sive ille, ut ipse dicebat, gloriam; sive, ut tu vis, pecuniam quæsivit; quæsivit sibi.[8] Num Gabinii comes, vel sectator? negat: non enim ad Gabinii, cujus id negotium non erat, sed ad P. Lentuli, clarissimi viri, auctoritatem, a senatu profectam, et consilio certo, et spe non dubia, Romam[9] contenderat.

22. At diœcetes[10] fuit regius.[d] Et quidem in custo-

[b] *Gratiosus.* [c] *Flecteret precibus.* [d] *Procurator regis.*

χ ψ *marchilei;* T *m archilei.* Statim, *fore* omittunt Junt. Hervag.—4 Voc. *illud* suspectum Ernestio.—5 *Quid non ferebare* C. *Quid vociferabere* χ. *decem millia talenta* C H S T ψ.—6 Ita codd. fere omnes et edd. præter Schutz. *Huic igitur perblandus* χ. *Huic v. perblandus aliquis* conj. Lamb. *Hic v. perblandus* suspic. Weisk. *Huc v. persuasor blandus* Hotom. e cod. recepit Schutz. *Huic perblande recipiendus fuit* Franc. 'In quo vera lectio videtur latere. Cum 'recipere' et 'accipere' sexcenties confundantur, equidem mallim, *Huic v. perblande accipiendus fuit: qui* (quomodo) . . . . *contemneret?* vel, *ut hominem,*' &c. Orell. Mox, *et quadragies* Franc. *sed quadringenties magnopere* C H S T. Vide de h. l. Ferratium Epist. p. 384.—7 Cod. χ omittit *illud.* Mox, alterum *fecit* deest in H T.—8 Hic excidisse quædam censent plerique. *At profectus Alexandriam est Postumus* Hotom. *sibi non Gabinii* C S ψ. *sibi non Gabinii quæsivit* ψ. Actutum, *non enim ad* omittunt C H S T. *enim* omittit Franc.—9 *Roma* χ ψ, cod. unus Lallem. Hervag. Camer. Lall. Schutz. Orell. *contenderet* H S T.—10 *At Diogenes* C H S T χ ψ.—11 Franc. et T

NOTÆ

lnum Gabinius repelleret, eo Romanorum copias deduxit. Vide Strabonem lib. XVII.

[c] *Contra illud judicatum*] Gabinius condemnatus fuit.

[d] *Vociferabare*] Magnis clamoribus Gabinii crimen amplificabas.

[e] *Decem millia talentum*] De talento Attico loqui videtur, quod vulgo a Romanis usurpabatur. Porro illud sex millia denariorum antiquæ Romanæ monetæ, et nostræ librarum duo millia cum quadringentis continebat.

Digitized by Google

dia[e] etiam[11] fuit regia: et vita ejus ablata pæne est: multa præterea, quæ libido regis, quæ necessitas coëgit ferre, pertulit; quarum omnium rerum una reprehensio est, quod regnum intrarit, quod potestati[12] se regis commiserit: verum si quærimus, stulte: quid enim stultius, quam equitem Romanum, ex hac urbe, hujus, inquam, reipublicæ civem, quæ est una maxime, et fuit semper, libera, venire in eum locum, ubi parendum alteri et serviendum sit? IX. 23. Sed ego in hoc tamen[1] Postumo non ignoscam, homini mediocriter docto, quo videam sapientissimos homines esse lapsos? Virum unum totius Græciæ facile doctissimum, Platonem,[f] iniquitate Dionysii, Siciliæ tyranni,[2] cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus: Callisthenem,[g] doctum hominem,

[e] *Carcere.*

omittunt *etiam.* Mox, *vita ei ablata pæne est* codd. Mureti; *vita ei vi ablata pæne est* conj. Orell. *vita ejus oblata pænæ est* Wald. Crat. Hervag. Naug. Lamb. Grut. *vita ejus oblata pæne est* Weisk. *allata* H χ ψ. *oblata* C S. Paulo post, *coëgis perferre* C. *coëgit perferre* H T ψ, Junt. *coëgit proferre* χ. *quære omnium* ψ. *quæ omnium* C H S.—12 Cod. χ *potestati regi.* Actutum, *se* omittunt C H S T ψ. *qui enim* C H S. *quam equitate R.* C. *quam equitatem Romanum* H. *quam equitatem R.* S.

CAP. IX. 1 Ita cod. Hotom. Schutz. Orell. *tandem* alii codd. et edd. Mox, *in quo videam* Junt. Lamb. Schutz. Orell. *qui videam* codd. aliquot, Ven. 1483. Hervag. Naug. Græv. *quo viderim* H. *quo* omittunt alii.—2 C H T χ *et tyrannide.* Verba, *in maximis p. i. e. v. accepimus,* desunt in C S χ.

NOTÆ

[f] *Platonem*] Profectus est in Siciliam Plato: sed prima profectione non admodum se Dionysio credidit, neque in insidiis versatus est. Secunda profectione, cum de reditu cogitaret, in arce eum jussit habitare; prohibuitque ne quis hinc eum educeret: sed id fecit amore in eum singulari; et eum apud se retinendi desiderio, ut ipse Plato Epist. 7. testatur. Sed tertia profectione, de qua hic loquitur Cicero, in periculis et insidiis fuit, quod Dionysio suasisset tyrannidem abjicere. Hinc odio flagrans eum extra regiam inter milites vivere imperavit, ratus quod eum interficerent. Plut. in Dione.

[g] *Callisthenem*] Alexander Macedo Callisthenem philosophum habebat secum in exercitu, ut res ejus præclare gestas scriberet. Cum autem victor bello Persico adorari se vellet Alexander, et Callisthenes recusasset, truncatis membris, abscisisque manibus ac naso, cum cane in cavea inclusum circumferri eum jussit. Justinus lib. XV.

Digitized by Google

comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum: Demetrium,[h] et ex republica Athenis, quam optime digesserat,[f] [3] et ex doctrina nobilem, et clarum, qui Phalereus vocitatus est, in eodem isto Ægypti [4] regno, aspide[g] ad corpus admota, vita esse privatum. 24. Plane confiteor, fieri nihil posse dementius, quam scientem in eum locum venire, ubi libertatem sis perditurus: sed hujus [5] istius facti stultitiam,[a] major jam superior stultitia [b] defendit; quæ facit, ut hoc stultissimum facinus, quod in regnum venerit, quod regi se commiserit, sapienter factum esse videatur: siquidem non tam [6] semper stulti, quam sero sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire. 25. Quamobrem illud maneat et fixum sit, quod neque moveri neque mutari potest; in quo æqui[g] sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui, ipse etiam insanisse

[f] *Ordinaverat.* [g] *Boni.*

insidiis mediisque exhibet ψ.—3 Franc. *egesserat;* χ ψ *gesserat.* 'Locus corruptus. Hiat enim constructio in v. *Athenis;* quod animadvertens Lamb. conj. *Atheniensi,* probante Weisk. *quam optime digesserat* suspecta erant Ernestio. Gœrenz. locum ita constituit, *Demetrium et e republica Athenis, et ex doctrina nobilem.*' Orell.—4 Ven. 1480. Junt. *isto Ægyptio;* C H S χ *loco Ægyptio;* T *isto Phalerio.*—5 T et Wald. omittunt *hujus;* Weisk. conj. *hujus posterioris.* T omittit *stultitiam major jam superior.* C H S χ ψ, et Ven. 1483. habent *stult. mali jam jam;* Franc. *stult. mali jam;* Græv. conj. *major hac superior;* Ernesti suspic. *major etiam sup.* Paulo post, *facinus* suspectum est Ernestio. Deinde, *venit* . . . .*commisit* Franc.—6 Ita cod. Hotom. Oliv. Schutz. Orell. probante Græv. *tam non* Lamb. *non jam* T. *non* omittit χ.—

NOTÆ

[h] *Demetrium*] Demetrius Phalereus auditor fuit Theophrasti, et præfuit Atheniensium reipublicæ annos decem. Statuis æreis ab Atheniensibus decoratus est plurimis. Deinde post mortem Cassandri, cujus gratia ad tantam potentiam pervenerat, ob invidiam accusatus, et absens condemnatus est, et statuæ disjectæ. Ad Ptolemæum se Alexandriam contulit, ubi multa de philosophia scripsit. A rege bibliothecæ præfectus est, et e Judæa viros septuaginta adduci curavit, a quibus divina scriptura Græce verteretur.

[g] *Aspide*] Aspis serpens venenosus est, cujus morsu interiit, et sepultus fuit in Busiride, juxta Diospolim regione.

[a] *Facti stultitiam*] Stultus in eo fuit Rabirius, quod in regnum venit, ubi libertatem erat amissurus.

[b] *Superior stultitia*] Prima ejus stultitia fuit, quod pecunias expulso regi, et egenti crediderit.

Digitized by Google

se[7] confitetur, quod suam, quod amicorum pecuniam regi crediderit cum tanto fortunarum suarum periculo: hoc quidem semel suscepto atque contracto,[h] perpetienda illa fuerunt, ut se aliquando ad suos vindicaret.[i] Itaque objicias licet, quam voles sæpe, palliatum fuisse,[k] aliqua habuisse non Romani hominis insignia: quoties eorum quippiam dices, toties[8] unum dices, atque illud, temere hunc pecuniam regi credidisse; suas fortunas atque famam libidini regiæ commisisse. 26. Fecerat temere: fateor: mutari factum[9] jam nullo modo poterat: aut pallium sumendum Alexandriæ, ut et Romæ togato esse liceret; aut omnes fortunæ abjiciendæ, si togam retinuisset. X. Deliciarum causa et voluptatis, non modo cives Romanos, sed et nobiles adolescentes, et quosdam etiam senatores, summo loco natos, non in hortis, aut suburbanis suis, sed Neapoli, in celeberrimo oppido, cum mitella[1] [l] sæpe vidimus. 27. Chlamydatum[m] L. Sullam imperatorem; L. vero Scipio-

[h] *Conflato.* [i] *Redderet se suis.*

7 Ita Ven. 1483. Junt. Naug. Lamb. Græv. *se* omittunt C H S T χ ψ, et Grut. Id uncis inclusit Orell. Mox, *regi credidit* Franc. Paulo post, *susceptum atque contractum* C H S T χ. *illa* omittunt C H S T χ ψ. Deinde, *a suos* Reg. unde Lall. *ac suos.*—8 C S T χ *totius.* Mox, *atque idem illud* conj. nescio quis ap. Orell. *atque idem* margo ed. 1584.—9 Junt. Lamb. *factum mutari.* Mox, *ut ei Romæ* cod. Ursini, χ ψ, Græv. Orell. *ut et ei Romæ* Junt. Deinde, *si togam retinuisset* suspecta sunt Ernestio.

CAP. X. 1 C H S χ ψ *oppido meci appella;* Ven. 1483. *oppido meciapella;* Junt. Naug. *oppido mitrella.* T omittit *cum mitella.* Statim, *vidimus* est e conjectura Ernesti; *videmus* alii. Orell. legit, *vidimus, chlamydatum illum L. Sullam,* cum hac annotatione: Omittunt *illum* Grut. Ernesti, Schutz. nescio quo Gruteri errore. *Chlamydatum illum L. Sullæ imperatoris* conj. Hotom. *videri chlamydatum* C H S. *videri clamidatum* T. Deinde, *non solu-*

NOTÆ

[k] *Palliatum fuisse*] Vitio vertebatur Romanis, non uti vestibus Romanorum consuetis. Porro pallio utebantur Græci, toga Romani: hoc autem vestimenti genus tunicæ superponebatur.

[l] *Mitella*] Mitella, seu mitra, fuit tegumentum capitis fœminarum, et hominum effœminatorum.

[m] *Chlamydatum*] Chlamys vestis etiam fuit Romanorum, qua, propter levitatem et brevitatem, maxime milites, ac præcipue Sulla, utebantur.

Digitized by Google

nis,[n] qui bellum in Asia gessit, Antiochumque devicit, non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis[o] in Capitolio statuam videtis; quorum impunitas fuit non modo a judicio, sed etiam a sermone.[k] Facilius certe P. Rutilium[p] Rufum necessitatis excusatio defendet;[2] qui cum a Mithridate Mitylenis[q] oppressus esset, crudelitatem regis in togatos[l] vestitus mutatione vitavit. [p. 127.] Ergo ille P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis,[3] prudentiæ, consularis homo, soccos[r] habuit et pallium; nec vero id homini tum quisquam, sed tempori[m] assignandum putavit: Postumo crimen vestitus afferet is, in quo spes fuit, posse sese[4] aliquando ad fortunas suas pervenire? 28. Nam, ut ventum est Alexandriam ad Auletem,[s] judices,[5] hæc una ratio a rege proposita Pos-

[k] *Liberi fuerunt a vituperatione et calumnia.*
[l] *Romanos.* [m] *Necessitati.*

tum chlamyde χ.—2 Junt. *defendit.* Verba, *crudelitatem r. in t. v. m. vitavit,* desunt in χ.—3 Lamb. in marg. ed. 1584. *sanctitatis.* Mox, *nec vero ideo id* Hervag. Naug. Manut. *domini quisquam* C H S χ. *homini quisquam* T ψ, Franc.—4 Schutz. *posse se.* Mox, *suas* omittit Franc.—5 *Alexandriam audies* C H S T χ ψ. *ad Auletem* omittunt etiam Ven. 1483. Crat. et Quintil. IV. 2. 18. Paulo post *pecuniæ suæ* conj. Ernesti. Pro *regiam* Schutz. dedit *regiæ,*

NOTÆ

[n] *L. vero Scipionis*] Ille Scipio fuit Scipionis Africani frater, qui proconsul in Asiam missus est, et Antiochum Syriæ regem devicit, cæsis hominum quinquaginta millibus.

[o] *Crepidis*] Crepidæ genus est calceamenti, quo plantarum calces tantum infime teguntur, et teretibus habenis junctæ sunt. Hoc calceamento primum Tusci usi sunt; tum Romæ senatores; mox equites; deinde milites. Porro Græci crepidis usi sunt; sed illæ laxioribus vinculis ligabantur.

[p] *P. Rutilium*] P. ille Rutilius sæpe laudatur a Cicerone Offic. lib. III. et de Oratore lib. I. ubi exemplum innocentiæ appellatur. Hic non modo, vestis mutatione, se ipsum, sed multos alios servavit. Id autem factum est cum Mithridates, Asia occupata, ad omnes urbes scripsit, ut trigesimo a literis scriptis die, omnes Romani cum liberis et uxoribus interficerentur, et insepulti relinquerentur.

[q] *Mitylenis*] Oppidum illud fuit in Lesbo.

[r] *Soccos*] Calcei sunt socci, iique humiliores, quibus Græci utebantur.

[s] *Auletem*] Ptolemæus Auletes vocabatur a tibiarum cantu, quo inprimis delectabatur.

Digitized by Google

tumo est servandæ pecuniæ, si curationem et quasi dispensationem regiæ suscepisset: id autem facere non poterat, nisi diœcetes: hoc enim nomine utitur, qui a rege esset constitutus.[6] Odiosum negotium Postumo videbatur; sed erat nulla omnino recusatio: molestum etiam nomen ipsum; sed res[7] habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat: oderat vestitum etiam illum; sed sine eo nec nomen illud poterat, nec munus tueri. Ergo aderat vis, ut ait poëta ille noster,[t] 'quæ summas frangit infirmatque opes.' 29. Moreretur,[u] inquies: nam id sequitur. Fecisset[8] certe, si sine maximo dedecore, tam impeditis suis rebus,[x] potuisset emori. XI. Nolite igitur fortunam convertere in culpam; neque regis injuriam, hujus crimen putare;[1] nec consilium ex necessitate, nec voluntatem ex vi interpretari: nisi forte eos etiam, qui in hostes aut in prædones inciderint, si aliter quippiam coacti faciant quam libere,[2] vituperandos putes. Nemo nostrum ignorat, etiamsi experti non sumus,[y] consuetudinem regiam. Regum autem hæc sunt[3]

de Patricii conj. probante Ernesti. Refutarat jam Weisk.—6 Weisk. *constitutus est*, de Patricii conj. 'Sed totum locum sic lego, *nisi diœcetes* (*hoc enim nomine utuntur*) *a rege esset constitutus*, ut fere suspicatus erat idem Patric. nisi quod *hoc enim n. utitur* pro gloss. habuit.' *Orell.*—7 C H omittunt *res*. Statim, *habeat nomen* χ. *non hoc imposuerat* C H S T χ. *vestimentum etiam illud* C.—8 *Fecisse* χ. Mox, *tam impudentis* C H S T χ ψ.

Cap. XI. 1 C H S T χ ψ *punire*.—2 C H S χ ψ *faciant libere*; T *faciant liberos*; Junt. *faciunt quam libere*. Statim, *vituperandos putetis* Schutz. de Patricii conjectura, probante Ernesti.—3 Ita ed. 1584. Grut. seqq. *sunt hæc* codd. et reliquæ edd. *animadverte te ac dicto* T. *animadverte addicto* C H S ψ. Mox, pro *si quippiam*, quod ex Junt. sua receperunt Ernesti et Schutz. *si querare* Junt. ap. Orell. *si piæ* C H. *si pie* S χ, Ven. 1483. *sit pie* T ψ, et edd. vett. *si loquare* cod. Hotom. et Lamb. *ne loquere* conj. Lamb. in ed. 1584. *nei querare* Planck. in Ennii Medea p. 88. *et tum illæ minæ* Junt. *et ille in me* C H S. Deinde, *secundo hoc offendero* ψ. *secundo lumine hoc, &c.* C

NOTÆ

[t] *Poëta ille noster*] Non extat nomen illius poëtæ, de quo loquitur, nisi forte sit Ennius.

[u] *Moreretur*] Id est, mori potius debuisset, quam illud munus accipere.

[x] *Impeditis suis rebus*] Res impeditæ dicuntur, quæ in controversia vel in ære alieno sunt.

[y] *Experti non sumus*] Romani regibus non parebant, sed consulibus annuis: unde regiæ consuetudinis expertes erant.

Digitized by Google

imperia: 'animadverte:' et, 'dicto[a] pare:' et, 'præter rogitatum[2] si quippiam:' et illæ minæ: 'si te secundo lumine hic offendero,[e] moriere:' quæ non, ut delectemur solum, legere et spectare debemus, sed ut cavere etiam et effugere[4] discamus.

30. At ex hoc ipso[a] crimen exoritur. Ait enim, dum[5] Gabinio pecuniam Postumus cogeret ex decumis[b] imperatorum, pecuniam sibi coëgisse. Non intelligo, hoc quale sit: utrum accessionem decumæ,[6] [c] (ut nostri facere coactores[d] solent centesimæ) an decessionem de summa[e] fecerit: si accessionem; undecim millia talentum[f] ad Gabinium pervenerunt.[a] At non modo abs te decem millia objecta sunt, sed etiam ab his æstimata. 31. Addo illud etiam: qui tandem convenit, aut, tam gravi onere tributorum, ad tantam pecuniam cogendam mille talentum acces-

[a] *Imperio.* [e] *Ita minantur, si invenero te sequenti die.*
[a] *Data sunt Gabinio.*

S T χ.—4 C S T χ *etiam effugere;* H *etiam et fugere.* Pro *discamus* C H S χ ψ habent *dicamur;* T *ducamus.*—5 Lamb. 1566. *cum;* Junt. *ut;* C H S T χ ψ, Ven. 1483. omittunt *dum.* Mox, *ex* omittunt C H S T, Franc. Venet. 1483. Junt. Voc. *pecuniam* suspectum Ernestio et Patric.—6 Ita Lamb. Grut.

NOTÆ

[2] *Præter rogitatum*] Id est, præter id quod rogaris. Hæc scilicet omnia ad regium imperium dixit orator.

[a] *At ex hoc ipso*] Id est, ex hac ipsa pecuniæ regiæ administratione. Aliud rejicit crimen quod Rabirio objiciebatur; nempe collegisse pecuniam, quod diœcetes fuerit, seu regius procurator.

[b] *Ex decumis*] Intelligit decumas tributorum, quæ a Ptolemæo Alexandrinis imperatæ sunt.

[c] *Accessionem decumæ*] Significat, moris fuisse, ut coactores qui decimas exigebant, pro mercede, centesimas sibi sumerent: et id accessionem appellat.

[d] *Coactores*] Coactores illi vectigalia exercebant, qui iidem forte sunt ac publicani.

[e] *Decessionem de summa*] Id est, detractionem de ea summa quæ Gabinii nomine cogebatur, nempe de decem millibus talentorum.

[f] *Undecim millia talentum*] Nam si ex centum quæ cogi quærebantur, decumam Gabinio, sibi centesimam coëgit, relinquitur, si decem millia Gabinio debita sunt, mille ad eum rediisse: cum enim decem millia pro decuma Gabinio coacta sunt, centum millia regi coacta fuisse intelligitur, quorum centesima pars sunt mille. Ostendit igitur, accessionem Rabirium non fecisse; nam si fecit, sequitur undecim millia coacta fuisse: at testes de decem millibus loquuntur.

Digitized by Google

sionem [7] esse factam; aut, in tanta mercede [b] hominis, ut vis, avarissimi, mille talentum decessionem esse concessam? neque enim fuit Gabinii, remittere tantum de suo; nec [8] regis, imponere tantum [c] pati suis. Aderunt testes, legati Alexandrini: [g] hi nihil in Gabinium dixerunt: immo hi Gabinium laudaverunt. Ubi ergo ille mos? [9] ubi consuetudo judiciorum? ubi exempla? Soletne is dicere [10] in eum,[h] qui pecuniam redegit, qui in illum, cujus nomine ea pecunia redigeretur, non dixerit? 32. Age, si is, qui non dixit, solet; [i] etiamne is solet, qui laudavit? iisdem testibus, et quidem non productis, sed dictis testium recitatis, quasi præjudicata res, ad has causas deferri solet? [11] XII. Et ait etiam meus familiaris [k] et necessarius, eandem causam Alexandrinis fuisse, cur laudarent Gabinium, quæ mihi fuerit,[1] cur eundem defenderem. Mihi, C. Memmi, causa defendendi Gabinii fuit reconciliatio gratiæ: [d] neque me vero [2] pœnitet, mortales inimicitias, sempiternas ami-

[b] *Liberalitate.* [c] *Tantam exactionem.*
[d] *Defendi Gabinium, quia cum eo redii in amicitiam.*

seqq. *centima* C H S T χ ψ, Ven. 1483. *centesima* Junt. Hervag. Naug. Manut. Græv. Mox, verba, *talentum ad G. p. At n. m. a. te decem millia*, desunt in χ.—7 T *decessionem.* Verba, *aut, in t. m. h. ut vis, a. m. t. decessionem esse*, desunt in eodem cod.—8 Lamb. *neque.* Actutum, *imponi* de Grævii conj. Schutz. *pati* delendum putavit Weisk. *imponere tanto plus suis* cod. Hotom. Deinde, *ii nihil,. . . immo ii, &c.* Ven. 1483. et Orell. alterum *hi* de Ernestii conj. delevit Schutz.—9 *Ubi ergo mos* de Ernestii conj. Schutz.—10 *Soletis dicere* C H S T χ ψ. Mox, *pecunia* C H χ ψ. *redegit* omittunt H χ. *quin illum* C H S ψ. Paulo post, *non dixit* Franc.—11 Notam interrog. omittunt Græv. et al. vett.

Cap. XII. 1 Franc. C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Naug. *fuerat;* T *fuerat*

NOTÆ

[g] *Aderunt testes, legati Alexandrini*] Hic vero objectionem profert adversariorum, qui se producturos testes dicebant, qui Alexandria a quæstore fuerant evocati, ut contra Rabirium testimonium dicerent.

[h] *Soletne is dicere in eum*] Probat, non esse accusandum coactorem pecuniarum, nisi prius is, cujus nomine cogitur, fuerit accusatus; id est, non debet Rabirius accusari, nisi prius Gabinius accusetur, cujus nomine Rabirius pecuniam redegit.

[i] *Age, si is, qui non dixit, solet*] Id est, fac solere: certe qui reum laudavit, in alium, ejusdem culpæ affinem, non solet.

[k] *Meus familiaris*] Memmius.

Digitized by Google

citias habere. 33. Nam si me invitum putas, ne Cn. Pompeii animum offenderem, defendisse causam; et illum[3] et me vehementer ignoras. Neque enim Pompeius me sua causa[e] quicquam facere voluisset invitum; neque ego, cui omnium civium libertas carissima fuisset, meam projecissem. [*p.* 128.] Quamdiu inimicissimus[1] Gabinio fui, non amicissimus mihi non Pompeius fuit;[4] nec posteaquam illius auctoritati eam dedi veniam[m] quam debui, quicquam simulavi, ne, cum mea perfidia, illi etiam ipsi facerem, cui beneficium dedissem, injuriam. Nam non redeundo in gratiam cum inimico, non violabam Pompeium: si per eum reductus insidiose redissem; me scilicet maxime, sed proxime[5] illum quoque fefellissem. 34. At de me omittamus: ad Alexandrinos istos revertamur. Quod habent os![f] quam audaciam! Modo, vobis inspectantibus, in judicio Gabinii, tertio quoque verbo excitabantur: negabant, pecuniam Gabinio datam: recitabatur[6] identidem[g] Pompeii testimonium, regem ad se scripsisse, nullam pecuniam Gabinio, nisi in rem militarem,[h] datam. Non est, inquit, tum[7] Alexandrinis testibus creditum. Quid? postea creditum?[n] non: quamobrem?[8] quia nunc aiunt,

[e] *Nomine suo.* [f] *Impudentiam.* [g] *Frequenter.*
[h] *Persolvendam militi.*

causa.—2 Ven. 1483. Junt. *neque vero me.*—3 Lamb. *defendisse: et causam, et illum;* T *defendissem.* C *cuusa.* Deinde, *me* omittit χ.—4 *Pompeius non fuit* Lamb. in marg. ed. 1584. Mox, *auctoritate* χ ψ, Ven. 1483. Junt. Herverg. Naug. Pro *simulavi* C H S T χ ψ, et Ven. 1483. habent *simulate.* Deinde, *nec, cum* C H S T ψ. *mea præsidia* C H. *ipsi facere* C ψ.—5 Schutz. de Ernestii conj. *proxime me.* Actutum, *illum quem fefellissem* C H S T χ.—6 Franc. *recitabant.*—7 C H S χ *cum.*—8 Weisk. Schutz. Orell. *Creditur nunc. Quamobrem?* Sic etiam Manut. et Lall. nisi quod *credetur* e codd. ut ait Lall. *creditur* H S T χ ψ, Memm. Ven. 1483. Mediol. Sed omnes habent *non,* quod mutavit Manut. *Quid? postea credetur? Credetur. Quamob-*

NOTÆ

[1] *Quamdiu inimicissimus*] Ciceronem inter et Gabinium summæ fuerunt inimicitiæ, propter Quintum, Ciceronis fratrem. Tantæ autem fuerunt, ut Gabinius Ciceroni suum exilium objecerit: quem tum accusasset Cicero, nisi Pompeium veritus fuisset offendere.

[m] *Dedi veniam*] Ait dedisse se Gabinio veniam, quod eum in judicium non vocaverit.

[n] *Postea creditum*] Emendant aliqui hoc verbum *creditum,* et *credendum* reponunt; nam si ipsis credi-

Digitized by Google

quod tunc negabant. 35. Quid? ergo ista [9] conditio est testium, ut, quibus creditum non sit negantibus, iisdem credatur dicentibus? At, si verum [10] tum cum verissima fronte dixerunt, nunc mentiuntur: si tunc mentiti sunt; doceant nos verum. Quid vultis? sileant. Dicere audiebamus, Alexandriam; [11] nunc cognoscimus. Illinc omnes præstigiæ: illinc, inquam, omnes fallaciæ: [i] omnia denique ab his mimorum [12] argumenta [o] nata sunt: nec mihi longius quicquam est, [k] judices, quam videre hominum vultus. XIII. 36. Dixerunt hic modo nobiscum ad hæc subsellia, [p] quibus superciliis renuentes huic decem millium crimini! [l] Jam nostis insulsitatem [m] [1] Græcorum: humeris gestum agebant: [q] tum temporis, credo, [r] causa: [s] nunc scilicet tempus [n] nullum est. Ubi semel quis [2] pejerave-

[i] *Doli.* [k] *Nihil magis expecto.*
[l] *Severitate negantes crimen decem millium talentorum.*
[m] *Ineptiam.* [n] *Periculum.*

rem? Lamb. in ed. 1566. Mox, *tum negabant* C H S χ.—9 *Quæ ergo istà* H, uti conj. Patric. Pro *dicentibus* nescio quis ap. Orell. conj. *aientibus.*—10 *Adhuc verum* ψ. Pro *tum cum* T habet *tui.* Orell. distinguit, *At, si verum tum, cum verissima fronte, dixerunt, &c.* Lamb. conj. *At si verum dixerunt tum, cum verissima fronte dixerunt;* Schutz. *At si verum tum verissima fronte dixerunt.* Gulielm. suspic. *severissima.* Mox, *nunc doceant* Weisk. et Orell. e conj. *doceant nunc* suspic. Ernesti, recepit Schutz.—11 Ita Venet. 1483. Junt. Hervag. Naug. Grut. Græv. *Quid multa? Sileant. Dicere audiebamus Alex.* Wald. Ven. 1480. Schutz. Orell. *Quid? vultis sileant? &c.* Weisk. *Quid multa? aut sileant, aut verum dicant. Audiebamus, &c.* Lamb. *Dicere audiebamus de Alexandria* Hotom. e quibusdam edd. *Dudum audiebamus Alexandriam* conj. Schutz. Altera Lambini conj. erat, *Quid multa? aut sileant, aut verum dicere discant. Audiebamus, &c.* Orell. τὸ *Dicere* uncis inclusit; nam *Dicere audiebamus* corruptum esse omnes fatentur.—12 C S T *minorum;* H *majorum;* Rom. Hervag. Naug. *nummorum;* ed. 1584. *numerorum;* al. *malorum.* Statim, *nota sunt* C χ.

CAP. XIII. 1 C *insultantem;* χ *insulsitates.* Mox, *tunc temporis* Junt. *causæ* C H S T ψ.—2 *Ubi semel qui si* C H T. *Ubi semel qui se* S. *dejeraverit* C

NOTÆ

tum non est in judicio Gabinii, certe in judicio Postumi credendum non est.

[o] *Mimorum* [*nummorum*] *argumenta*] Id est, hinc exorta est illa conjectura pecuniæ ex decumis collectæ, et tota hæc accusatio repetundarum.

[p] *Ad hæc subsellia*] In quibus videlicet rei sedent.

[q] *Humeris gestum agebant*] Id est, exprimebant gestus, sublatis videlicet et erectis humeris, capiteque in humeros depresso.

[r] *Credo*] Ironia.

[s] *Temporis causa*] Id est, propter periculum et miseriam Gabinii, qui

Digitized by Google

rit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non oportet: præsertim, judices, cum in his judiciis[t] ne locus quidem novo testi soleat esse; ob eamque causam iidem judices retineantur, qui fuerint[3] de reo; ut his nota sint omnia, neque quid fingi novi possit.

37. Lites, 'Quo ea[a] pecunia pervenerit,' non suis propriis judiciis, sed in reum factis[4] condemnari solent. Itaque si aut prædes[a] dedisset Gabinius, aut tantum ex ejus bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset;[b] [5] quamvis magna ad Postumum ab eo pecunia pervenisset, non redigeretur; ut intelligi facile possit, quod ex ea pecunia ad quem eorum, qui damnatus est, pervenisse in illo[6] primo judicio planum factum sit,[c] id hoc genere judicii redigi solere. Nunc vero quid agitur? ubi terrarum sumus? quid tam insolens,[7] tam perversum, præposterumve dici, aut excogitari potest? 38. Accusatur is,[b] qui non abstulit a rege, sicut Gabinius judicatus est; sed qui maximam regi pecuniam credidit. Ergo is Gabinio dedit, qui non huic[c] reddidit.[8] Jam cedo,[9] cum is, qui pecuniam Pos-

[a] *Sponsores.* [b] *Accepisset.*
[c] *Probatum sit.*

H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *erraverit* T. Pro *ei* C H S T χ ψ exhibent *et.*—3 Cod. Hotom. *sederint.* Mox, *possint* T.—4 Ita Nang. Camer. seqq. *Lites, quo . . . factæ* Hervag. *Lites enim quo . . . factis* cod. Hotom. *Lites* omittunt C H S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *sed* omittunt C H S T. *in rem* habent C H S χ. *facti* C H S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat.—5 Lamb. conj. *redegisset.*—6 Ita edd. inde a Junt. præter Lamb. et Schutz. *quod ex ea pecunia, quam ceperit is, qui damnatus est, pervenisse ad aliquem in illo* Lamb. in ed. 1584. *ceteris*, in quo latet *ceperit*, cod. Lambini: *pervenisse ad aliquem* Franc. C H S T ψ, Ven. 1483. *ex ea pecunia ad eum, qui damnatus est, pervenisse* Lamb. in ed. 1566. *ex ea pecunia ad aliquem sociorum ejus, qui, &c.* Schutz. de conjectura Ernesti. Mox, *plane f. sit* χ. *redigi soleret* C H S T ψ.—7 C H S T χ ψ omittunt *tam insolens.* Statim, *præposterum dici* H S T χ ψ, Ven. 1483. *aut præposterum dici* Junt.—8 Lamb. *huic non reddidit.* Hæc periodus deest in χ.—9 *Jam accedo* C H T. *Jam accredo* S χ ψ. Mox, *utrum illa quo eam* C H χ

NOTÆ

tum erat reus.

[t] *In his judiciis*] In quibus videlicet agitur de pecuniis repetundis.

[a] *Lites, quo ea*] Id est, lites quæ ex capite secundo legis Juliæ oriebantur.

[b] *Is*] Rabirius.

[c] *Non huic*] Rabirio.

Digitized by Google

tumo debuit, non huic, sed Gabinio dederit; condemnato Gabinio, utrum illi eam pecuniam reddidit, an etiam nunc debet? XIV. At habet, et celat: sunt enim, qui ita loquantur. Quod genus tandem est istud ostentationis et gloriæ? Si nihil habuisset unquam; tamen, si quæsisset, cur dissimularet[1] habere, causa non esset: qui vero duo lauta[d] et copiosa patrimonia accepisset, remque præterea bonis et honestis rationibus[d] auxisset; quid esset tandem causæ, cur existimari vellet nihil habere? 39. An, cum credebat inductus usuris, id agebat, ut haberet quam plurimum; posteaquam exegit, quod crediderat, ut existimaretur[2] egere, novum genus hoc gloriæ concupiscit? [*p*. 129.] Dominatus est enim, inquit, Alexandriæ. Immo vero in superbissimo dominatu fuit: pertulit ipse custodiam: vidit in vinculis familiares suos: mors ob oculos[3] sæpe versata est: nudus atque egens ad extremum fugit e regno. 40. At permutata aliunde[4] pecunia est: ductæ naves[e] Postumi Puteolis[e] sunt: auditæ visæque merces, fallaces quidem et fucosæ,[f] chartis, et linteis, et vitro delatæ; quibus cum multæ naves refertæ fuissent, una non patuit parva. Cataplus[g] ille Puteolanus, sermo illius

[d] *Artibus.* [e] *Adducta naves.*

ψ. *utrum illa eam* S. *utrum illa quæ eam* T. *ille* Ernesti errore typogr. *ea pecunia sit at nunc de ea* C H T. *at an nunc de ea* al.

CAP. XIV. 1 Ita Wald. Ven. 1480. Junt. Schutz. *cur se diss.* Weisk. et Orell. de conjectura; *cur si diss.* C H S χ, Ven. 1483. *cur is diss.* Hervag. Naug. Lamb. Grut. Græv. *cur id diss.* conj. Ernesti. Actutum *se habere* Lamb. *habere* omittunt C H S χ, Ven. 1483. Junt.—2 Weisk. de Ernesti conjectura dedit *existimetur*. Mox, *egere* et *concupiscit* de Grævii conjectura uncis inclusit Schutz. Post *egere* punctum interrog. habent Franc. Ven. 1483. Orell.—3 Junt. *ante oculos.*—4 Ita Junt. Naug. Grut. seqq. *aliquando*

NOTÆ

[d] *Duo lauta*] Habuit duo patrimonia Rabirius: unum a patre Curio; aliud a Rabirio, a quo adoptatus est.

[e] *Puteolis*] Puteoli civitas est Campaniæ, de qua in Orat. pro Cœlio.

[f] *Fallaces quidem et fucosæ*] Id est, quæ longe aliud erant, ac præ se ferebant: opertæ enim erant charta, vitro, et linteis; quæ tria mercium genera Alexandria Romam deducebantur.

[g] *Cataplus*] Cataplus nihil est aliud quam Ægyptiorum navigatio.

Digitized by Google

temporis, vectorumque cursus atque ostentatio, tum subinvisum apud malevolos Postumi nomen, propter opinionem pecuniæ nescio quam, æstatem unam, non plures, aures refersit[f] istis sermonibus.[5]

XV. 41. Verum autem, judices, si scire vultis; nisi C. Cæsaris summa in omnes,[1] incredibilis in hunc eadem liberalitas extitisset, nos hunc Postumum jam pridem in foro non haberemus.[h] Ille onera multorum hujus amicorum excepit[g] unus: quæque multi homines necessarii[2] secundis Postumi rebus descripta[i] sustinuerunt, nunc ejus

[f] *Replevit.* [g] *Suscepit.*

C H S T χ ψ, Ven. 1483. Hervag. Steph. Lamb.—5 '[*Ductæ*] *naves P. P. sunt auditæ, visæque* . . . [*sermo illius temporis*] *vectorumque* [*cursus atque*] *ostentatio* . . . *æstate una complures aures, &c.*] Locus corruptelis refertus, neque adhuc persanatus. Videamus singula. Pro *ductæ* codd. multi habent *dictæ;* aliquot, Lamb. teste, *auditæ,* ut ipse edidit. Idem volebat *actæ* . . . . *Puteolos.* Voc. *ductæ* suspectum Grævio; in codd. aliquot erat in litura; delevit Lall. Conjicere *actuariæ* non juvat. *Puteolos* dedit Schutz. *auditæ visæque merces* jungunt omnes præter Lall. *fallaces, inquit, et f.* Lamb. sine auctoritate. *celatæ* e codd. Lamb. Schutz. *delatæ* ceteri. Non video, quomodo *vitro* præsertim celari possint merces: *delatæ* verum puto, sc. ad portitores. Sed leg. vel, *chartæ et lintea et vitrum, delatæ;* vel, *pro chartis et linteis et vitro delatæ.* Pro *patuit* Lamb. *paruit.* Tum, *parva. Cataplus* e cod. Memm. Lamb. ut voluerat Turneb. seqq. præter Weisk. *parva arctata plus ille P.* quinque codd. Oxon. Venet. 1483. Junt. Crat. Naug. Steph. *parva et arctata. Quid amplius? Ille* Hervag. *parva et arctata Cataplus* Weisk. *sermo illius temporis* de Ernestii sententia uncis inclusit Schutz. Si retines *sermo illius temporis,* delenda sane v. *istis sermonibus.* Sed illud potius est e gloss. cum *plus* legerent, nomenque desiderarent. *cursus atque* de Ernestii sententia uncis inclusit Schutz. Sane *cursus,* notante Ernestio, videtur antiquum gloss. vocis *cataplus;* neque enim 'discursus per oppidum' interpretari possumus. Sic dedi jungens lect. Junt. et Crat. nam absurda est vulgata, *æstatem unam, non plures,* quasi dici potuisset 'plures per æstates' sermonem aliquem obtinuisse, non vero per reliqua anni tempora, vel annos integros. *æstate una non plures* Junt. *æstatem unam complures* Crat. Hervag. Naug. Camer. Steph.' *Orell.*

CAP. XV. 1 C H S T χ *in omnibus.* C H S χ *credibilis.* χ *non hunc;* ψ *in humo eadem.* Mox, *non hunc Post.* C H S. *Postumum* suspectum erat Mann-

NOTÆ

[h] *In foro non haberemus*] His verbis exprimit, minutum fuisse Rabirii censum, qui quadringentorum sestertiorum esse debebat: talis enim fuit census equitis Romani.

[i] *Descripta*] Id est, divisa inter se, et quasi diversa, et seorsim scripta. Hanc formam loquendi sumsit ab exactoribus tributorum, a quibus diverse et separatim singulorum nomina civium describi solent, et, ut vulgo dicitur, taxari. Itaque, cum suum quisque Rabirii amicus partitum et certum haberet onus, quo eum

Digitized by Google

afflictis fortunis universa sustinet. Umbram equitis Romani et imaginem videtis, judices, unius amici conservatam auxilio et fide: nihil huic eripi potest, præter hoc simulacrum pristinæ[b] dignitatis, quod Cæsar solus tuetur et sustinet;[3] quæ quidem, in miserrimis rebus, huic tamen tribuenda est maxima. Nisi vero hoc mediocri virtute effici potest, ut tantus ille vir tanti ducat hunc, afflictum[4] præsertim et absentem,[k] et in tanta fortuna sua, ut aliena respicere magnum sit; tanta occupatione maximarum rerum, quas gerit atque gessit, ut vel oblivisci aliorum non sit mirum; vel, si meminerit, oblitum esse,[5] facile possit probare. 42. Multas equidem C. Cæsaris virtutes, magnas incredibilesque, cognovi: sed sunt ceteræ majoribus quasi theatris propositæ, et pæne populares:[6][l] castris locum capere, exercitum instruere, expugnare urbes, aciem hostium profligare; hanc vim frigorum hyememque, quam nos vix hujus urbis tectis sustinemus, excipere; his ipsis diebus hostem persequi, tum, cum etiam feræ latibulis se tegant, atque omnia bella jure gentium conquiescant; sunt ea quidem magna: quis negat? sed magnis excitata sunt præmiis ad memoriam hominum sempiternam;[7] quo mi-

[b] *Equestris.*

tio.—2 C χ ψ *necessariis.*—3 Hæc omnia, *Umbram equitis Rom. . . . . Cæsar solus tuetur et sustinet,* desunt in χ. Mox, *maxima est* Venet. 1483. Junt. *vero* deest in C.—4 Ita Junt. Schutz. Orell. *et afflictum* ceteri. Pro *aliena* Patric. conj. *alienam.* Pro *occupatione,* quod servant Lamb. Græv. Schutz. Orell. *oppugnatione* exhibent χ ψ, edd. vett. ante Lamb. item Grut. Ceterum, *et in tanta occupatione* Lamb.—5 C *oblitum est;* H S χ ψ, Venet. 1483. *oblitum etiam.* 'Hæc omnia, *vel si mem. . . . . probare,* sine causa suspecta Weiskio.' *Orell.*—6 Patric. conj. *hæc pæne popularis,* probante Ernesti. Refutant Weisk. et Schutz. *et quasi pæne popularis* ψ. Mox, *expugnare urbes hostium, aciem profligare* Schutz. de Patricii conj. *hyemis* suspic. idem Patric. Paulo post, *tum* delendum censebant Ernesti et Patric. *cum* deest in H.—7 Weisk. conj. *et*

NOTÆ

juvaret, Cæsar ea omnia solus suscepit, et ipse tam officiosus et verus est amicus, quam omnes simul fuerant officiosi.

[k] *Et absentem*] Rabirius absens erat a Cæsare; nam Cæsar erat in Gallia, Rabirius Romæ.

[l] *Pæne populares*] Id est, jucundæ populo: addit *pæne,* quia odiosum erat populare nomen senatui et optimatibus.

Digitized by Google

nus admirandum est,[c] eum facere illa, qui immortalitatem concupiverit.[8] XVI. 43. Hæc mira laus est,[1] quæ non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium judicio expenditur:[d] equitem Romanum, veterem amicum suum, studiosum, amantem, observantem sui, non libidine, non turpibus impensis cupiditatum atque jacturis, sed experientia[2] patrimonii amplificandi, labentem excepit, corruere non sivit, fulsit et sustinuit, re, fortuna, fide, hodieque sustinet: nec amicum pendentem corruere patitur: nec illius animi aciem perstringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ et gloriæ. 44. Sint sane illa magna, quæ re vera magna sunt: de judicio animi mei, ut volet, quisque sentiat: ego enim hanc in tantis opibus, tanta fortuna, liberalitatem[3] in suos, memoriam amicitiæ, reliquis virtutibus omnibus antepono. Quam quidem vos, judices, in novo genere[4] bonitatem, inusitatam claris ac præpotentibus viris, non modo non aspernari ac refutare, sed complecti etiam et augere debetis; et eo magis, quod videtis, hos quasi sumtos dies ad labefactandum illius dignitatem:[m] ex qua illi nihil detrahi potest, quod non aut fortiter ferat, aut facile restituat:[e] amicissimum hominem si honestate spoliatum audierit; nec sine magno dolore feret, nec id amiserit, quod posse speret[5] recuperari.

[c] *Non mirum est.* [d] *Æstimatur.* [e] *Reparet.*

propagantur ad memoriam h. sempiternam.—8 H S T χ ψ *concupiverat.*

Cap. XVI. 1 *Hæc nimirum laus est* de Ernestii conjectura Schutz. *vera*, vel *rara*, volebat Patric.—2 Ernesti conj. *experimentis.* Mox, *corruere non sivit* uncis inclusit Schutz. probante Orell. *non sinit* C S T. *non finit* χ. Tum, *fortunis* Lamb. *hodie quoque* conj. Orell. Pro *perstringit* Schutz. et Orell. *præstringit*; Lamb. *præstinguit*; Hervag. *destringit.*—3 Cod. ψ *tanta opportuna liberalitate.*—4 Junt. *ejus in novo genere.* Verba, *omnibus antepono. Q. q. v. j. in n. g. bonitatem* desunt in χ. Mox, *non modo aspernari* C H S T χ ψ, et Venet. 1488. Paulo post, *labefactandam* T, Venet. 1480. Wald. Lamb. Weisk. Deinde, *nihil ei* Franc. *aliud nihil* conj. Schutz.—5 Ita Crat. et seqq. *non speret*

NOTÆ

[m] *Ad labefactandum illius dignitatem*] Si judices non faveant Rabirio, spernunt dignitatem Cæsaris.

Digitized by Google

XVII. 45. [*p.* 130.] Satis multa hominibus non iniquis[f] hæc esse debent; nimis etiam multa vobis, quos æquissimos esse confidimus. Sed, ut omnium[1 n] vel suspicioni, vel malevolentiæ, vel crudelitati satis fiat: occultat pecuniam Postumus; latent regiæ divitiæ. Ecquis[2] est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Postumi nummo sestertio sibi addici[g] velit? Sed, miserum me! quanto hæc[3] dixi cum dolore! Hem, Postume, tune es Curii filius, C. Rabirii, judicio et voluntate, filius,[o] natura, sororis [filius]?[4] tune ille in omnes tuos liberalis? cujus multos bonitas locupletavit? qui nihil profudisti? nihil ullam in libidinem contulisti? tua, Postume, nummo sestertio[5] a me addicuntur? 46. O meum miserum acerbumque præconium! At hoc etiam optat miser, ut condemnetur a vobis: ita bona veneant, ut solidum suum cuique solvatur:[p] nihil jam aliud nisi fidem curat; nec vos huic, si jam oblivisci vestræ mansuetudinis volueritis, quicquam præterea potestis eripere; quod, judices, ne faciatis, oro obtestorque vos, atque eo magis, si adventitia pecunia[q] petitur ab eo, cui sua non redditur; nam in eum, cui misericordia opitulari debebat,[6] invidia quæsita[h] est. 47. Sed jam, quoniam, ut

[f] *Bonis.* [g] *Vendi.* [h] *Conflata.*

C H S T χ ψ, Franc. Venet. 1483. Junt. Orell.

CAP. XVII. 1 *Sed ut iniquorum* conj. nescio quis ap. Orell. Mox, *occultet . . . . lateant* conj. Schutz.—2 *Et quis* C H S T χ.—3 C H S T, et Venet. 1483. *hoc.* Pro *Curii* C H S T χ ψ, Venet. 1483. Junt. habent *Curti;* Orell. *C. Curii* de conjectura.—4 C omittit *natura, sororis filius;* Schutz. delevit *filius.* Paulo post, *ulla in libidine* χ. Pro *Postume* χ ψ habent *Postumi;* id omittunt C H.—5 Codd. omnes et edd. Quintil. XI. 3. 172. *uno sestertio*, i. e. *nuo*, pro *numo* vel *nummo.*—6 Ita de Patricii conjectura Grut. Schutz. Orell.

NOTÆ

[n] *Sed, ut omnium*] Ironica concessio.

[o] *Rabirii, judicio et voluntate, filius*] Ab hoc Rabirio Rabirius iste Postumus fuerat adoptatus.

[p] *Ut solidum suum cuique solvatur*] Loquitur hic juxta juris formulam, quæ vult ea tantum esse in bonis cujusque, quæ deducto ære alieno supersunt. Tanta autem significat esse Rabirii debita, ut iis solutis et deductis, ne unus quidem ei sestertius supersit.

[q] *Adventitia pecunia*] Adventitia pecunia illa dicitur, quæ accessione aliqua adjecta est.

Digitized by Google

spero, fidem, quam potui, tibi præstiti, Postume, reddam etiam lacrymas, quas debeo; quas quidem ego tuas in meo casu[i] plurimas vidi. Versatur ante oculos luctuosa nox[7] meis omnibus, cum tu totum te cum tuis copiis ad me detulisti: tu comitibus, tu præsidio, tu etiam tanto pondere auri, quantum tempus illud postulabat, discessum illum sustentasti: tu nunquam meis, me absente, liberis, nunquam conjugi meæ defuisti. Possum excitare multos reductos,[r] testes liberalitatis tuæ; quod sæpe audivi patri tuo,[s] qui id fecisset, magno adjumento[8] in judicio capitis fuisse. 48. Sed jam omnia timeo: bonitatis ipsius invidiam reformido. Jam indicat tot hominum fletus, quam sis carus tuis: et me dolor debilitat, includitque[9] vocem. Vos obsecro, judices, ut huic optimo viro, quo nemo melior unquam fuit, nomen equitis Romani, et usuram hujus lucis, et vestrum[10] conspectum ne eripiatis. Hic vos aliud nihil orat, nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri,[t][11] atque in hoc foro vestigium facere[k] liceat; quod ipsum fortuna eripuerat, nisi unius amici[u] opes subvenissent.

[i] *Meo exilio.* [k] *Ponere.*

debeat quinque codd. Oxon. teste Orell. et sic quoque Venet. 1483. Lamb. Græv. Oliv. *debet* ψ. Dein C H S T χ ψ *quoniam spero*. Statim, *potui*, *tibi* desunt in C H S T χ. Paulo post, pro *vidi* C H χ habent *jud.* i. e. *judices*; T *judi.*—7 C H *nex*; S *vox.*—8 C H S χ ψ *cui id magno adjumento fecisset*. Actutum, *in j. c. fuisset* C S T.—9 Lamb. *intercluditque*. Cf. pro Cluent. § 185. —10 Franc. *nostrum.*—11 Cod. χ *urbem si intueri*. Statim, *atque ut in hoc* C S ψ, Venet. 1483. Denique, *fortunæ eripuerat* χ.

NOTÆ

[r] *Reductos*] Reductos dicit, qui cum Cicerone fuerunt in exilio, et qui cum eo redierunt.

[s] *Patri tuo*] Loquitur de Rabirio perduellionis reo, qui hunc adoptaverat, et qui a Cicerone in judicio defensus est.

[t] *Rectis oculis hanc urbem intueri*] Qui ab urbe expulsi sunt, ægritudine et dolore impulsi, sæpe in eam oculos reflectunt: ut Cicero de Catilina dicebat, eum retorquere oculos sæpe ad urbem. Rogat igitur, ne reflexis et retortis oculis, intueri urbem cogatur, ut faciunt qui vertere solum coguntur.

[u] *Unius amici*] Cæsaris.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google